




Manuel Murtra





1003391940


FRXVII 152











IVRIS RESPONSVM,

PRO S. C. E. T

R. M. INVICTISSIMI. D. N.

PHILIPPI. III. HISPANIARVM, ET INDIARVM

Regis potentissimi, vti administratoris perpetui, ordinis militaris
Virginis Mariæ Montesiæ, & sancti Georgij de Alfama; super iure-

patronatus Ecclesiarum villæ Ceruariæ, Villarum, & locorum
termini eiusdem. Et villarum de Xiuert, & de Couis

de Vinromano, Villarum, & locorum

terminorum earundem, Dice-
cesis Dertuseñ.

CVI ACCEDVNT TITVLI APOSTOLICI, QVORVM

*vigore Reges, & Proceres coronæ Aragonum, decimas, & primitias possident, ac de
illis, & de Ecclesijs, disponere possunt, quorum dispositio latè disceptatur.*

AVTORE SILVERIO BERNARDI LEGVM DOCTORE,

oriundo à villa Morellæ, Diœc. Dertuseñ. Aduocato Fiscali Regiæ Vistitæ generalis

Principatus Cathalonix, & Comitatum Rossilionis, & Ceritanix;

Regioque Aduocato generali ordinis supradicti.



Manuel Murtra

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIIS.

Barcinonæ, Ex Typographia SEBASTIANI MATHEVAT, Anno M.DC.XIII.

Nos De Ludovicus Sans Dei & Aposto
licis sedis gratia Episcopus Barchinensis

Amo 1540. In die 10. Junii. In
Catholice fidei doctrinae studio
pau potius de Vindobona
lum patris vobis vobis
num) in legibus & scripturis
ribus illud in mentibus & operibus
in presentibus & futuris
hollis & de 1540. In die 10. Junii
bis anno 1540. In die 10. Junii

General Catalogue

C. P. LIB. ET PRIVILEGIIS

N O S Dō Ludouicus Sans Dei, & Aposto-
licæ sedis gratia Episcopus Barcinonēsis,
& de Cōsilio S. C. & R. M. quoniam hoc
iuris responsum, á Doctore Siluero Bernardi ad-
uocato fiscali Regiæ Visitæ Principatus Cathalo-
niæ, & Comitatuū Rossillionis, & Ceritaniæ con-
scriptum, & elucubratum; nil continet quod sanctæ
Catholicæ fidei, aut bonis moribus repugnet,
quin potius, tum iudicibus, tum causarum foren-
sium patronis valdè vtile (veluti tanto viro dig-
num) iudicamus, & attentis priuilegijs, ac faculta-
tibus illud imprimendi, typis mandari cōcedimus
in præsentī ciuitate, & diœcesi Barcinonensi. Ex
nostro palacio Barcinonensi die septimo Decem-
bris anno M. D. C. XII.

L. Episcopus Barcinonē.

Lo Marques de Almagán
Lloçt. y Capita General.

PER la present donam llicència permis, y facultat al Doctor Silue-
rio Bernat Aduocat Fiscal de la visita Real dels Principat de Ca-
thaluña, y Comtats de Rossello, y Cerdaña; que liberament pugue
fer imprimir, y vendre vn llibre per ell compost, intitulat, *Iuris respon-
sum pro S. C. & R. M. inuictissimi Domini nostri Philippi tertij Hispania-
rum, & Indiarum Regis potentissimi, vii administratoris perpetui ordinis
militaris Virginis Mariae Montesia & Sancti Georgij de Alfama, super
iure patronatus Ecclesiarum villa Ceruaria, villarum, & locorum termini
eiusdem, & villarum de Xiuert, & de Conis de Vinromano, villarum, & lo-
corum terminorum e arundem, dioc. Deriuens.* Perço ab tenor de la pre-
sent de nostra certa sciencia, y Real auctoritat, prohibim expressa-
ment diem, y manam à tots, y qualseuol estampers, y altres persones
de qualseuol estat, ò condicio sien en los Principat de Cathaluña, y
Comtats de Rossello, y Cerdaña, constituydes, y constituydores; que
durant lo temps de uall escrit, no imprimescan, ni vengan, ni imprimir
ni vendre façan sens orde de dit Doctor Siluerio Bernat, çots pena
de perdre los llibres hauran imprimits, mollos, y aparells de la im-
pressio, è de cinchens florins de or de Arago als Reals cofres aplica-
dors, y dels bens dels contrafents irremissiblement exigidors, çots
la qual pena diem, y manam no res menys à tots y sengles Veguers,
Balles, çotueguers, çotballes, y altres qualseuol oficials, axi Reals có
de Barons, y majors com menors, que la present nostra prohibicio,
tinguen, guarden, y obseruen, tenir guardar, y obseruar fassen, y con-
tra no vinguen en manera alguna, si la gracia de la Magestat tenen
chara, y en la pena predita desijan no incorrer. E volem que la pre-
sent sia duradora per temps de deu anys propseguents, los quals pas-
sats sia extincta, y finida. Dada en Barcelona, à 7. de Dezembre 1613.

El Marques de Almagán.

Vide Salba & de Vallsica R.

*Vt. Don Christophorus Gallart
& de Traginer R. Thef.*

Michael Ioanes Amat.

L O R E Y

E per la Magestat.

DON Luys Carrillo de Toledo Marques de Caraçena, Señor de les viles de Pinto, y Ines, Comanador de Montizon, y Chiclana, Lloctinent, y Capita General en la present Ciutat, y Regne de Valencia. Per quant per part del Doctor Siluerio Bernat Aduocat Fiscal de la visira Real de la ciutat de Barcelona y dels Principat de Cathaluña, y Comtats de Rossello, y Cerdaña, nos es estat suplicat, fos de nostra merce donar, y concedirli llicencia, y facultat pera que ell, ò qui son poder y orde tindra, puga liberament, y licita imprimir, e, o, fer imprimir en la dita present ciutat, yn llibre per aquell còpost, intitulat, *Iuris responsum, pro Sacra Catholica & Regia Maiestate inuictissimi Domini nostri Philippi tertij Hispaniarum, & Indiarum Regis potentissimi, vni administratoris perpetui ordinis militaris Virginis Mariae Montesia, & Sancti Georgij de Alfama; super iure patronatus Ecclesiarum ville Ceruaria, villarem, & locorum termini eiusdem; & villarum de Xiuert, & de Couis de Vinromano, villarum, & locorum terminorum earundem dicor: Dertusen.* y vendre aquell en dita present ciutat, y Regne, ab prohibicio que ninguna altra persona no ho puga fer per temps de deu anys, lo que nos hauem tengut per be. Perço ab tenor dela present; expressament, y de nostra certa sciencia delliberadament, y consulta, per la Real auctoritat de que vlam, donam y concedim llicencia, permis, y facultat al dit Doctor Siluerio Bernat, pera que ell, ò qui son poder, y orde tindra liberamēt, y licita, puga imprimir, e, o, fer imprimir, y vendre en dita present ciutat, y Regne lo sobredit llibre. E que ninguna altra persona puga imprimir, portar impres, ni vendre en dita present ciutat, y Regne lo dit llibre durant lo dit temps de deu anys, comptadors del dia de la data de la present llicencia en auant, sots perdicio dels tals llibres, y molles ab quels haurá impres, y de doscents florins de or de Arago als Reals cofrens aplicadors. Diem perço, y manam à vniuersos, y sengles officials, y subdits de la Magestat dins lo present Regne constituits, y constituydors, que la present nostra Real llicencia guarden, y obseruen, y à ella no contravinguen en manera alguna, si la gracia de la Magestat tenen per

cara y en pena de cinc cens florins de orde Arago als dits Reals cofrens aplicadors y de bens dels contrafahents exigidors desigen no incorrer. Dar. en lo Real Palacio de Valencia, a vint y hu de Ianes delany de M. D. CXIII.

El Marques de Caracena.

Ut. Don Raymund. Sans p R.

Ur. Don Vinc. Beluis Loct. Gen. Ihes.

Vi. Leo Fisci. Advocatus

In diuersorum xlij. fol. lvi.

Francis. Paulus Alvens





POTENTISSIMO
PHILIPPO. III. HISPANIARVM
ET INDIARVM REGI, ACERRIMO,
& inuicto fidei Catholicæ
propugnatori.

SILVERIVS BERNARDI LEGVM DOCTOR,
S. P. Q. F. obnoxie precatur.

(* *)



VM anno Domini 1601. Ecclesia parrochialis villæ
de Albocacer, Dertulensis diocesis vacaret, mor-
tuo Iacobo Vilaroja illius Rectore, iusque patro-
natus eiusdem ad te Rex potentissime, tanquam
ordinis militaris Beatæ Mariæ Montesiæ, ac Diui
Georgij de Alfama perpetum administratorem per-
tineret; litteris tuis, in oppido vulgo, Carauajales, vigesimo septimo,
die mensis Octobris, anni prædicti concessis, fuit præsentatus Fran-
ciscus Garrido presbiter Sacræ Theologiæ Doctor, frater professus
eiusdem ordinis; qui præsentationis virtute, ad vacantem Ecclesiam
se opposuit, & illam sibi conferri petijt, ac requisivit in curia Episco-
pi Dertulens. cui Gaspar Galceran, prouisus de eadem acciter restitit,
& contradixit. Vndè fuit lis, & controuersia grauis excitata, & prose-
quuta in curia Dertulens. Episcopi, & in consistorio nuntij Apostoli-
ci, & legati à latere in Regnis Hispaniarum, et in Romana Curia, nõ
sinè maximis incommodis, & expensis patrimonij ordinis prædicti,
& dispendium eiusdem. Cumque tunc nobilis Franciscus Crespi, de
Borja, Loctum tenens Generalis Montesiæ, causa in principio sus-
cepisset, atque litteris suis ad me scriptis significasset, ad seruitium ac
decus tuæ Magistratus interesse magni, vt in litte prædicta, & alijs or-
dinis Mantesiæ, iura tutari, defendere, eisque inclinatis, ac propè
iacea;

iacentibus, patrocinari contenderem. Quod suscepi libenter, illa officij deliberatione, eo studio, ac diligentia, vt postpositis vtilitatibus, & commodis quibuscunque, tuæ Maiestati seruirem, vt factis probatum est; spatio vndecim annorum, quo tam in lite prædicta, quam in alijs plurimis, iura ordinis patrocinatoris sui: tam in curia Episcopali Dertusen. quam in Metropolitana Tarraconen. & vbi oportuit. Cum autem frater Franciscus Garrido prosequeretur causam de qua supra in Romana Curia; obtinuit rescriptum, à Clemente Pontifice maximo felicissimæ recordationis, Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die prima Iulij, anni 1604. cum quo Romanus Pontifex, fratribus capellanis Montesiæ concessit; in casu vacationis terdecim Ecclesiarum parrochialium Dertusen. ac septem Valentine. & Segobrice. diocesium in Ibcis, concessione rescripti designatis, quæ ad Montesiæ ordinis Dominium attinebant; etiam si dictæ Ecclesiæ seculares, solitæ erant conferri clericis secularibus, quòd possent illis vacantibus, concurrere, & illas obtinere modo, & forma in eodem designatis. Cumque clerici, & communitates clericorum secularium diocesis Dertusen. hoc nunc esse, semperque futurum in maximum ipsorum incommodum, & detrimentum existimarent; vehementer aduersati sunt Apostolici rescripti executioni; eamque impugnabant, credentes surreptionibus, & obreptionibus abundare. Ad quàm contradictionem, minas iactantem, non sine expresso locum generalem tenentis, atque ordinis Montesiæ consilio, me ipsum obieci, & exposui libenter; atque iuris responsa, tum in tutelam, & defensionem rescripti, iuriumque ordinis Montesiæ, tum etiam, vt secularium clericorum lites suscitandas obliterem, & restringerem, litteris consignavi. Quæquidem iuris responsa, ad locum generalem tenentem missi, meamque operam, ac industriam pollicitus sum fore, vt habita prius licentia, & Regij seruitij ratione, hunc librum, ingenij mei inbesillitate laboratum, super iuribus ad te, tantquam perpetuum nominatæ religionis administratorem, varijs in Ecclesijs diocesis Dertusæ pertinentibus; in lucem æderem. typisque mandarem; quæ temporis antiquitate iam erant extincta, illisque omninò priuata Montesiæ Religio; vtque meæ pollicitationes in Regij nominis seruitium, ac debitam obseruantiam, inutiles non essent, & supercanæ, ad locum tenentem, litteræ tuæ Magestatis nomine perscriptæ, quæ sic se habent, missæ fuerunt.

Al Doctor Siluerio Bernat agradecereys de mi parte, el auer aduerido, y dado el papel, que acer a desto ha hecho, y el del patronazgo

ironazgo de las Rectorias de la orden, que yo tengo como Administrador perpetuo della: encargãdole prosiga lo que acerca dello ha comenzado á escriuir, que por ser tan de mi seruicio, le recibire en ello muy accepto. Dat. en Valladolid à quinze de Deziembre de M. D. C. IIII.

YO EL REY.

U. Conarruias Vc. & Assessor Vi. Don Montserrat Guardiola R.
Vi. Don Ioãnes Sabater R. U. Don Philippus Tallada R.
U. Don Josephus Banyatos R.

Agreda Secretarius.

Cum autem Rex maxime, veritatis, & iustitiæ custos, tuam in me præstantem beneficentiam, insignem liberalitatem, insitam, vel potiùs ingeneratam à natura, vsuque vario confirmatam, perspexissem, vt susceptum hunc laborem prosequere, scriptisque, meis vigilijs, & lucubrationibus, commentata oratione, Montesiæ Religioni consulere nõ desisterem, vt ex litteris tuis planè constat. Itaque ductus auctoritate huius immortalis beneficij, rebus in omnibus, laboriosis illis quidem, & ponderosis, ad eundem ordinem pertinentibus, vsque ad præsentem diem, studium meum, & officium, desiderauit nullus: qua propter Rex optime, Regali tuo priuilegio, aduocationis prædicti ordinis, anno 1607. post alios quinque, quos in eadem aduocatione versatus fueram, condecoratus fui. Laborauique, omnibus mei ingenij viribus, patrocinijs titulum, tantæ Religionis sustinere. Quo tempore; studio, opera, & industria mea, consequutum est, vt ad parrochiales viginti duas, diœcesis Dertusen. fratres capellani, ordinis Montesiæ admittentur, in casu vacationum earundem; tam vigore rescripti suprãdicti, cuius diligentem executionem adeptus fui; quàm etiam, in vim tituli iurispatronatus: quatum annui redditus, singulis annis, octo numerorum aureorum milia; parum plus pariunt, & lites, ac etiam sumptus grauissimi, quæ oriebantur Religioni, cessarunt redactis iam in pristinum statum, rebus, & iuribus eiusdem, quæ iam ducentos ferè annos, amissa, ac tenebris obliuionis consépulta, credebamus, & his gloriosis laboribus, memoriam sempiternam consequutura spero: quod mihi gratissimum longè, & honestissimum visum est omni tempore, in obsequium

††

tux

tuae inclitae Maiestatis, non solum in huiusmodi negotijs, verum in alijs omnibus, in quibus occasio se, se obtulit dicendo omnia mea studia tuae laudi, gloriaeque. Quae omnia Rex Christianissime, ne longius mea prouehatur oratio, & molestiae tibi, plusquam voluptatis at tulerim; si tua Maiestate celsissima digna non sint, ac merentur, ut animo tuo suavissimo quo inter omnes flores, ac viges, Regiaeque virtute, ac potestate, quae iacentes, ac fortunae vicissitudine prostratos confirmare solet, foueas, & complectaris. Attamen vellem credas Rex potentissime me Regiae utilitati, ac religionis Montefisae commodo, non defuisse; eiusque fratres in spem emolumentum maioris, exploratam induxisse, inductosque, perpetua rerum ac nominis prosperitate confirmasse. Cum igitur (ut prospero flatu, ad exitus optatos prouehar) Regum consuetudine, tuaque maxime, qui omnium maximus, omniumque inuictissimus haberi, receptum sit, ut noue incipientes, ad maiora confectanda, infamato studio succitentur: te humiliter supplico, ac demisse precor, ut me iam tantum pelagus ingredientem, in tuam fidem, portumque, quem diligenter quero, suscipias, (ne in altum proueat imprudens) ut me ab imperita, vulgi, pauca ex veritate probantis, multitudine, cuius testimonium, si graue, constansque non sit, tamen, ut infinita pertimescenda est, factum, & tectum, (ut dicitur) tanto praesidio, nullis machinis oppugnando, velis conseruare. Vale Rex maxime, ac te, tuamquam prolem felicissimam, plurimos, ac pulcherrimos annos, Deus Optimus Maximus, custodiat, ac tueatur.



CLARISSIMO, ET
ORNATISSIMO VIRO, DOMI-
NO DOMNO IOSEPHO PEREZ A
Banyatos, Ordinis Immaculatæ, & semper Virginis Ma-
riæ Montesiæ, & Sancti Georgij de Alfama æquiti me-
ritissimo, Consiliario Regio, Sacri Supremi Aragonum
Consilij Regenti sapientissimo, Principatus Ca-
thalonix, & Comitatum Rossilionis,
& Ceritanix visitatori
æquissimo.

(* *)

SILVERIVS BERNARDI LEGVM DOCTOR,

S. P. D.



N tanta multò nobis aptiorum ad hæc
munera lectissimorum hominum copia,
rebus grauiissimis, & vel Regi serijs, nos-
tra quòd opera non sis dedignatus vti-
tum quòd virtutum (quæ primæ à flore
iuuentæ, præclara in vobis ingenij specimina multa Ca-
tholicæ Maiestati passim, & patulam exhibuerunt,) se-
mitas per aura vaganti demonstrans, ad altiora quasi
manu duxisti, & tot tantorum beneficiorum memo-
riam ad rogam quàm vsque colam, anceps quàm aucu-
por ansam, benignitatis vestræ aras sinceræ voluntatis,
& gratiarum actionis immola imbuendi, haud se qua-
quàm huc vsque dedit: detur vtinam, & ille michi dies
auspicato illuxerit, quò quotquot viuunt, viuentque
homines, non immemoris, aut ingrati animi habeam
testes

telles. Vt nouerint omnes, arcto, arctiora vincula, & per-
potum immensi debiti iugum (vestra cum beneficentia
re nuneranda, centuplo maior potentia non sufficiat)
libens me, libensque subire. Hoc unum verè dixerim,
collectos primos nostro de ortulo flores, in Catholica
pietatis sinceritate, singulari prudentia, eximia doctrina,
& heroycis dominationis vestrae virtutibus, vbi que
terrarum, & hinc vsque ad sydera notis, altius iecisse ra-
dices; quique ab eo vsque tempore, quo vestra consue-
tutine vii sum meritis, vegetius in nobis accreti, fa-
cundius (propitio numine) dabunt cum fauore fructus.
Hoc interim opus sub clypei tutela Regij propter atro-
cius (de more) insurgentium linguarum virus, in lucem
ædimus; & vt facilius quod collimaui pertingam, erudi-
tissimæ vestre censuræ (vt latrabundi canis guttur, hoc
veluti saxo occludam) nisi fortè graueris, rem totam
subijcio, huic quos tractatui alacres impedi labores, si
non ingenij nostri propter acumen, (quod quam sit exi-
guum satis scio) at saltem quod operis materia tota,
cum Regis, tum Reipublice interest, optimos quosque,
& eruditos boni consulturos confido. Vale.



AD LECTOREM.



QUOD ab anno 1604.
S. C. & R. Maiestas
(cuius mihi velle lex est)
iurispatronatus particu-
lam, multò quàm opus
effet rariori fulco elabora-
tam, impensius excolendi munus mihi per
literas imposuit; libentissimè, cui me natura
abstrinxit, Principi obediens, dum alacri su-
prà quam dici potest, ipsius obsequia ani-
mo perficio hoc iam opus, (cādide Lector)
futuris fortè maioribus præuium, typis man-
damus. Tu interim si hæc pauciora pauculis
dignabere visa, beneuoli queso animi aciem
simul intende, vt præreliquis non aspernan-
dis, vtique, sinceri affectus, & rem certè in ves-
tram propensionis animi vires ne queso con-
temnas, sic spero inuidas alterius pallet qui
rebus optimis (licet effrenis linguæ toxica
nullus

nullus valeat euitare) doctiorum tamen la-
bores nostri patrocínio retrusus, de excelso
liuioris tabifici monte, in rabiei murmuris
mare non se laxatis habenis audebit præcipi-
tare. Inuidia Siculi non inuenere Tirani ma-
ius tormentum, omnium quos terra alit in-
fimorum pectore colens ; en igitur boni
queso consule, tueri licebit, sed quem tuæ
fidei commissum offendere caue: vulcanica
illa flammivoma malitiæ arma virtutis viam
incedentes obsedere solita, in benigniori
animi monumenta refellas. Vale.



Lactantius lib. 6. cap. 5.

*Fulgura non metuo, pellunt ea germina lauri:
fortuna insultus despicit integritas.*



IVRIS RESPONSVM,
 PRO S. C. ET R. MAIESTATAE
 INVICTISSIMI D. N. PHILIPPI III.
 Hispaniarum, & Indiarum Regis potentissimi, vti ad-
 ministratoris perpetui, ordinis militaris Virginis Mariæ
 Montisæ, & sancti Georgij de Alfama; super iurepa-
 tronatus Ecclesiarum villæ Ceruariæ, Villarum,
 & locorum termini eiusdem. Et villarum de
 Xiuert, & de Coais de Vinromano, Vil-
 larum, & locorum terminorum ea-
 rundem, Diocesis
 Dertusen.

AVTORE SILVERIO BERNARDI,
*legum Doctore, Aduocato Fiscali Regiæ Visitæ generalis
 Principatus Cathalonie, & Comitatum Rosilio-
 nis, & Ceritanie; Regioq; Aduocato ge-
 nerali ordinis supradicti.*

S. I.

- 1 **R**AMIRVS fuit primus Rex Aragonum.
 2 Concessio decimarum, & iurium patronatus, facta per
 Alexandrum 2. in fauorem Sanctij Regis.
 3 Gregorius septimus concedit distributionem Ecclesiarum Reg-
 ni Aragonum Sanctio Regi.

§. I.

- 4 *Disponit prædictus Rex Sancius, de Ecclesijs & decimis, virtute dictarum concessionum.*
- 5 *Obijt præfatus Rex Sancius, anno 1094.*
- 6 *Petrus dicti Sancij filius successit in Regno Aragonum.*
- 7 *Abbas Aymericus, fuit orator missus per Aragonum Regem, ad Sedem apostolicam; circa observationem, concessionum Alexandri. 2. & Gregorij. 7.*
- 8 *Concessio decimarum, & iurium patronatus, facta per Urbanum. 2. in fauorem Regis Petri, & procerũ Regni, & successorum eorundem.*

I



POST QVAM tempore Roderici, vltimi Gotthorũ Regis antè Hispaniæ cladem, omnes ferè prouinciæ eiusdem, per Sarracenos vltamarinos occupatæ fuerunt; magna ædita strage, in christianos in eadem commorantes: diuino afflante auxilio paulatim, cum paruis militum copijs, fuit erepta è manibus Sarracenorum, per Christianos è genere Gotthorum descendentes, bona pars Regni legionis, & comitatus Castellæ, & Regni Nauarræ, & comitatus Aragonum. Et irà aucta eorum potètia, successit in prædictis regnis, & comitatibus (post alios per multos Reges, & Comites, qui fæliciter gubernarunt) Sancius Imperator; qui genuit Ramirum, primum Aragonum Regem nuncupatum; ex quo comitatum Aragonum, in Regnum erigi voluit dictus imperator; & dominum eiusdem Regia dignitate frui decreuit, ac statuit, interueniente consensu Eluiræ vxoris eiusdem. Itaque defuncto Sancio Imperatore, anno 1015. prout refert Archiepiscopus Toletanus in sua historia, cap. 122. siu è anno. 1020. prout testatur Beuther, in chronicis de España lib. 2. cap. 7. seu etiam in annis

annis relatis à çurita , in annalibus coronæ Aragonum , lib. 1. cap. 13. (quorum diuersæ opiniones non nocent huic nostro tractatui) successit in regno Aragonum , prædictus Ramirus. Prout referunt Carbonell, in chronicis de España, lib. 1. cap. de la parricio de les terres ço es de Nauarra, è de Arago , è del Rey Don Ramiro. Illescas in pontific. lib. 4. cap 81. §. vlti. çurita in dictis annali. lib. 1. c. 14. Beuther in dict. chroni. lib. 2. cap. 8. Et post dicti Ramiri obitum, successit in dicto Regno, Sancius Ramirez , alter ex duobus filijs legitimis. & naturalibus eiusdem. Qui cum pluries cum impijs Sarracenis dimicauerit, ob exaltationem fidei, & religionis christianæ , & eos sæliciter vicerit , quia ad maiora aspiraret ; concessit eidem , Alexander Pontifex maximus , huius nominis secundus , eò tunc cathedram sancti Petri sæliciter gubernans. cum bulla speciali Romæ expedita, omnes decimas. & iura patronatus ecclesiarum. oppidorum, quæ in proprio Regno, & terris dominio illius subiectis, de nouo construere. & ædificare iussisset ; vel in prouincijs, seu oppidis, à Sarracenis per eundem captis. Sic testatur cum alijs Beuther, in chroni. lib. 2. cap. 8. Cum autem eo tempore administraret Episcopatum Iaccensem Garcia Episcopus , non solum præfatae concessioni apostolicæ non paruit , verum etiam contradixit eidem , quapropter prædictus Sancius Ramirez , missit Romam Abbatem Aquilinam, quia Romano Pontifici supplicaret, quatenus de remedio oportuno , circa dictæ contradictionis negotium, prouidere dignaretur. Qui obiit Romæ, & præuia de causa iterum eò missus fuit, Sancius Abbas, qui mediante solertia, & præcibus Galindi, Abbatis Alqueçarenfis, obtinuit de nouò, à Summo Pontifice Gregorio huius nominis. 7. dictam gratiã, & concessionem , in fauorem

dicti Sancij, & successorum eiusdem de quibus omnibus plenè constat, in annali. de çurita lib. 1. cap. 25. & in chronicis de Beuther, lib. 2. cap. 8. & in chronic. de Carbonell, lib. 1. cap. del Rey en Pere, è de les sues gestes, scilicet antè vnionem Regni Aragonum, cum Comitatu Barcinonæ (quae omnes historiarum, & annales, in fidem praemissorum deducuntur, cum latè tractent de eisdem. & fidem faciant de iure, prout infrà patebit) in quo capite dictam bullam fideliter descripsit; cui transumpto. fidem in integram dandam fore refert, vti notarius publicus, & archiuarius regij archiui ciuitatis Barcinonæ; ex quo cum bulla originali, in dicto archiuo recondita illud comprobauit; quod etiam concordat, cum alio transumpto, adducto per Beuther in dict. chroni. lib. 2. cap. 9. cuius Bullae, et concessionis series talis est, vt sequitur.

GREGORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, Sanctio charissimo suo in Christo filio, Regi excellentissimo: eiusq. successoribus, rite substituendis in perpetuum. Propter egregiam, & specialem probitatem, quam praedecessores tui, quibus tu non dissimilis inueniris, semper habuerunt, corra gentem incredulam: & deuotionem feraentem, quam habes erga Christum, & eius Ecclesiam: tibi & successoribus tuis concedimus: sequentes praedecessorem nostrum Alexandrum videlicet secundum, vt Ecclesia villarum, tam earum, quas ipsi in Sarracenorum terris capere poterunt, quàm earum, quas ipsi, in Regno vestro edificare feceritis, vel per capellas, vel per quae volueritis monasteria: sedibus dumtaxat Episcopalibus exceptis, distribuere liceat vobis. Sed quum sicut tuarum literarum series demonstrat; & Galindus Abbas Alqueçarensis Ecclesia, nobis viuà voce exposuit; quidam antistites, regni tui, concessionem super hac re factam, tuis praedecessoribus infir-

mare

mare nituntur, & huic fortassis præsumunt obloqui. Per hanc cartam eis silentium imponimus: promulgantes excommunicationis sententiam, auctoritate Dei omnipotentis, & sanctæ Mariæ Virginis, & Apostolorum Petri, & Pauli, in eos, qui cõtra hoc priuilegium tibi concessum venire tentauerint. Mitimus autem tuæ sublimitati scriptum huius concessionis, per Galindum dilectum filium nostrum, Alqueçarensem Abbatem. Datis Laterani, tertio decimo Kalend. Martij per manum Diaconi Cardinalis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ: anno Dominicæ Incarnationis, millesimo, septuagesimo tertio, in dictione tertio.

Sanctus Sanctus
Petrus. Paulus.

Gregorius PP. Septimus.

Et idè, vigore dictarum concessionum Alexandri
4 2. & Gregorij septimi, præfatus Rex Sancius dispo-
suit de Ecclesijs, & monasterijs. Namque monasterio di-
ui Poncij de Tomeras, fratrum ordinis diui Bene-
dicti, constituto prope Narbonam, in Regno Gallix,
vniuit, & concessit alia monasteria, Ecclesias, & capel-
las Regni Aragonum. Sic tenet çurita in annalib. lib. 1.
cap. 3 1. quod aliter ei permissum non erat, prout in-
frà patebit. Deinde verò cum ictu cuiusdam sagittæ
proiectæ à Sarracenis in obsidione ciuitatis Oscæ,
Regni Aragonum, vulneratus extitisset: obiit eaprop-
pter in dicta obsidione. die 4. mensis Iunij anno 1094.
5 constat per deducta à Carbonell, in chroni. lib. 1. cap.
del Don Sancho, è de sos fets que feu, segons se amo-
strà: & à Beuther in chronic. lib. 2. cap. 8. in fin. &
6 à çurita, in annal. lib. 1. cap. 3 1. Et successit eidem, in
dicto Regno Aragonum, Petrus eius filius, natu maior,
qui cum eisdem prærogatiuis, & priuilegijs apostoli-
cis, concessis in fauorem Regis Sancij eius patris, &

- successorum eiusdem, frui, ac vti voluisset: non dubitarunt aliqui ex Episcopis dicti Regni, eum perturbare.
- 7 Quamobrem, misit Romam, Aymericum Abbatem primatenensis monasterij. Et habita plena, & legitima informatione, per Urbanum 2. Romanum Pontificem, mediante dicto Abbate, nuncio, & oratore de contradictione per antitistes praefatos facta dicto Regi Petro: cum sua apostolica Bulla, confirmavit concessionem Alexandri 2. & de nouò concessit ecclesias, decimas, et primitias, ecclesiarum, villarum, et locorum, quæ in Regno proprio aedificare iussissent, vel in regnis et terris, quæ à Sarracenorum dominio eriperent, dicto Regi Petro, et successoribus eiusdem in perpetuum, cuius apostolicae Bullae tenor sequens est.

8 **V**RBANVS Episcopus, seruus, seruorum Dei, Petro charissimo sibi in Christo filio Hispaniarum Regi excellentissimo, eiusq. successoribus ritè substituendis in perpetuum; tua dilectissime fili deuotionis affectu, per venerabilem fratrem nostrum, Aymericum, primatenensis monasterij Abbatem acceptis literis, circa Sacrosanctam Romanam Ecclesiam agnito lætitiæ haud modica, mentis exhilaratus est animus. Sed vt verum fatear, eisdem perlectis, iræ perturbationis nimia commotione immutatus nec immerito. Ex earum namq. initio dilectionis, & reuerentiæ, quam erga Sanctam Romanam Ecclesiam semper habuisti, & habes, magnitudinem cognoui: quantumq. in ea confidas, quã deuotè, & fideliter, animæ tuæ, salutem eius orationi committas, aduerti ex fine verò earundem, tantam rerum comieci abusionem, quæ menti meæ longè à statu suo dimota, maiorem quàm credi posset immitteret stuporè. Te scilicet pro honorum numerositate, malorū multipliciter perferre; & perturbata prosperitate, tribulationem, in innocentia tuam cateruus (vnde auxilia, & consilia præcipuè procedere deberent,) irruere. Siquidem, quam inter modernos regno-

rum

rum rectores, quorum plerosq. animarum suarum negligente^s,
 vel penitus oblitos, ut pote ab omni equitatis itinere devios, pl^a
 nam viam ad mortem ducentem sequi ingemiscimus, te fere,
 solam diuino afflatum spiritu, angustias ad vitam ducentes
 elegisse videmus cum iustitiæ rigore constanter insistere, Ec-
 clesiarum tranquillitati, & paci studiose inuigilare, pupillarum,
 & orfanorum defensioni iugem operam dare, paganæ genti
 depressioni, & coarctationi, christiana verò exaltationi, & am-
 plicationi, cum summa incessanter strenuitate insudare. Et ut
 breuiter concludam, cum totius mali propulsioni, totiusq. boni
 exercitijs, efficaciter incumbere gaudeamus, ipsi tum preciosorū
 fructuum agnoscentes arborem, officiosius venerari, ac extol-
 lere deberent, cui scilicet regni antistites, quibus pro assidua
 experientia tantorum meritorum tunc specialius venerationi,
 tuisq. obsequijs esse insistendū; in te prætaxatarum literarum
 pandit series, insurgunt. Et quia humili Christo conformatum
 patientiæ clypeum nolle obycere vident tanquā erectis contra
 te calcaneis deprimere, & contundere māsuetudinem non eru-
 bescunt. Verum ne illorum temeritati, solum tibi tantarum
 iniuriarū dedecus arbitreris inferre; aduertere tua potest pru-
 dentia, eos non minus in apostolicam auctoritatem peccare,
 dum ea quæ prædecessor meus, Alexander videlicet secundus,
 & mea post illum paruitas, tui patris celebris memoriæ regis
 Sancij rationabiliter concessit petitioni, friuolis suis ratioci-
 nationibus in irritum conantur reducere: casso nitētes labore,
 nodum in cirpo inuenire. Sed ne verbis diutius immoremur;
 his ad eorum causis demonstrandis quæ constituturi sumus,
 præmissis, ad rem veniamus. Quoniam igitur prædictorū epis-
 coporum tantā videmus in discretionem, & tam nullā dispensa-
 tionis recogitationem, quæ iam pridem ut superius diximus,
 concessa sunt. Modo presentis priuilegij munimine firmantes,
 ex auctoritate omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus
 sanctij, & B. Mariæ sēper Virginis, Beatorumq. Apostolorum,
 Petri, & Pauli, necnō, et Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & ad
 ultimū nostræ diuinitus cōcessa paruitati, statuim⁹, tui, charis-
 sime

sime fili Petre, tuiq. Regni successorū ex genere tuo ritè substituentorum iuris esse; ut Ecclesias villarum, tam earum quas in Sarracenorum terris capere potueritis, quam earum, quas ipsi in Regno vestro edificare feceritis, vel per quæ volueritis monasteria (sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis) distribuere liceat vobis. Et ne apud matrem cuius voluptatibus, & præceptis exequēdis semper promptissimus extitisti, repulsam in parte aliqua patiatur petitio, tui quoq. regni proceribus eandem licentiam concedentes, eodemq. illam priuilegio, & eadē auctoritate corroborantes, sancimus; ut Ecclesias quas in Sarracenorum terris iure belli acquisierint, vel in proprijs hereditatibus, fundauerint, sibi, suisq. hæredibus, cum primitiis, & decimis proprietarum dumtaxat hereditatum, (dummodo cum necessariorum administratione, diuina in eis monasteria, ritè à conuenientibus personis, celebrari faciant) eis liceat retinere; vel quarumlibet capellarum, vel monasteriorum ditioni subdere. Tu autem serenissime Rex, tuiq. posteri & super ni patris, & eius quæ tanquam specialibus filiis tantæ prærogatiuæ dona vobis confert, semper memores matris, tales fieri laborate ut ipsis in nullo abutentes, sed iam memorati Regis Sancij, per omnia conuersationem sequentes, post momentanei regni gubernacula, feliciter ad regis regum perpetuo congregati, peruenireq. mereamini consortium. Hanc ergo nostram constitutionem perpetua cupientes stabilitate teneri; omnibus notum esse volumus, quòd quisquis contra eam temerè venire voluerit, totius christianitatis expulsus consortio, anathematis iudicio subiacebit, qui autem pia illam veneratione seruauerit, & apostolica benedictionis gratiam, & æterna retributionis consequatur abundantiam amen. Datum Romæ decimo sexto Kalend. Maij, per manus Ioannis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, & præsignatoris Domini Urbani Papæ 2. anno dominicæ Incarnationis. 1095. in dictione tertia, anno Pontificatus eiusdem Domini octauo.

Sanctus Sanctus
 Petrus. Paulus.

Urbanus Papa.

Huius-

Huiusmodi priuilegij apostolici transumptum, ad-
ducant Carbonell in chronic. in locis supra citatis
nempè lib. 1. cap. del Rey en Pere, e de les sues gestes
&c. & Beuther in chron. lib. 2. cap. 9. & in archiuo re-
gio Barcinonæ reconditum est, prout ipse vidi, & aliud
transumptum, in pergamenea charta scriptum, ab anti-
quissimo tempore & signis notariorum munitum, custo-
ditum & reconditum inueni, in archiuo capituli almæ
Sedis Dertusen. cuius copia authentica mihi tradidit
Petrus Puiguert notarius, & scriba ac archiuarius dicti
capituli: quam apud me habeo. Ex cuius dispositione
cōstat plenè decimas, & primitias, simul cum ecclesijs,
villarum, & locorum, quæ dictus Rex Petrus, & pro-
ceres regni eiusdem, ac eorum omnium successores in
perpetuum è manibus, & dominio Sarracenorum eri-
puerint, vel in proprijs hæreditatibus ædificare iussis-
sent, ad eos pleno iure spectare; & de eisdem dispo-
nere potuisse, & posse, & cuicunq. ecclesiæ vel mona-
sterij ditioni subdere. Et ita ommissis alijs priuilegijs
Alexandri. 2. & Gregorij. 7. de huiusmodi priuilegio
Vrbani. 2. tractabimus; & erit fundamentum, & basis
iuris de quo agimus in præsentis responso.

§. II.

- 1 **Q**UIDAM temere asserunt, priuilegia apostolica su-
pra adducta, Regibus Aragonum concessa non fuisse.
- 2 Breuis Hispaniæ descriptio.
- 3 Anno 1095. ab Incarnatione Domini, regnabant in regnis
Aragonum, & Nauarræ, Rex Petrus, primus huius no-
minis, in regnis Castellæ, Legionis, & Galleciæ, Rex Alfon-
sus

sus sextus, & in Principatu Cathalonia, comes Raymundus Berengarius.

- 4 *Chronica, Annales, seu libri historiales, fidem faciunt, & eis est credendum.*
- 5 *Ius quod est, de toto, est de parte.*
- 6 *Narratiua priuilegij Papæ fidem facit, & plenè prebat, maxime, si Papa fundet intentionem concessionis in narratiua, licet sit de factò alieno.*
- 7 *Instrumentum presumitur verum, validum, & solenne maximè si ad sint in eo, dies annus, & facti substantia.*
- 8 *Instrumentum licet non sit authenticum, probat, si est antiquum, & inter authenticas scripturas reconditum in archiuo.*
- 9 *Tempus centum annorum, antiquissimum dicitur.*



1

2

HT quia nonnulli temerè quidem, ac insipienter dixerunt, priuilegia Alexandri. 2. Gregori. 7. & Urbani. 2. de quibus in præcedenti. §. tractauimus, non fuisse concessa in fauorem regum Aragonum; offendentes cū eorum falsa assertione, veritatem ipsam, & regum Aragonum antiquam, & excellentem prerogatiuam, cum eisdem concessam. iuxta relata per Belug. in Specul. princip. §. sed occurrit. n. 4. rub. 16. adducam rationes infallibiles, & necessario concludentes, quibus concludenter probatum dimittam; prædicta priuilegia, prædictis regibus concessa fuisse, & non alijs. In primis Hispania, (ommissis omnibus circumstantijs, latissimè per auctores adductis, ad describendum fitum eiusdem) attentis his, quæ per Ptholomeum, Plinium, Solinum, Iustinum in calce chronicorum, Orofium, Pomponium Mella, & Strabonem, ac alios omnes modernos, scripta, & tradita fuerunt, & nouissimè per

per Hieronymum Pujades I. V. D. in chronicis Cathalonix à cap. 4. vsq. ad cap. 8. inclusiuè lib. 1. cingitur versus Septentrionem Oceano sinu qui illam à Gallia determinat, præsertim à prouincia Aquitanix & Britanix, in quo Hispanix littore adest Cantabria: & ibidem successiue eodem Oceano mari terminatur, in quo etiam littore est Gallecia. Deinde idem Oceanus ab Occidente cingit aliam Galleciæ partem, quæ Portugalia dicitur, & deinde in eisdem littoribus est Lusitania; & post eam Bætica, in quibus, angustus Oceani frætus accedit; ex quo Oceanus versus meridiem defluit, veluti torrens orbem rigans, quod mare Mediterraneum vocant, qui frætus paruo spatio Hispaniã ab Africa diuidit; & ibi, ad littora Mediterranei maris, Bætica protenditur: & rursus habet Hispania, in dictis mediterranei littoribus, nouam Carthaginem, Regnũ Valentix, & Principatum Cathalonix, qui vsq; ad castrum de Salses protenditur. Diuiditur deinde Hispania, à Gallia, Pyrineis montibus, qui diuino quodam mysterio, angustas portas, difficilemq. aditum, Hispanix naturaliter præbent, & originem trahunt, à littoribus mediterranei maris, prope castrum Leocatæ, in confinibus Principatus Cathalonix, & finiunt, apud Cantabriam propè castrum de Fuenterabiã, in littoribus oceani. ita Beuther refert, in chron. lib. 1. cap. 6. cum quo omnes communiter. Itaque Hispaniam terminant, & claudunt mare oceanum, & mediterraneum, ac Pyrinei montes; intra quos limites includuntur: regna Aragonum, & Valentix, ac Principatus Cathalonix. Quod latè Pujades, in dictis chroni. Cathalonix à cap. 4. vsq. ad cap. 8. inclusiuè lib. 1. Quo vt infallibili præsupposito, cū omnes Chronistæ, & scriptores omnino concordent in prædicta situs Hispanix descriptio

3 ne. Sciendum est Summum Pontificem Vrbanum. 2. concessisse priuilegium, in præcedenti. §. descriptum, anno ab incarnatione Domini. 1095. prout ex dat. eiusdem apparet, in fauorem regis Petri, quo tempore solum in Hispania hoc nomine fungebatur, rex Aragonum & Nauarræ. Et quod eò tunc regnās in dictis regnis, dicto nomine Petri, fungeretur, constat ex deductis per Beuther in chroni. lib. 2. cap. 9. & per Carbonell, in chroni. lib. 1. cap. del Rey en Pere, e de les sues gestes, scilicet ante vnionem regni Aragonum, cum comitatu Barcinonæ: & per omnes alios chronistas, & auctores. Sciendum tamen est, dictum Nauarræ regnum vnitum fuisse patrimonio regis Aragonum ab anno 1076. vsq. ad annum. 1131. quo dicta vnio fuit soluta, iuxta relata per çuritam in annali. Aragonum lib. 1. cap. 23. & 49. & communiter per omnes. Et Principatum Cathalonix fæliciter gubernabat, & possidebat, Raymundus Berégarius Comes Barcinonæ, huius nominis tertius, ac vndecimus in successione dominij prædicti comitatus, qui anno 1083. successit in dicto Principatu: & obiit anno 1131. iuxta adducta per Carbonell, in chron. lib. 1. tit. dels Comptes de Barcelona, y llurs gestes. cap. del Compte Don Ramon Berenguer, al qual peruenque lo Comptat de Proença. & per Beuther in chron. lib. 2. cap. 17. & per omnes indistinctè. In regnis vero Castellæ, Legionis, & Galleciæ, regnabat dicto anno Incarnationis. 1095. Alfonsus huius nominis in dictis regnis sextus, filius regis Ferdinandi, huius nominis in dictis regnis primi, & frater regis Sanciij huius nominis secundi, proditoriè occisi per Vellido Dolfos, in obsidione ciuitatis çamoræ. Sic refert Illescas in histor. pontifi. lib. 5. cap. vlti. §. de Don Hernando primero de Castilla, cum duobus. §§. immediatè sequentibus. à
qua

4 qua assertione nullus ex chronistis, & auctoribus recedit. Et quia iam pluries ad verificationem earum rerum, quæ ad factum huius responsi atinent, allegantur chronica, annales, & libri historiales seu historiæ, videndum est, vtrum probent, & eis fides tribuenda sit. Et succintè dicendum est; de iure chronica, & libros historiales probare, & fidem facere: ex eo quòd sunt scripturæ enunciatiuæ, aliàs recitatiuæ, quibus à modernis, & antiquis creditum videmus, iux. text. in cap. cum causam. de probatio. glos. in cap. venerabilem. verbo, transtulit, de electio. sic docet Barr. in l. 1. n. 22. ff. si cert. petat. & ibi Ias. nu. 25. & DD. Garcia de Hispano. nobilit. glos. 18. num. 10. Gigas conf. 70. nu. 62. & 63. vnde, cum videamus apud modernos, & antiquos, historias, chronica, & annales de Carbonell, de Beuther, de çurita, de Illescas, & aliorum similium, quæ allegatæ fuerunt, & deinde allegabuntur, fidem facere plenam, eis credendum, & standum est: itaque in regnis Castellæ, legionis, & Galleciæ, regnabat dicto anno Incarnationis 1095. Alfonso sextus, in regnis vero Aragonum, & Nauarræ, regnabat Petrus huius nominis primus, & in Principatu Cathalonix Raymundus Berengarius, huius nominis tertius, Barcinonæ comes. Cætera autem regna, & prouinciæ Hispaniæ, occupatæ adhuc erant, per Sarracenos, & eorum reges, seu duces. Quo vt euidenti supposito, cum tempore concessionis dicti priuilegij ab Urbano 2. cõcessi, solum in Hispania inueniretur inter Reges & Principes Christianos, rex Aragonum, & Nauarræ, qui nomen Petri Regis obtineret; ne cessario dicendum est; in eius, & non alterius fauorem, concessum & expeditum fuisse. Nec mirum est, quòd cum dictus Petrus, solum foret Rex Aragonum, & Nauarræ, si in dicto priuilegio Urbani. 2. Hispaniarum

5 Rex nominetur, namq. aliquando sumitur pars pro toto, & ita Pontifex assumpsit regna, Nauarræ, & Aragonum, quæ partes Hispaniæ sunt, pro tota Hispania. Et cum de iure cautum inueniamus, quod ius competens in tota aliqua re, competat etiam parti dictæ rei. iux. tex. in l. quæ de tota. ff. de reiuend. ideo dicendum est, quòd ius competens ad vniuersam Hispaniam ex dicto priuilegio, pertinebit ad partem Hispaniæ, nempè ad regna Nauarræ, & Aragonum. Et præter hæc omnia, dubium omnimodò tollit quod sequitur, nempè quòd reges Castellæ, Legionis, & Galleciæ, licet partem Hispaniæ, & non vniuersam Hispaniam possidebāt, reges Hispaniarum appellabantur, prout patet ex eorum chronicis, & signanter in exordijs plurium priuilegiorum, quæ ab eisdem concessa antiquitus fuere, & non solum reges prædicti, verum & comites, ac principes alicuius priuatæ partis Hispaniæ, Hispaniarum domini nuncupabantur. De quo plenè constat, cum instrumento quodam donationis factæ in fauorem Oldegarij Episcopi-Barcinon. per supradictum comitem Raymundum Berengarium, huius nominis tertium, de ciuitate Tarraconenſi, acto dictis temporibus, quibus possidebat Cathalonix Principatum dictus Berengarius; quod recòditum est in regio archiuo Barcinonæ, & illud adducunt Beuther, in chroni. lib. 2. cap. 13. & Carbonell in chroni. lib. 1. tit. dels Compres de Barcelona, e de llurs gestes. cap. del compté don Ramon Berenguer, al qual peruengue lo comptat de Proença; cuius instrumenti donationis exordium & eius series est tenoris sequentis.

Raymundus Dei gratia Barcinonæ & Hispaniarum Marchio, Bisulduni, & Prouincie Comes, vener. Barcinonen. Episcopo Oldegario, tuisq. successoribus in perpetuum &c. Quibus omnibus

bus attentis, auertitur dubium quodcumq. si forsan ali quod oriri poterat, ex verbis dicti priuilegij apostolici ibi *Hispaniarum Regi*. Præterea autem, constat dicto regi Petro Aragonum & Nauarræ, concessum fuisse priuilegium adductum, ex eo quia, in præcedenti §. probatum manet, dictum regem Petrum, filium, ac successorem fuisse, Sancij regis Aragonum: ergo si Sancij regis filius fuit, gratia dicti priuilegij Urbani. 2. in specialem fauorem præfati regis Petri, concessa fuit: namque Sūmus Pontifex in eodem refert, ac asserit, dictum regem Petrum, filium fuisse regis Sancij; quod constat ex sequentibus verbis dicti priuilegij, *Aduertere tua potest prudentia, eos non minus in apostolicam auctoritatem peccare, dum ea qua prædecessor meus Alexander scilicet secundus, & mea post illum paruitas, tui patris celebris memoria regis Sancij, rationabiliter concessit petitioni &c.* Ex quibus omnibus plenè probata remanet, identitas personæ dicti regis Petri, & priuilegium de quo agimus, in eius fauorem cōcessum fuisse. Ex quibus etiam verbis apparet, priuilegium Alexandri. 2. de quo tractauimus, in fauorem Sancij regis Aragonum patris, & prædecessoris regis Petri, cui concessum fuit priuilegium Urbani. 2. expeditum fuisse. Quibus verbis narratiuæ, seu assertionis, prælibati priuilegij est credendum, & standum, iux. adducta per Moheda. decis. 260. n. 3. & per DD. in cap. cum à nobis. de testib. maximè cum Papa Urbanus, fundet intentionem suam, in assertionem dicti priuilegij. hæc est doctrina recepta glos. in clement. vni. de probatio. & plenam fidem facit dicta narratiua, licet sit de facto alieno, iux. eiusdem glos. doctrinam, et Feli. in d. cap. cum à nobis. nu. 2. vers. sed aduerte, de testib. Nec dubitandum est, de fide instrumenti, siue scripturæ publicæ dicti priuilegij: ideo quia regulariter, & verè instru-

strumentum præsumitur verum, validum, & solenne.
 ita docent Bald. in l. cum præcibus. C. de probatio. &
 in cap. illud. in fin. de præsumpt. Decius conf. 101. n. 1.
 Card. Paris. conf. 60. n. 6. vol. 1. Socinus iun. conf. 95. n. 2.
 vol. 3. Grat. conf. 11. n. 3. vol. 2. & signanter, quia in dicti
 priuilegij apostolici instrumento, adsunt dies, annus,
 et persona concedens; et in cuius fauorem concessum
 extitit, et substantia facti; iux. deducta per Abbat. et Fe-
 lin. in capit. 1. de fide instrument. et eò magis probat
 plenè dictum priuilegium, quia in archiuis regio Bar-
 cinonæ, et capituli almæ Sedis Dertuseñ. et in pluribus
 alijs reconditum, et custoditū est; et sub custodia. prout
 probat tex. in authen. ad hæc. C. de fide instru. et docet
 8 Corneus conf. 171. nu. 10. vol. 1. nec requiritur quòd
 instrumentum dicti priuilegij authenticum sit, ad ple-
 nè probandum; sed sufficit quod sit antiquum, et recõ-
 ditum inter authenticas scripturas, et in archiuo pu-
 blico sub custode. iux. Cornei doctrinã in d. conf. 171.
 et Feli. in cap. ad audientiam. à n. 11. vsq. ad n. 15. de
 9 præscriptio. Vndè, cum tempus centum annorum, an-
 tiquissimum dicatur, quemadmodum docent Crauer.
 conf. 141. n. 3. vol. 1. Decius conf. 13. 42. et 321. Ce-
 phal. infinitos allegans conf. 250. n. 18. vol. 2. Petrus
 Dueñas, conclus. 299. fallen. 7. et dictum priuilegium
 vt ex eius data anni. 1095. inferitur, nedum centum, ve-
 rum et quingentum annorum, antiquitatem habeat, et
 reconditum sit in archiuis publicis desuper relatis, in-
 ter authenticas scripturas, et sub custodia; ideo con-
 cludendum est, illud fidem plenam facere, et ei stan-
 dum forè, et eò præcipuè, quia in archiuo regio Bar-
 cinonæ, in sua originali forma reperitur reconditum
 priuilegium Urbani. 2. de quo tractamus, literis Lon-
 gobardis scriptum, cum bulla plumbea pendedte, cū
 funi-

funiculo sirici viridi coloris, et impressis in eadem effigibus, sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum, ita refert Carbonell notarius publicus Barcinonæ, et archiuvi regij eiusdem ciuitatis archiuarius, et de eisdem fidem facit in chroni. Hispaniæ per eundem æditis, lib. 1. cap. del Rey en Pere, cognomenat Catholic fill del Rey Ildefonso, ibi sub his verbis: *E no solament los predits originals se troban transcrits en los registres, mes encara en lluy propria figura: specialment aquell de Papa Vrba, qui es escrit de lletres Longobardes, ab bulla de plom, en seda verda penjant, hon son impressas les imatges de sant Pere, e sant Pau, &c.* Qua propter, dicto priuilegio, et eius dispositioni standum est de iure, non obstantibus quibuscunque in contrarium temerè prætensis. Constat deinde, ex dicti priuilegij narratiua: priuilegium concessum per Gregorium. 7. desuper adductum, in fauorem Sancij regis Aragonum, patris regis Petri, expeditum fuisse: ex quo Vrban. 2. in dicto priuilegio per eum concessio regi Petro, confirmat priuilegium, in fauorem dicti regis Sancij concessum per Alexan. 2. eius prædecessorem; et similiter præfatus Gregorius. 7. in eius priuilegio tractat, et loquitur de prædicto priuilegio Alexan. 2. prædecessoris etiam eiusdem, in fauorem dicti regis Sancij concessio. Et cum de priuilegio Urbani, et de concessis cum eodem in presenti responso solum tractandum sit: eius validitatem tantum de iure probaui. Cuius priuilegij Urbani. 2. dispositio continet dictum regem Petrum, ac eius successores in perpetuum, dominos fuisse, ac esse ecclesiarum, villarum, et locorum, quæ à dominio Sarracenorum, ac infidelium eripere possent: vel in proprijs hæreditatibus de nouo fundarent, cum facultate vniendi eas, quibuscunq. monasterijs, et capellis, ac etiam decimas dictorum locorū,

§. III.

et villarum ad eosdem pertinere. Quid autem importet, in iure concessio dictarum ecclesiarum: seu dominium in eisdem dictis regibus, seu proceribus spectas, ex dictæ concessionis apostolicæ vigore, successiuè tractabimus.

§. III.

- 1 **D**ECIMAE ante legem Euangelicam, debebantur de præcepto legis, in veteri testamento.
- 2 Præceptum de decimis soluendis, iudiciale erat, in veteri testamento partim, & ceremoniale certo modo, ac etiam partim morale.
- 3 Decimæ post legem euangelicam, debentur, & originem trahunt, de iuris diuini præcepto; & de iure naturali.
- 4 Decimæ non solum prædiales, verum & personales debentur de præcepto diuino, & iure naturali.
- 5 Decimæ personales redduntur ecclesie in qua homines percipiunt sacramenta, prædiales vero, ecclesie in cuius districtu colunt.
- 6 Decimæ personales, de consuetudine obseruata non redduntur, & ea propter non soluentes eas excusantur.
- 7 Decimæ debentur, de præcepto diuino, & iure naturali, non quoad quottam, sed tantum quoad cõgruam ministrorum sustentationem, quod est dispensabile per Papam.
- 8 Decimæ sunt res spirituales, & diuine.
- 9 Laici incapaces sunt rerum spiritualium, & diuinarum.
- 10 Decimæ fieri possunt profanæ de priuilegio Pape, & laicis concedi per eundem, & non per prælatum inferiorem.
- 11 Decimæ in perpetuum concedi possunt à sede apostolica laicis, rationabili causa exposcente.
- 12 Expressio rationabilis causæ, licet sit necessaria de iure, nõ requiritur in concessionis apostolicæ priuilegio, nam præsumitur cum ea expeditum fuisse.

- 13 *Decimæ, si a laicis possidentur non possunt de vno ad alium trāsferri de iure, absq; Episcopi consensu.*
- 14 *Decimæ in regnis Aragonum, & Valentię, & in Principatu Cathalonie, ac in vniuersa Hispania, postquam factæ fuerunt profanæ transferuntur de vno laico, ad alium, absq; Episcopi consensu, de consuetudine obseruata.*
- 15 *Imperatores, & Reges, laici dicuntur, & sub iure tractante de laicis comprehenduntur.*



T licet in præsentis responso, de iure patronarus agendum, & tractandum sit, cum basibus & fundamentum eiusdem existat priuilegium Urbani. 2. supra adductum; & cum

eodem decimæ regibus, & proceribus regni Aragonū concedantur, simul cum iure patronatus ecclesiarum: ideo quasi per transenam, nonnulla de decimis adducam. Itaque decimæ ante legem euangelicam, debebantur, in veteri testamento de præcepto legis. Legimus enim Leuitici circa finem; ibi sub his verbis. *Omnes decimæ terræ, siue de fructibus, siue de pomis arborum Domini sunt: oues, boues, & capra, que sub virga pastoris sunt &c.* Et numeri 18. circa finem sub his verbis, *Filijs Leui, dedi omnes decimas Israel in possessionem, pro ministerio quo seruebant mihi &c.* Et Deuteronomi. 12. cap. ibi. *Offeretis victimas decimas, & primicias manuum vestrarum &c.* & Thobix 1. cap. ibi. *Thobias fideliter offerebat decimas, & primicias.* idem malachix 3. cap. & in alijs pluribus locis. Quod præceptum videndum est, vtrum morale, an vero ceremoniale, seu potius iudiciale esset: namq. præcepta veteris testamenti, in has tres species diuidebantur, iux. relata per Couar. lib. 1. cap. 17. num. 1. varia. resolut. & iuxta deducta per Bellug. in Specul. princip. rub. 13. §. tractemus. n. 14. in fin. cum duobus sequen-

- 2 tibus. & per Hojedam in tractat. de benef. incomp. cap. 23. n. 91. p. 1. Dicimus præceptum decimarum, partim morale, & partim cæremoniale, & partim iudiciale fuisse morale, in quantum attinebat ad sustentationem ministrorum, nam iuxta dictamen naturalis rationis, populus tenebatur ministrare sustentationem eis, qui diuina ministrabant; iudiciale, quia Dominus mandauit Leuitis decimas dari, vt honorabilius viuerent, & ideo ad iustitiam pertinebat, reddendo Leuitis decimas iuxta dictum præceptum: cæremoniale vero, in quâto præstatio decimarum, respiciebat illa, quæ ad cultum, & honorem diuinum exhibebantur; talis enim naturæ erant dicta præcepta, iuxta relata per Couar. lib. 1. c. 17. n. 1. varia. resolut. hæc autem præcepta, prout de lege veteris testamenti statuta erant, cessarunt omnino. lege euangelica lata, & præceptorum vim amisserunt. ita D. Paul. scribit ad Galatas. c. 4. *Sed quid dicit scriptura? eijce ancillam, & filium eius, non erit heres filius ancilla, cum filio libera; itaq. fratres, non sumus ancilla filij, sed libera, qua libertate Christus nos liberauit.* Ex quibus verbis constat, Diuum Paulum testari manifestissime eijciendam esse legem veterem, quæ tanquam ancilla fuit legis Euangelicæ. Et hæreticum esset contrarium asserere. Ita Couar. lib. 1. cap. 17. n. 1. variar. resolut. Nunc verò post legem Euangelicam latam, quo iure decimæ debeantur, videndum est. Et iuxta communem canonistarum sententiam dico, decimas deberi de iure naturali, & de præcepto diuino, patet ex D. Lucæ Euangelio. c. 18. ibi. *Do decimas, omnium quæ possideo.* & Matthæi. 23. c. *Ve vobis, qui decimatis mentham, & anethum, & cætera, & relinquitis quæ grauiora sunt, legem, misericordiã, iudiciũ, & fidem, hæc oportuit facere, & illa non ommittere.* Ex quibus autoritatibus apparet, in nouo testamento decimas soluere esse de præcepto. Alias plures
- 3

plures autoritates adducit. Hostien. in summa. tit. de decim. c. vtrum presbiteri. §. 8. vers. magistri vero canonum; & præter illum Innocen. in rub. de decim. ex quibus infertur, quòd de iure diuino est solutio decimarum, seu præceptum de decimis, quam opinionem defendit Innocen. in dicta rub de decimis repræhendens Theologos contrarium tenentes. Et quòd sint de præcepto diuino decimæ, patet autoritatibus diui Hieronymi. in ca. reuertimini. 16. q. 1. & diui Augustini. in c. decimæ. eadem causa, & q. & diui Ambrosij. in c. quicumq. dicta causa 16. q. 7. & diui Gregorij, in c. quadragessima. in fi. de consecrat. distinc. 5. pariter etiam, præter dictas sanctorum autoritates constat, ex text. communiter allegato ad hoc propositum; in c. parrochianos, de decimis, ibi sub his virbis, *Cum decimæ non ab homine, sed ab ipso domino sint instituta.* Et ex tex. in c. tua nobis. eod. tit. ibi. *Profecto videtur iniquum, si decimæ, quas Deus insignum vniuersalis dominij sibi reddi præcepit &c.* & tex. in c. cum apostoli. de his quæ fiunt à præl. & in c. cura. de iure patronat. & fere ex toto tit. de decimis ita docent Ioan. And. in rubr. de decimis. & in c. à nobis, eod. tit. Alexan. conf. 60. vol. 4. Abbas in cap. in in aliquibus, in fin. de decimis in 6. vbi communem dicit esse Francus opinionem eorum qui defendunt, decimas esse sub præcepto legis diuinæ. Et etiam de iure naturali esse debitas constat ideo, quia ratio naturalis dicit, quòd mercenarius sit dignus mercede sua: ergo cum ministri nobis diuina ministrent, digni erunt mercede sua, nempè sustentatione, pro qua decimæ designatæ sunt, veluti bene operantes. Ita legitur apud Diuum Matthæum c. 10. & est text. in cap. cum secundum. de præben. in quo habetur, seruientem altari, de altari viuere debere: quemadmodum in c. ex his 12.

q. 1. & in alijs per multis locis in iure, quam opinionem tenent, & defendunt. Archidiaco. in cap. decimæ. 16. q. 1. & cum eo alij plures. Cum autem decimæ, aliæ sint prædiales, nempe quæ dantur ex fructibus terræ, & pomis arborum; & aliæ personales quæ sunt illæ quæ præstantur de negociatione, artificio, aut aliàs de quacūq. opera hominum: etiam dicendum est, licet huc vsq. de decimis prædialibus tractauimus, deberi decimas personales de præcepto diuino, ac de iure naturali. Aequissimum, enim videtur, & ratio etiam naturalis dicitur; quòd si Deus de præcepto diuino honorandus venit cum decimis fructuum quos terra producit: multo fortius honorandus sit, cum his quæ procedunt, ab industria, & opera hominum: nempe à negociatione, artificio, & ab alijs similibus. Est tex. expressus in cap. decimæ. 16. q. 1. ibi, sub his verbis, *De militia, de negotio, & artificio redde decimas*: Quam opinionem tenet Ioan. And. in rubr. de decimis. & in c. à nobis eod. tit. Alex. cons. 60. lib. 4. Abbas in c. in aliquibus. in fin. de decimis. in 6. Archidia. Anchar. & alij in c. 1. de decimis, in 6. quæ communis est, inter Canonistas: licet contrarium asserant Hostien. in summa tit. de decimis. §. vtrū. q. 7. Henrri. in c. peruenit, de decimis. & Feli. in cap. causam, de præscriptio. itaq. eodem iure debentur decimæ personales, quo prædiales. Differunt tamē in modo solutionis, ex quo personales reddendæ veniunt ecclesiæ, in qua percipiunt sacramenta: prædiales vero, ecclesiæ in cuius districtu collunt: licet in alia parrochia habitent, nisi extet consuetudo in contrarium, cui standum est. talis est dispositio tex. in c. ad apostolicæ de decimis. & glos. eiusdem, cōmuniter receptæ, ita resoluit Nauar. cons. 1. n. 1. de deci. to. 1. Aduertendū tamē est, quòd cū in toto mundo ferè vigeat consuetudo non

non præstandi decimas personales, quod illi qui non soluerint eas, in locis, seu prouincijs, in quibus talis viget consuetudo, excusantur à peccato. Sic docet Belluga in Specul. princip. rubr. 13. §. tractemus. num. 25, iuxt. doctrinam Ioan. And. in c. tuas dudum, de spons. duorum. Est etiam aduertendum, quòd licet decimæ prædiales, & personales, sint de iure naturali, & de præcepto diuino debitæ, non est quoad quottam, ita quod decima pars omnium fructuum, reddenda sit ministris ecclesiæ, sed tantum quoad sustentationem, scilicet, quod clericis, & ministris reddatur pars fructuum, ad eorum alimenta, congruam, & honestam sustentationem: quotta enim decimarum, saltim prædialium, iuris humani est, & per consequens à laicis induci potest consuetudine, & præscribi. docent Nauar. in consil. 2. n. 5. de decimis. tom. 1. nempè à laicis præscribi posse decimam reddi, ad viceffimam partem, aliamuè minorè, vel maiorem portionem. Guido Papa decis. 284. Abbas in cap. in aliquibus n. 7. & 8. de decimis. Iacob. Cácer. in variar. resolutio. 1. p. c. 23. n. 11. de decimis. & alij per eundem citati, quam communem dicit. Deinde etiam, licet regulariter probatum sit, decimas esse de præcepto diuino, huiusmodi præceptum, non est prorsus morale, nequè de præceptis decalogi, quæ præcepta indispensabilia sunt: ex quo neque in totum, neque in partem remitti possunt, absq. Dei offensa: nãq. præceptum decimarum, dispensabile est, & remissibile per Sedem Apostolicam: causis & rationibus, adductis per Bellug. in Specul. prin. rub. 13. §. tractemus. n. 19. in fin. & 20. Quæ quidem decimæ res spirituales, & diuinæ sunt, iux. doctrinam glos. in c. quamuis. in verbo. concesserit. de decimis. & glos. in cap. causam. quæ. super verbo. detinere, de prescriptio. distinctè docentium.

§. III.

- centium : decimas spirituales esse, iux. dispositionem dictorum textuum. ita etiam docet Abbas in c. ad hęc. n. 2. de decimis. Et ideo, cum laici incapaces sint, rerum spiritualium, iuxta deducta, per Flam. Paris. in tractat. de resign. benefic. lib. 13. quęstio. 5. num. 12 5. & Mohedanum decis. 250 n. 2. & Abba. in d. c. ad hęc. n. 2. & 3. de decimis; sequitur necessario à laicis possideri non posse decimas; cum res spirituales sint. tex. est expressus, in c. causam quę, de præscriptio. & in c. 1. 16. q. 7. & in c. quamuis. de decimis. cum multis alijs, qui
- 9 statuunt laicos incapaces esse decimarum. Quas legitime exigere, & possidere possunt, & earum fieri capaces; cum privilegio apostolico, & non privilegio alterius prælati inferioris: quia nullus citra Papam potest laicum capacem reddere iuris spiritualis. Ita docet Abb. in c. ad hęc. n. 3. de decimis, & Nauar. in Apolog. lib. de redditib. ecclesiast. q. 1. monit. 64. per totum
- 10 ubi docet, decimas in totum alienari, & laicis in perpetuum concedi posse à Sede apostolica, ut de eisdem, tanquam de patrimonialibus bonis disponere possint, & hoc quia summus Pontifex dum vivit, dominus dicitur, & potest adæquare quadrata rotundis, & omnia disponere; salva violentia fidei. docent Abbas in c. cum venissent. num. 8. de iudicijs. & Cęsar Lamberti. in tracta.
- 11 de iure patro. 2. art. 10. q. prin. 1. p. 1. lib. num. 9. Hanc autem perpetuam alienationem, & concessionem decimarum in fauorem laicorum fieri debere de iure per Papam rationabili causa exposcente: docent Nauar. in loco allegato apologię, & Abb. in c. à nobis. n. 4. de decimis. Neque necessarium est, causam rationabilem in similibus indultis, & privilegijs exprimere: quia in dubio præsumendum est, Papam similia privilegia concessisse, rationabili causa exposcente, doctrina est expressa.
- 12

præssa, Abb. in c. cum venissent. n. 8. de iudicijs. vbi adducit glos. in c. non est voti. de voto. & alios text. & Doctores, cuius decissionis ratio est: quia Princeps in dubio, semper præsumitur motus ex causa rationabili, etiam si ab eo non exprimatur. ita tenent Rojas, in epitome successio. c. 23. num. 13. & 14. & Abb. in cap. cū olim. n. 7. de re iudic. Bald. Imol. & alij per dictum Rojas citati. Et licet de iure canonico, laici possidentes decimas vigore priuilegij apostolici, eas in alium transferre non possint, nempe de laico, ad laicum, nisi de licentia, & consensu Episcopi. iux. glos. in c. prohibemus. super verbo laicos de deci. & doctrinā Cācer. in varia. resol. 1. p. c. 23. n. 14. 15. & 16. & Doctorum, per eum ibi allegatorum: licet Abb. & alij in c. prohibemus. contrarium defendant, scilicet, quod etiam cum licentia, & consensu Episcopi, non potest laicus in alium laicū transferre decimas. At vero in Cathalonia, & similiter, in regnis Aragonum, & Valentia, postquam decimæ ex pontificalibus priuilegijs ad laicos pertinuerunt, viget consuetudo in concussè & inuiolabiter obseruata, transferendi eas, de vno laico, ad alium, & disponendi de eisdem, ac de bonis proprijs patrimonialibus, & profanis. Ita resoluit Cācer. in d. c. 23. n. 16. p. 1. variar. resol. de qua consuetudine à notario constat, in dictis Principatu, & Regnis. & nedum in illis, verū in vniuersa Hispania, iux. relata per Mencha. lib. 2. controuer. illustri. c. 89. num. 2. vers. deniq. pro hac parte: quem allegat in dicto loco Cācer. & ideo in alienationibus, & translationibus decimarum inter laicos, non est necessaria licentia Episcopi in Hispania: imo absq. ea, valent, et semper admissæ fuerunt. Nota autem, quod Papa potest decimas, & ius earum, in laicos transferre, cū causa, et sine causa, particulariter tantum, nempe in

aliquo regno, vel prouincia, aut in fauorem alicuius Regis, Principis, seu Comitis: aut alterius priuati: non autem vniuersaliter: cōcedendo laicis, omnes decimas totius mundi: eò quia tali concessione puerteretur vniuersus status ecclesiæ: quod non cadit in Papæ potestate. Et etiam quia esset in totum tollere mādatum Dei, decimas soluendi. docet Belluga, in speculo princip. rub. 13. §. tractemus. n. 38. vers. scias tamen, ex quibus omnibus constat, concessionem Urbani. 2. in fauorem Petri regis Aragonum, de decimis, procedere & de iure valere: maxime cum concessæ fuerint eidem, & proceribus dicti regni, ac eorum successoribus in perpetuum, cum causa rationabili, indicto priuilegio expressa; sub his verbis. *Pagana genti depraessione & coarctationi; christiana verò exaltationi, & amplificationi, cum summa incessanter strenuitate insudare &c.* & etiam, cum alia causa, & motiuo rationabili, nēpè, quia nouas ecclesias construerent, & è manibus Sarracenorum regna eriperent, seu à dominio aliorum hostium christianæ fidei; & illa defenderet sub apostolica obedientia. Ita refert de huiusmodi concessione loquendo, Belluga, in specul. princip. rub. 13. §. tractemus. n. 26. similis est doctrina Nauarri in apolog. lib. de redditib. ecclesiast. q. 1. monit. 64. n. 2. & ideo dicendum est, dictum priuilegium valuisse, & valere de iure. Et quia pluriès in præsentis §. tractauimus de rebus ad laicos spectantibus. sciendum est; sub nomine laicorum, iura comprehendere, Reges, & Imperatores; quia licet ipsi inungantur, vt in c. vnico. §. vnde, de sacra vnctio. at vero, non ideo recipiunt ordinem ecclesiasticum, neq; potestatem disponendi de rebus ecclesiasticis, nec minus capaces redduntur ideo rerum spiritualium, ita docet Abb. in c. tua. n. 2. de decimis, & primitijs.

§. III.

- 1 **E**CCLESIA, in iure, pro iure, patronatus, & pro beneficio sumitur.
- 2 In priuilegiorum interpretationibus, communis loquendæ usus attenditur.
- 3 Patronus præsentando ad ecclesias diuersas, dicitur ecclesias distribuere.
- 4 Patronus cum præsentat, donare dicitur certo modo, & præsentatio dicitur donatio.
- 5 Inuestituræ, & collationes beneficiorum, ex priuilegio apostolico, ad laicos pertinere possunt.
- 6 Consuetudo, est optima legum interpres, & omnis dispositio, ab ea recipit interpretationem.
- 7 Priuilegia, quandoque à propria significatione verborum, & quandoque à consuetudine, interpretationem sumunt.
- 8 Iuris patronatus diffinitio.
- 9 Ius patronatus, in ecclesiasticum, seculare, & mixtum diuiditur.
- 10 Ius patronatus deducitur in esse, dotatione, fundatione, vel constructione.
- 11 Episcopi consensus requiritur, ut ius patronatus, in esse deducatur, aliqua ex tribus præcedentibus causis.
- 12 Ius patronatus, acquiritur, dotatione, fundatione, vel constructione, nempe aliqua ex tribus causis.
- 13 Dicitio, vel, aduersatur cum ponitur inter diuersa.
- 14 Ius patronatus, etiam præscriptione acquiritur.
- 15 Ius patronatus priuilegio Romani Pontificis acquiritur.
- 16 Ius patronatus competens laico ex priuilegio, laicale est.
- 17 Derogationes iuris patronatus, laicorum, sunt maximopere odiose in regnis, Hispaniæ, & Galliæ; & ideo Summus Pontifex non solet eas concedere nisi causis urgentissimis.

- 18 *Ius variandi, permissum patronis laicis, non cadit in regibus,
& principibus, licet patroni laici sint.*



DISCEPTATA itaq; in præcedenti. §. validitate concessionis apostolicæ, de decimis: breuissimo quodam compendio, ac succintè, quarum materia in iure amplissima est. Deuenio ad disputandam principalem, & genuinam materiam, huius responsi iuris; quæ est de iure patronatus, ecclesiarum inferius designa. Scias igitur Urbanum. 2. cum supra adducto priuilegio concessisse Petro Aragonum regi; et eorum successoribus in perpetuum, ius patronatus omnium ecclesiarum, villarum, et locorum, quas in terris, iure belli acquisierint; vel in proprijs regnis, et terris de nouò ædificare fecissent. Prout clarius apparet, ex verbis dicti priuilegij, sequentibus. *Statuimus, tui charissime fili Petre, tuig; regni successorum, ex genere tuo ritè substituendorum, iuris esse: ut ecclesias villarum, tam earum, quas in Sarracenorum terris capere potueritis, quàm earum, quas ipsi, in regno vestro ædificare feceritis: vel per que volueritis monasteria (sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis) distribuere liceat vobis.* Ad quorum verborum explanationem aduertendù est: ecclesiam de iure sumi pro iure patronatus, est tex. expressus in c. si plures. 16. quæst. 7. & ita resoluit Cæsar Lambert. in tractat. de iure patronatus. in 9. art. 1. q. princip. 2. p. 1. lib. n. 1. et donata laico ecclesia, censetur ius patronatus donatum iux. doctrinam Rochi de Curte. in tracta. de iure patro. in verb. ipse, vel is. nu. 38. Nec non etiam, ecclesiam sumi pro beneficio sapius in iure, docent Mandos. in regul. cancella. in reg. 26. quæst. 3. num. 4. et Rebuff. in practi. benefi. 1.

p. tit. quare instituta sint beneficia. n. 9. Sumitur deinde ecclesia, pro alijs significationibus quas committimus. Vnde cum ex verbis dicti priuilegij appareat, Papam non concessisse ecclesias dicto Aragonum Regi, sed distributionem ecclesiarum, ecclesiæ, in eodem pro beneficijs sumuntur: cum talem significationem etiam habeat de iure. iux. doctrin. Rebuff. & Mandos. in locis supra citatis: et eiusdem Rebuffi præcipuè in practi. benefi. 1. p. tit. seculare beneficium quotuplex, et tex. in c. cum non ignores. de præben. et cap. 3. de concess. præben. et sub beneficij significatione, verbum, distribuere, adaptari possit, verbo, ecclesias, in dicto priuilegio: distribuere enim in iure idem significat quod, diuisim pluribus tribuere, seu donare: in quo sensu adducitur per Imol. in clement. abusioibus. de pœnitent. et remis. nu. 15. et per Feli. in c. cum sit. n. 6. et 7. de Iudeis et Sarrace. vbi tractando de restitutione rerum ablatarum, diuersis personis facienda, hoc verbo, distribuere, vtuntur, idem per Bart. in l. alio herede. n. 6. de aliment. et cibar. legat. de quo etiã apparet iux. Plinium in epistola. 249. sub his verbis: *Distribuimus illos, in ea ministeria, quæ non longe à pana sint &c.* Et Terent. in Adelph. *Argentum anumerauit illico; dedit præterea in sumptum dimidium minere: id distributũ est sane ex sententia.* Itaq. cum interpretatio priuilegiorum, sumi possit secundum propriam significationem verborum: iux. Innoc. doctrinam in c. olim. n. 2. de verb. significat. attenda proprietate verbi distribuere, regulariter, et proprie adaptabitur verbo, ecclesias, si sumatur pro beneficijs, quæ significatio etiam est propria dicti verbi, ecclesia. iux. desuper adducta, si autem verbum, ecclesia, sumatur pro loco parietibus circumdato, consecrato, vbi consueuerunt veniam peccatorum Deum timentes

exorare, aut pro congregatione seu collectione omnium
 fidelium, vel pro corpore diuersorum, seu plurium per
 sonarum, quæ ad deseruiendum Deo destinatae sunt: quæ
 omnes significationes, & alia referuntur in glos. c. cum
 clerici, in verbo, ecclesia, de verbor. significat. & in glos.
 fi. c. si ne prælati vices suas, distribuere ecclesias, in d. pri
 uilegio legitima & iuri consona interpretatione care
 bit, quam habet iux. proprietatem verbi, distribuere, ver
 bo, ecclesias, pro beneficio sumpto: & hoc modo conclu
 2 dendum est: quia in huiusmodi interpretationibus comu
 nis loquendi usus attendendus venit. iux. tex. in c. quam
 quam 2. q. 7. & c. quamuis. de verb. significat. & ibi Abb.
 nu. 3. & in l. cum delanionis. §. a sinam molendinariam.
 vers. optimum ergo esse. ff. de fund. instructo. & in l. la
 beo. ff. de suppellect. legat. quo attento, distribuere ec
 3 clesias, solum accomodari potest in significatione pro
 pria verbi, distribuere, si ecclesia pro beneficio sumatur:
 patronus enim, presentando ad ecclesias vacantes, iux.
 4 comunem loquendi usum, dicitur, distribuere eas: id est plu
 ribus tribuere, seu donare, quia etiam certo modo de iu
 re, patronus, ecclesiam donare dicitur, cum presentat, &
 presentatio dicitur donatio, ita docet Cæsar Labert. de
 iure patronat. 3. ar. 1. q. prin. 1. p. 1. lib. & Roch. de Curte.
 in tract. de iur. patro. in rub. n. 9. dicens ibi, non vitari li
 bellum ubi dicit patronus, ius donandi ecclesiam ad eum com
 petere, & non solum per verba hæc, distribuere ecclesias,
 ius patronatus induci potest de iure, verum etiam collatio,
 investitura, & institutio beneficij. Et constat ex his, quia
 prælati cum confert ecclesias diuersis ministris seu recto
 ribus, iux. comunem loquendi usum, dicitur ecclesias
 distribuere, habito respectu, ad diuersas collationes, in
 uestituras seu institutiones plurium ecclesiarum, in fauorem
 diuersorum factas: & quauis regibus, & proceribus regni
 Aragonum,

Aragonū, ac eorū successoribus, de iure cōmuni, quia laici sunt, permissum nō est beneficia cōferre. & inuestitura, collatio, & institutio illorū, ad eos nō pertineant.

- 5 At uero per priuilegium apostolicum, illud obtinere potuerunt, iux. glos. super verbo, ecclesias. 16. q. 7. in summa: in fin. & doctrinam Anchar. in clement. per literas n. 3. de præben. & eo modo, reges Franciæ, Vngariæ, & Angliæ, ac etiam Apuliæ, habent ius conferendi beneficia, & conferunt ea, ac inuestituras de eisdē prouident. iuxt. relata per Cæsar. Lambert. in tractat. de iure patro. in 7. art. 1. q. princip. 1. p. 2. lib. n. 4. & per Feli. in c. dilecto. n. 1. de testib. & per Rebuff. in practi. benefi. 1. p. tit. de collatione. n. 9. & ea propter, cum distribuere ecclesias, permissum sit dictis regibus, & proceribus, vigore dicti priuilegij Urbani 2. & illa uerba sub se comprehendere possint collationem, inuestituram, ac institutionē beneficiorum: iux. cōmunem loquendi usum, non errare uidebitur, dicens collationem, inuestiturā, & institutionem beneficiorum, seu ecclesiarum prædictarum, ad dictos reges, & proceres pertinere vigore dicti priuilegij. Nihilominus tñ. his nō obstantibus, uerba, distribuere ecclesias, licet adaptari possent ad collationē, & inuestiturā: solū in dicto priuilegio inducūt, ius patronatus, quia nunquā alio iure uisi fuerunt reges, & dicti proceres. Et cū cōsuetudo sit optima legū interpret. iux. tex. in c. cū dilectus de consuetud. & l. si de interpretatione. ff. de legib. Et omnis dispositio, & signanter ius cōmune, & priuilegia sumāt interpretationē à cōsuetudine. iux. doctri. Innoc. in c. olim. n. 2. de verb. signi. quē refert, & sequitur Abb. in c. certificari. num. 1. & 2. de sepult. dicendum & concludendum est; uerba, distribuere ecclesias, solum ius patronatus induxisse, in dicto priuilegio: cum iux. consuetudinem incōcuisse obseruatā, alio iure vigore dicti priuilegij, dicti reges, & proce-
- 6
- 7

res Aragonum, ac eorum successores vfi non fuerint: aduertendum tamen est, idem ius distribuendi ecclesias, cum eodem priuilegio, concessum fuisse prout dictum est. proceribus Aragonum, & eorum successoribus. Constat ex verbis dicti priuilegij sequentibus. *Tui quoq; regni proceribus eandem licentiam concedentes, eodemq; illam priuilegio, & eadem auctoritate corroborantes, sancimus: ut ecclesias, quas in Sarracenorum terris, iure belli acquisierint, vel in proprij hereditatibus fundauerint, sibi, suisq; heredibus, cum primicijs, & decimis, proprietarum dumtaxat hereditatum (dummodo cum necessariorum administratione diuina in eis ministeria ritè, à cõueniētibus, personis celebrari faciāt) eis liceat retinere &c.* Namq. verbū, licentiã, descendit à verbo licet; & ideo, ille dicitur habere licentiã aliquid peragēdi, cui licitum est illud peragere iuxt. exposita per Bart. in l. alio herede. n. 8. vers. nam nomen. ff. de aliment. et ciba. legat. et verbum, eandem, est pronomem demonstratiuum, et præcedentium repetitiuum, iux. tex. in l. nemo. ff. de duob. reis, docet Peregr. de fideicom. in art. 16. n. 25. talem esse naturam pronominum demonstratiuorum, et dictum verbum, eãdem, pronomem demonstratiuum esse constat, ex glos. in clement. 2. super verbo per idem tempus. §. si vero. de vita. et honestat. cleri. docent Oldra. conf. 232. nu. 1. Grat. conf. 21. n. 26. Archidia. in c. pen. antè finem. in verb. eiusdem, de officio ord. lib. 6. Et deniq. verbum, cõcedentes, idè significat quod donantes. iux. adducta per Bart. in l. vxori. §. cum seruis. n. 4. ff. de leg. et fideicom. 3. Itaq. cum Pontifex concesserit cum dicto priuilegio, ius distribuendi ecclesias prædictas regibus Aragonum, et cū eodem priuilegio, ac immediatè post dicta verba, distribuendi ecclesias, dicat, eam licentiam concedere dicti regni proceribus; ac eorum successoribus; iuxta expo-

sitiones desuper adductas, super verbis, eandem licentiam concedentes, certum & indubitatum est, dictis proceribus idem ius distribuendi ecclesias concessum fuisse; quod concessum extitit, cum eodem priuilegio, regibus Aragonum. Et nota, quod iuxta verba prædicti priuilegij vltimo relata, & signanter ex eis, hæc quæ sequentur, *Sancimus, vt ecclesias &c. eis liceat retinere &c.* etiam ius patronatus dictarum ecclesiarum, concessum videtur dictis proceribus. Ecclesia enim pro iure patronatus sumitur; prout supra extitit probatum. Quia idē sonant, ac si dixissent, *Sancimus, vt ius patronatus ecclesiarum prædictarum, eis liceat retinere.* Vnde concludimus, tam regibus, quàm proceribus regni Aragonum, ac eorum successoribus, concessum fuisse ab Urbano, 2. ius patronatus ecclesiarum, omnium villarum, & locorum, tam earum, quæ in regno dictorum regum ædificare fecissent, quam in locis, & regnis, quæ à manibus in fidelium Sarracenorum, & hostium fidei christianæ, & dominio eorum eripere potuissent (exceptis sedibus episcopalibus dumtaxat) quibus omnibus præmissis, videndum est de iure, quid sit ius patronatus, sumptum pro iure competenti in ecclesijs quoad præsentationem rectorū (alijs significationibus omissis) & licet omnis diffinitio in iure periculosa sit. iux. tex. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. non quia errent qui eas adducunt, sed quia aliquando exceptionem patiuntur; ex quo rei diffinitæ non explicant naturam, itaque diffinitio æquipollens naturæ rei diffinitæ, admodum utilis erit de iure. prout constat ex glos. dictæ l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & nihil aliud sit diffinitio; quàm explanatio nature essentiæ rei diffinitæ, prout docet Bal. in l. cum quis n. 4. in fi. de iur. & facti ignorant. vbi dicit diffinitionem esse, demonstrationem substantiæ rei &

iuxta relata per Aristotelem in 2. lib. Periherm. Insequen-
 do Casar. Lambetti. & Rochum de Curte, qui in prin-
 cipio tractatus de iure patronatus, illius definitionem
 8 adducunt; sic illud, definitio. Ius patronatus, est ius quod-
 dam spiritualitati annexum, alicui competens in eccle-
 sijs, honorificum, onerosum, & utile, pro eo quod cum
 diocesani consensu, ecclesiam construxit, fundauit vel
 datauit, ipse, vel is, à quo causam habuit. Quæ defini-
 tio partim est Ioan. Andr. & Ant. de Butrio. in rubr. de
 iure patronat. qui addit dictæ definitioni verba hæc,
 spiritualitati annexum, nam ius patronatus, est ius spi-
 ritualibus annexum, & non merè spirituale, sic docent
 Flami. Paris. de confi. prohib. benef. q. 1. nu. 136. Gigas
 cons. 145. n. 11. Dida. Spino. in specul. testamen. glos. 4.
 n. 5. & Doctores in c. quanto, per illum tex. ext. de iudi-
 cijs, quam definitionem cōmunis schola sequitur; iuxta
 relata per Casar. Lambert. in tracta. de iure patronat. in 1.
 art. 1. q. princip. 1. p. 1. lib. n. 16. propè finem; & vt cōm-
 munis amplectenda est, nō obstantibus alijs per aliquos
 Doctores adductos à Casar. Lamber. & Roc. de Curte in
 dictis tracta. de iure patronat. relatis; licet non lauda-
 tis; nec approbatis. Qua definitione, essentiam, & natu-
 ram iuris patronatus legitimè explanante præmissa.
 Cum diuisio animum incitet, mentem præparet, me-
 moriam reformet, & illustret, ac perspicuam totam
 reddat rationem. vt inquit glos. in §. igitur. in vers. eaf-
 dem. in additio. Syluest. in procem. instit. et ea prop-
 ter dicatur, quod ea quæ diuissim traduntur, commo-
 dius, & facilius percipiuntur. glos. in l. 1. ff. de doli mali
 9 exceptio. Diuidimus ius patronatus, in duas species:
 scilicet in ecclesiasticum, et seculare, seu laicale: ius
 patronatus ecclesiasticum dicitur; quando pertinet
 ad Episcopum, Abbatem, seu ad alium quemcumq.
 cleri-

clericum, seu religiosum, ratione dignitatis, seu beneficii ecclesiastici, seu ad clerum, seu capitulum ecclesie, quia ecclesia ex bonis ecclesiasticis construxit, fundauit, vel dotauit. docent Couar. in practi quæst. c. 36. n. 2. vers. distinguitur. Abbas, in c. eam te. n. 4. Flam. Paris. de confid. prohibita benef. q. 28. n. 177. Cæsar Lambert. in tracta. de iure patro. 5. art. 1. q. prin. 1. p. 1. lib. Ius vero patronatus laicorum est, quando aliquis laicus, vel etiã clericus, de proprijs patrimonijs, ecclesias fundant, construunt, vel dotant. ita docent, & resoluunt Couar. Flam. Paris. & Cæsar Lambert. in locis vltimò citatis. Itaq. ius patronatus, in ecclesiasticum, et laicale diuiditur iuxta tex. in in c. vni. de iure patronat in 6. Ex his autem duabus speciebus iuris patronatus, conficitur ius patronatus mixtum, pertinens simul, ad ecclesiasticum et secularem: quod in præsentatione naturam ecclesiastici habet. tenent glos. in dicto c. vni. super verbo, ecclesiasticus, de iure patronat. in 6. et Couar. latè in d. c. 36. n. 5. vers. tertio opportunè. in practi. quæstio. ac Rochus de Curte, in tractat. de iure patro. in verb. ius. num. 5. Nec obest quod refert Cæsar Lambert. in d. tracta. in 5. art. 1. q. prin. 1. p. 1. lib. scilicet, quòd ius patronatus vnum est, et non esse diuersum. ius patronatus ecclesiasticum, et laicale, namq. licet verum sit, quod ius patronatus ecclesiasticum, et seculare, genericè idem sint, quia ambo comprehenduntur sub iuris patronatus nomine: auerò sunt diuersæ species, et specificè differunt iuxta de super adducta, doctrina est Rochi de Curte, in verbo ius. n. 13. et 14. vers. septimo quæro. in tracta. de iure patron. quæ sequenda est. Quod ius patronatus, genericè loquendo, deducitur in esse tribus modis, aut per aliquã ex his tribus causis: scilicet per dotationem, fundationem, aut constructionem: ita disponunt tex. in cap. pie

mentis, et in c. frigētius, et in c. filijs. 16. q. 7. docēt Igna. Lop. in addit. ad reg. Bernar. Diaz in verb. ius patronatus, Couar. lib. 2. variar. resol. c. 18. n. 8. Costa in c. si pater, in verb. Trebellianicæ, de testam. lib. 6. & est communis opinio secundum Cęsar Lambert. in tractat. de iure patron. in 2. art. 2. q. prin. 1. lib. & ita sancitum est per œcumenicum Concil. Trident. in c. 9. sessio. 25. &

11 cum dictis causis, per quas in esse deducitur ius patronatus; requiritur Episcopi consensus, et autoritas, aliter autem fundator non acquirit ius patronatus, nec illud creatum; aut in esse deductum erit. tex. in c. nobis. et ibi. DD. per illum tex. ext. de iure patron. Felin. in c. ex parte el. 2. n. 2. de rescriptis. et Rebuf. de pacif. pos. n. 287. Paul. de Castro in conf. 358. vol. 1. et Abbas in cap. significatum. n. 5. de præben. Roc. de Curte, in tracta. de iure patro. in verb. pro eo quod. nu. 3. Vtrum autem dicta licentia, seu consensus episcopi, debeant interuenire, ante dotationem, fundationem, vel cōstructionem, ad acquirendum ius patronatus, aut post: docent latè Cęsar Lamberti: in 12. art. 2. q. princip. 1. p. 1. lib. quod hic non explicamus, cum extra nostri responsi materiã

12 sit, prædicti autem tres tituli, fundationis, dotationis, vel constructionis, concurrere non debent, ad acquirendum ius patronatus, imo eorum quilibet sufficit: et per quemlibet ex eis efficitur quis patronus. docent Cassador. decis. 6. n. 2. de iure patro. et Roc. de Curte in verb. ecclesiam fundauit. n. 2. in tract. de iure patrona. Abb. in conf. 59. incipien. quidam dñs Iacobus n. 2. in 2. p. et Ioan. de Anan. conf. 24. et tex. in c. filijs 16. q. 7. et in c. nobis, in prin. de iure patro. idem disponit œcumenicum Concilium Tridentinum in suprascripto capit. 9. sessio. 25. ibi sub his vis verbis: *Ut igitur debita in omnibus ratio obseruetur, decernit sancta Synodus ut titulus iuris patronatus,*

natus, sit ex fundatione, vel dotatione &c. Quam doctrinam veram esse, & à dicto cōcilio statutā patet, per dictionē illā, vel, positā, inter verba fundatione, et dotatione, quę similiter posita est in præallegato. c. filijs 16. q. 7. ibi construxit, vel dotauit, cuius dictionis, vel, natura est, quando ponitur inter duas species diuersas, quemadmodū ibi ponitur, inter dotationem, et fundationem, (quę diuersæ species sunt) aduersari: vt sufficiat alteram partē verificari iux. tex. in l. si hæredi plures. ff. de condit. inst. et tex. in c. inter ceteras. de rescriptis. et docet Bart. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. n. 2. ff. de reb. dubijs. & in l. generali. n. 2. C. de sacrosan. Eccles. & ita, cum fundare, idem sit, quod fundum dare, ad construendam ecclesiā. iux. doctrinam Abbat. in rub. de iure patronat. ext. & prout docet Cæsar Lambert. in dict. tracta. in 1. art. 2. q. princ. 1. p. 1. lib. n. 1. & construere, ecclesiam ædificare, et dotare, ecclesiæ dotem dare. iux. eundem Lambert. ibi. artic. 4. & 5. 3. q. princ. 1. p. 1. lib. & ideo sint diuersæ species, sufficiet altera ex eis ad acquirē. ius patro. namq. omnes res, nempe fundatio, dotatio, & cōstructio, sunt causæ æquales creandi ius patronatus, & efficiendi aliquem patronum; & æqualem producunt effectum, idē

¹⁴ Lambert. in. 22. art. 5. q. princip. 1. p. 1. lib. Deinde etiam, ius patronatus acquiri potest præscriptione, scilicet per multiplicatas præsentationes, excedentes memoriam hominum. docent Decius conf. 134. viso puncto. in 1. vol. cōmunem dicens, & Roc. de Curte. in verb. ipse vel is. n. 36. & statuit Concil. Trident. d. c. 9. sess. 25. & Flam. Paris. in tracta. de confiden. prohib. benef. q. 28. à n. 231. vers. secunda cōclusio. vsq. ad n. 261. qui latè docet iux. ius canonicum modernū Concil. Triden. obseruationē circa præscriptionem iuris patronatus in iudicando: & consulendo tenēdam: et à Romana rota canonizatam.

15 de quo præscriptionis titulo non tractamus, cum fa-
 cti huius responsi, in ea nullatenus consistat. Denique
 autem, acquiritur ius patronatus privilegio Summi Põ-
 tificis, et titulus privilegij apostolici de iure valet. te-
 nent, Lambert. de iure patro. in 2. art. 10. q. prin. 1. p. 1.
 lib. n. 1. et 9. Card. in clement. plures. q. 5. de iure patro-
 nat. Gigas, conf. 48. n. 11. et conf. 49. n. 18. et 36. Abb.
 conf. 28 n. 1. in 2. p. qui dicit nullum dubium esse in iu-
 re, quin titulus privilegij apostolici, sit legitimus ad ac-
 16 quisitionem iuris patronatus, et est cõmunis. Itaq; privi-
 legiũ Urban. 2. de super adductũ, in fauorem Regum, et
 procerum regni Aragonum, legitimus ritulus erit ad
 acquirendum ius patronatus. Sed dubiũ insurgit, inter
 doctores agitatum, an dictum ius patronatus compe-
 tens ex privilegio, sit ecclesiasticum, an vero seculare.
 Ioan And. in nouell. in c. 2. de preben. lib. 6. et alij de-
 fendunt, et censent; ius patronatus ex privilegio, eccle-
 siasticũ censeri, quos refert Lamber. in 3. art. 10. q. prin.
 1. p. 1. lib. n. 1. et concludit in aliquibus prærogatiuis
 ius patronatus concessum laicis ex privilegio, ecclesia-
 sticum censeri, et in aliquibus alijs laicale, itaq; aliquã-
 do ecclesiasticum, aliquando seculare esse, et attenden-
 do rationes ibidem per illum relatas, cum non conclu-
 dant circa opinionem Ioan. And. nec distinctionem per
 eum adductam fundatam dimittant ad destruendam
 Abb. opinionem, eam sequor; defendendo ius patrona-
 tus cõpetens laicis ex privilegio apostolico, laicale, &
 non ecclesiasticum esse iux. doctrina Abb. d. conf. 28.
 incipien. in causa communis. per totum in 2. p. vbi eui-
 denter probat, & docet, ius patronatus ecclesie castri
 plebis Trigandæ, concessum ex privilegio apostolico,
 ex eò quia, patroni habebant tẽpus quatuor mensiũ ad
 præsentandum, quod non haberent, si laicale non foret
 prædictum

prædictum ius patronatus; cū solum patronis laicis dictum tempus quatuor mensium destinatum sit ad præsentandum, iux. tex. in c. vni. §. verū licet. de iure patronat. lib. 6. cum etiam, laicale censendū est, ex eò quia de iure patronus laicus, & nō ecclesiasticus variare potest, præsentationem, iux. tex. expressum in c. cum autem de iure patro, cumq. laicus obtinens ius patronatus ex priuilegio apostolico possit variare, iux. latè deducta per dictū Labert. in d. 3. art. 10. q. princip. l. p. 1. lib. n. 2. & 3. necessariò dicendum est laicale, & non ecclesiasticum dictum ius patronatus esse, similiter etiā, ideo laicale esse dicēdū est, quia eruditissimus D. Flam. Paris. Episco. Bitontinus, in tract. de resignatio. benef. lib. 2. q. 4. n. 43.

17 docet, derogationes iuris patro. laicorum, admodum odiosas esse, & in Gallia, & Hispania non admitti; & Sūmum Pontificem non concedere eas, nisi vrgentissimis de causis: & deducendo eas in d. q. 4. n. 51. vers. tertia causa, dicit derogationes prædictas tunc concedi per Papam quando ius patronatus est ex priuilegio. Ex quibus constat, Flam. Paris. ius patronatus ex priuilegio laicis concessum, laicale, & non ecclesiasticū esse docere. Nec ideo dicendum est, ecclesiasticum esse, quia de eo derogationes concedūtur, & absq. derogatione receptū sit valere collationem, iux. notata per Federi. de Senis, conf. 65. Cardi. conf. 69. Gemi. conf. 45. Calde. conf. 19. de iure patro. & alios; namq. licet laicale sit, derogatio de eodem fieri potest, non solum proueniendo à priuilegio, verum etiam à fundatione, dotatione, vel constructione. glos. communiter recepta in clem. 2. verbo. apostolicis de præben. Archidia. in c. piæ mentis. 16. q. 7. Inno. & alij. in. cap. cum dilectus de iure patro. Abb. in cap. 3. nu. 2. de iure patro. Ioan. And. Gemin. & Francus in cap. 2. de præben. in 6. Mandos. consil. 7. num. 6.

§. IIII.

communē dicens, et ratio est, quia laici habent ius pat.
 ecclesiarum, et beneficiorū, ex mera gratia ipsius Papæ,
 vt probatur in ca. 3. de iure patro. ibi, potestate in qua
 eos ecclesia hucusq. sustinuit. Tum etiam quia, Sum-
 mus Pontifex in beneficialibus, est dominus abso-
 lutus; ac beneficiorum supremus dispensator, & sic su-
 pra ius cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. Archidia. in c.
 1. in fi. 16. q. 7. vbi cōmuniter omnes: in hoc tamen dif-
 ferunt tantum; quod in derogationibus iuris patro. lai-
 corum ex fundatione, dotatione, vel constructione, de-
 bet fieri in literis expressa mentio de iure patro. & in
 prouisione beneficij iuris patro. laicorum, ex præscriptio-
 ne, consuetudine, vel priuilegio; licet non fiat mentio
 de eodem collatio, & prouisio valet; & censetur dero-
 gatum ius patro. per literas apostolicas, prouisionis
 eiusdem. Menti autem tenendū est; quod in Hispania,
 non admittitur derogatio iuris patro. seu præsentandi,
 competentis regi, ex priuilegio, aut legitima præscrip-
 tione, quamuis per Summum Pontificem facta sit de
 eo expressa mentio, nec Summi Pontifices consueue-
 runt his derogationibus vti, propter regiæ dignitatis
 celsitudinem, quod procedit in iure patro. competi-
 tū alicui Duci, Marchioni, & Comiti, seu alijs similibus,
 ex vi priuilegij, vel præscriptionis: docet Couar. in
 pract. qq. c. 36. n. 6. vers. secundum, tum etiam est notan-
 dum, quod & si patroni laici variare possint, iux. tex. in
 d. cap. cum autem de iuris patro. & Reges, & Princi-
 pes seculares, sint patroni laici: at vero variatio non ca-
 dīt in Principē, ex eo quia, actus Principum, & Regum
 debent esse stabiles, & perpetuò mansuri, ita docent
 Cæsar Lambert. in 2, art. 7. q. principalis. 2 p. 2. lib. n. 3.
 & Felin. per eum allegatus in c. cum olim. n. 5. vers. & fa-
 cit etiam cōclusio. de sent. & re iud. & si in præsentatio-
 nibus

nibus à Regibus, & Principibus patronis factis, caderet variatio, sequeretur quod actus eorum inconstantes, & non stabiles forent: quod dicendum non est, contra consuetudinem Regum, et Principum; & ideo Doctores resoluunt, in presentationibus eorum, variationem præsumendam non esse.

§. V.

1 **I**US PATRONATUS *acquisitum ex privilegio, & qua se possessionem inde sequutam, abrogavit concilium Tridentinum.*

2 *Abrogatio Concilij Tridentini circa iura patro. ex privilegio edita, non comprehendit ius patronat. competens ex privilegio, Regibus, & supremis Principibus, iura Imperij in dominijs suis habentibus.*

3 *Prærogativa, cum aliquo privilegio concessa, potest competere mediata, aut immediata.*

4 *Patronus, ius patronatus transfert in alium, successione, donatione, permutatione, & venditione cum universitate bonorum.*

5 *Ius patronatus translatum a Regibus, in alias privatas personas, licet procedat ex privilegio dictis Regibus concessio, non censetur derogatum per dispositionem Concilij Tridentini c. 9. sessio. 25.*

6 *Derogatio iuris patro. ex privilegio statuta per Concilium Tridentinum comprehendit etiam iura patronatus Marchionum, Ducum, & Comitum iura Imperij in dominijs non habentium.*

7 *Summus Pontifex, etiam Princeps dicitur.*

8 *Privilegia, alia realia, & alia personalia.*

9 *Privilegia personalia, quedam sunt gratiosa, procedentia ex mera liberalitate, & quedam remuneratoria.*

- 10 *Privilegia remuneratoria, a Principe reuocari non possunt, quia transeunt in contractum.*
- 11 *Princeps reuocare potest priuilegiū a se concessum sine causa.*
- 12 *Princeps reuocando priuilegium concessum, ob commodum eidem lucratum, comittit dolum.*
- 13 *Priuilegium concessum ob aliquod factum, non potest reuocari, quia non pendet ex sola auctoritate cōcedentis, sed etiam ex iure alteri acquisito.*
- 14 *Ideo priuilegia sunt veri contractus, quia ob facti remunerationem concessa sunt.*
- 15 *Dominium ex vi contractus acquisitum, est inductum de iure naturali.*
- 16 *Summus Pontifex non reuocat sine iusta, & legitima causa, statutum militum Sancti Ioannis Hierosolymitanæ. continens præceptoriam vacantem conferendam esse antiquiori, in præmium præteritorum laborum.*
- 17 *Donationes ob merita, non censentur derogatæ per generalem derogationem, nisi de eisdem nominatim fiat mentio.*
- 18 *Summus Pontifex habet liberam potestatem super beneficijs, & de illis ad libitū disponere potest, & est Summum ius, & æquitas ipsa, & habet plenitudinē potestatis super iure positivo, & ideo ea que iustitiæ consona sunt, cōcedit dispensando.*
- 19 *Summus Pontifex potest derogare conciliorum constitutiones, non disponentes de fide.*
- 20 *Summus Pontifex est supra concilium.*
- 21 *Derogationes sunt strictè interpretandæ, ex quo sūt stricti iuris*
- 22 *Non est presumendum Papam voluisse periuudicare, priuilegijs in fauorem vniuersalis ecclesiæ concessis.*
- 23 *Vno beneficiorum ad Episcopum, & non ad prælatos inferiores pertinet de iure, & quid sit vniō.*
- 24 *Dignius, minus digno vniiri non potest. nempe ecclesia parrochialis, capelle.*
- 25 *Ecclesia edificari non potest absq. Episcopi licentiæ.*
- 26 *Reges Aragonum, & proceres regni possunt vniire ecclesias, minus digno beneficio, & eas de nouo edificare, vel ditioni cuiusuis*

iussus monasterij subdere, absq. licentia Episco. virtute priuilegij Vrba. 2. quod derogatū nō cēsetur iux. Conc. Trid. dispositione m, in quantū ad ius patronatus ecclesiarum.



ATIS euidenter constat, ex deductis in §. præcedenti, concessionem Urbani. 2. de omnibus iuribus patronatus, ecclesiarum villarum, & locorum, iure belli acquisitorum, & acquirendorum post eius datam; vel ædificatarum in proprijs terris regum Aragonum, eisdem & proceribus regni factam, valere, & procedere iux. ius canonicum commune, & legitimum titulum esse, circa dicta iura patronatus in fauorem dictorum regum, & procerum, ac omnium successorum eiusdē. Nunc superest videre vtrum dictus titulus derogatus sit, per Concilium Tridentinum, & reuera licet verum sit, quod ius patronatus de iure acquiri possit, per priuilegium apostolicum; & iuridicè vigore dicti tituli possideri, atuerò ius nouum œcumenici Concil. Tridenti. dictum modum acquirendi ius patronatus in totum abrogauit; & quasi possessio indè sequuta iux. dispositionem c. 9. sessio. 25. itaq. post dictam sanctionem, ius patronatus, & ius præsentandi competentia ex priuilegio, in totum abrogata sunt, & si ius quæsitum adsit; quia illud dicta generalis reuocatio tollit, sicut docent Bart. in consil. 172. n. 2. Crauet. in consil. 135. n. 3. quos refert Flam. Paris. de confid. prohib. benef. q. 28. n. 240. dicēs, titulum iuris patro. ex priuilegio non admitti; & sic resolutum fuisse in congregatione concilij Cardinalium die 5. Marcij 1573. quæ dispositio Concilij Tridentini, non cōpræhendit Reges Aragonum, & per consequens titulus priuilegij Urbani. 2 manet fultus, & stabilitus. iux. ius canonicum antiquum, & modernum dicti concilij. Et patet, ex verbis dicti. c. 9. sessio. 25. sequentibus.

Exceptis patronatibus, super cathedralibus ecclesijs competētibz,
& exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu regna possi-
dentes, aliosq; sublimes, ac supremos principes, iura imperij in do-
minij suis habentibus pertinent. Vnde dubiū nō est, quoad
dictos reges, titulū procedentē ex vi dicti priuilegij, de
rogatū non esse per dictū ius nouū Concil. Trident. su-
perest differere, utrū titulus iuris patronatus procedēs
à dicto priuilegio Urbani. 2. & vigore ipsius competens
proceribus regni Aragonū, derogatus sit per dicti Con-
cilij Triden. sanctionem; ad quorū enucleationem præ-
mittendū est, prærogatiuā dicti iuris patronatus cōcessi
proceribus, dupliciter ad eos pertinere posse, scilicet
mediatē, aut immediatē, dicimus mediatē, quando ius
patronatus ecclesiæ alicuius oppidi, primo loco perti-
nuit ad Regem Aragonū, & deinde per donationē, per-
mutationē, successionē, aut venditionem cū vniuersita-
te, dictus Rex ad aliā personā priuatā illud trāstulit. His
enim quatuor modis, et alijs, patroni possunt transfer-
re ius patto. in alios. docent glos. in c. pia mentis. 1. 6. q.
7. Ioan. And. Card. Inno. et Imol. in rub. de iure patro. &
est cōmunis, iux. Cæsar. Lambert. in 1. art. 2. p. 1. q. prin. 1.
lib. n. 2. immediatē autē, tunc dicimus ad eos pertinere
quando è manibus infidelium ipsi eripuerint villam,
aut oppidam, aut nouiter illud ædificari iussissent. in
quibus ecclesiæ iuris patron. eorum essent. Qua distin-
ctione præente, dubium non est, quod si mediatē
ad ipsos proceres, seu ad alias priuatas personas spe-
det ius patronat. eò quia à regibus quibus concessum
erat in vim priuilegij Urbani. 2. fuit eis donatum, vel
permutatum cum illis, derogatum non esse, per dictam
sanctionem Conci. Trident. cum de iure antiquo statutuū
sit etiā in reservatione, & constitutione generali. sicuti
est hæc Cōcilij Triden. non cōprehendit Reges, & Prin-
cipes.

cipes, imo illos excipi. tex. in c. ne aliqui de priuileg. lib. 6. & in c. si. de officio deleg. eodem lib. 6. namq. titulus priuilegij, procedit tunc tēporis à regibus, et si apud priuatas personas reperiatur, & ita, si ideo quia ad illas perueniret, licet à regibus originē traheret, irritus maneret; sequeretur inconueniens quòd dicti reges, patroni non forent legitimi, cum translationes per eos factæ in alios, essent nullius valoris si titulus translatus irritus, post translationem eo ipso maneret: cum patroni veri, & indubitati illum transferant in alios, & illi in cuius fauorem titulus, seu ius patro. transfertur, veri, & legitimi patroni remaneant. Et cum iux. ius antiquum; & modernum Concilij Tridentini, ius patro. pertinens ad reges ex priuilegio, maneat in suo robore, & validum sit, nō derogatum esse dicendum, & concludendum est tantam & talem facultatem habere, quantam & qualē, patroni ex titulo dotationis, vel foundationis; & cum illi possint ius patronatus in alios transferre; similiter, & reges, & succedentes in iure patronatus, ex vi translationum per reges factarum, erunt ita indubitati, & veri patroni, ac ipsimet reges: iuxta desuper dicta, & per tex. in c. is qui in ius. de reg. iur. in 6. Quid autem de iure patron. competente proceribus regni Aragonum, ex vi priuilegij Urbani. 2. dicemus? Et regulariter quidem dispositionē d. c. 9. sessio. 25. Concil. Triden. censendum est comprehendere ius patro. Ducum, Comitum, Vicecomitum, & Baronum, & aliorum quorumcunq. procerum, procedens ex vi priuilegij apostolici; ideo quia, ipsi non sunt supremi principes, & recognoscunt superiorem in temporalibus, nempe, regem Aragonum: & ea de causa, iura imperij in dominijs suis non habent, & cum dicta suprema potestate careant, necessario censendum verit, dictum ius patro. ex vi priuilegij prefe-

ti ad eos pertinens, sub dicta derogatione, et abrogatione Concilij Tridenti. compræhendi, licet ad dictos proceres spectet. Nihilominus tamen, contrarium tenendum est, causis & rationibus sequentibus. Privilegia à Papa, seu à principe concessa (Summus enim Pontifex etiam princeps dicitur vt constat in capit. corpora. de consecrat. distinct. 7.) alia sunt realia, et alia personalia, ex doctri. text. in cap. mandata de præsumptio. & glos. 1. in cap. priuilegium. vers. idem si esset. de reg. iur. in 6. cum similibus. & Natta. in consil. 163. num. 16. tom. 1. & communis omnium: realia dici, quæ cum ipsis rebus durant, & eis extinctis extinguuntur; personalia verò, quæ cum personis etiam durant, & eis extinctis, extinguuntur: quæ differentia in iure vulgata est, iuxt. dictam glos. super verb. priuilegium personale, et Garciam in tracta. de nobilita. Hispa. glos. 6. num. 38. vers. octauo facit, et comuniter Doctores. Quæ priuilegia personalia, quædam sunt omnino gratiosa, & absq. causa aliqua concessa, procedentia ex sola mera liberalitate concedentis; & quædam remuneratoria, quæ conceduntur ob merita, dationem, vel factum eius, in cuius fauorem conceduntur; modo sit præteritum, modo futurum, quæ non procedunt ex simplici liberalitate concedentis, quam diuisionem apertè colliges, ex consilio Nattæ. 268. nume. 5. tomo secundo. Quæ priuilegia à principe concessa, in remunerationem dationis, vel facti præteriti, vel futuri adimplendi ex parte eius cui conceduntur, transeunt in contractum: quia non est mera liberalitas, et ideo, nec per ingratitude reuocari possunt. docent Natta consilio, 122. nume. 14. tomo primo, et consil. 268. num. 5. et 7. tomo. 2. Felin. in cap. nouit. num. 12. vers.

limita.

- limita. 3. de iudi. et Bal. in l. qui se patris. vers. et scias.
- 11 C. vnde liberi. Et quauis princeps priuilegium à se cō-
cessum possit reuocare sine causa; tamen illud non po-
test, vbi priuilegium habet. datum, vel factum, quòd
- 12 cum eo habeat commensurationem, idque princeps
fuerit lucratus: quia tunc reuocando committeret
dolum. Ita latè resoluit Natta. dict. consil. 268. num. 5.
- 13 Itaque priuilegium concessum alicui, propter eius fa-
ctum non potest reuocari, quia non pendet ex sola
auctoritate concedentis, sed ex iure alteri quæsito. Ita
docet Bald. in l. si eum mihi. ff. de dolo. Vnde cum pri-
uilegium Urbani Secundi concessum fuerit dictis pro-
ceribus Aragonum, in remunerationem laborum,
scilicet, quia à dominio infidelium loca, seu oppida
eriperent, et bello acquirerent, et obedientiæ sacro-
sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Romanæ subderent, seu
quia nouas ecclesias ædificare facerent, in proprijs hæ-
reditatibus, cultum, et honorem diuinum augendo,
ad fidei catholicæ exaltationem; reuocatum non esse
dicendum est per dict. cap. 9. sessio. 25. Concilij Tri-
- 14 dentini abrogationem generalem; quia ideo dictum
priuilegium verus contractus est, quia ob facti remu-
nerationem concessum extitit. iuxta. doctri. dict. Nat-
tæ dict. consil. 268. num. 5. tomo. 2. Et quia verus con-
tractus est, Summus Pontifex illum abrogare de iure
nō potest: ex quo dominium ex contractu acquisitum,
est de iure naturali, et licet princeps contrahat cum pri-
uato, et sit causa quod ille acquirat. et si contrahat mo-
- 15 do inducto à iure, tamen contractum reuocare ne-
quit; quia dominium ex vi contractus acquiritur
priuato de iure naturali. doctrina est Felin. in capit.
quæ in ecclesiarnum num. 51. versic. tertio. confir-
matur, de constitu. tum etiam quia, remuneratio
simili

- beneficiorum receptorum, à natura ipsa instituta est; iux. tex. in c. cum in officijs. de testament. & ibi glos. super verbo, teneamur, cuius decē & octo effectus cumulat Ias. in l. ex hoc iure. à n. 53. ff. de iust. & iure.
- 16 Qua propter Natta resoluit in d. conf. 268. n. 5. & per rotum tomo 2. constitutionem illam, à Sede Apostolica confirmatam, qua statutum est, in religione militum Sancti Ioannis Hierosolymitani, quod præceptoriam vacans, conferatur antiquiori, in præmium præteritorum laborum; non potuisse Papam de plenitudine potestatis reuocare, sine iusta, & legitima causa, quia fuit facta in remunerationem laborum præteritorum, quos Papa lucratus fuit; cum dicti labores impensi fuerint in defensionem fidei christianæ, ob quam dictus ordo institutus fuit; cuius Summus Pontifex caput est; iux. D. Thomam. in 2. p. q. 8. art. 1. & Turrecrem. in. c. 1. n. 2. distinct. 12. quod priuilegium si reuocandum esset, & alia similia priuilegia, iusta exposcente causa, prout de iure possunt reuocari à Principe eo modo; iux. adducta per d. Natta conf. 122. n. 14. tomo. 1. requirebatur quod in d. c. 9. sessio. 25. Concil. Tridenti. specialis, & expressa mentio fieret, de iure patronat. in vim priuilegij concessi ob remunerationem laborum, vel seruitij; impensi, obtenti, & acquisiti: ita latè resoluit Mohed. decis. 350. quæ derogatio, cum requisitis supradictis, deficit in. d. c. 9. & ea propter, priuilegium de quo agimus,
- 17 derogatum censendum non est. Tum etiam quia donationes per Principem ob merita factæ, non censentur derogatæ per generalem derogationem, etiam causa subsistēte, nisi nominatim, & specialiter illæ donationes fuerint derogatæ: iux. not. per Paris. in tracta. de reintegra. feud. fol. 84. c. & quia multa diximus, & per Camil. Borrellum, in addit. ad specul. Prin. Petri Bellug. in addit.

addit. ad rub. 9. super verb. benemeritis donare. & ideo donatio iurispatro. facta per Urban. 2. in fauorem procerum, cum suprâ adducto priuilegio; cum sit obmerita, reuocata non censenda est, per dictam generalem abrogationem Concilij Tridentini: maximè cum dictum priuilegium, prout iam exitit dictum, habeat vim contractus, & ideo de iure irreuocabile sit; quod præter iura allegata docet Franc. Mar. decis. 713. nu. 8. in 2. p. & decis. 206. num. 2. ead. p. & decis. 152. nu. 5. p. 1. cum multis ab eodem allegatis. Nec obest quòd Summus Pontifex sit dominus beneficiorum, & in illis habeat liberam, & omnimodam potestatem. iuxta Flam. Paris. de confiden. prohibet. benef. q. 3. num. 23. & alios omnes Doctores, & quòd habeat in illis omne ius, Cæsar. Lambert. de iurepatron. in 4. art. 8. q. prin. 1. p. 1. lib. num. 6. in fin. & illorum dispensatio, & plenaria dispositio, ad eum spectet, nam hoc ita intelligitur, vt euitetur inconueniens, ne alicui fiat iniustitia. docet Card. conf. 141. incipien. sanctissimus dominus, noster, & Feli in c. quæ in ecclesiarum. vers. sed. d. Card. num. 42. de const. & ita intelligendum est quidem; ex quo Papa est summum ius, & æquitas. Flam. Paris. de refig. benef. lib. 13. q. 1. num. 167. & licet habeat plenitudinem potestatis super iure positiuo, & supra illud dispensare possit. iux. tex. in c. proposuit de conces. præben. auerò. vt æquitas ipsa, solum ea quæ iustitiæ, & æquitati consona sunt, saltem absq. eo quòd alicui iniustitia fiat, concedit dispensando supra iuspositiuum. itaq. si abrogatio. dict. cap. 9. sessio. 25. Concil. Triden. ædita foret, per Papam, priuilegium Urbani. 2. de quo agimur nullatenus derogatum censendum foret: quoad iurapatro. procerum regni Aragonum: et à fortiori dicendum est, minus derogatum censendum fore, per dictam abrogationem

- 19 tionem Concilij Tridentini, quia Papa potest concilio-
rum constitutiones de fide non tractantes, & dispo-
nentes derogare. iuxt. text. in cap. innotuit, cap. sig-
nificasti, cum alijs. extr. de electio. & glos. in cap. vbi
periculum, super verb. consilium. de electio. lib. 6. &
Hostien. in summa de dispen. §. 1. latè Cardin. Pa-
rif. consil. 68. à num. 397. vsque ad num. 408. vol. 4.
Fran. Mar. decis. 455. num. 22. vers. veruntamen. p. 1.
Eneas de Falcon. in tracta. de reseruat. Papa. in prælud.
1. num. 4. Hiero. Alban. in tracta. de potesta. Papæ, &
Concilij. in 2. p. num. 53. & in 1. p. nu. 78. & per Theo-
logos omnes, prout refert Feli. in cap. 1. num. 31. & 32.
- 20 de constit. et est supra concilium, sicut est supra ius, do-
cet Cassador. decis. 2. num. 4. de præben. ergo si per de-
rogationes generales æditas per Summum Pontificem,
dictum priuilegium Urbani. 2. derogatum non cense-
tur, causis, & rationibus supradictis; minus derogatum
censendum erit, per generalem abrogationem dict. c.
9. session. 25. Concilij Tridentini; cum maiorem vim
non habeant derogationes generales æditæ per Conci-
lium, quàm illæ quæ æditæ sunt per Papam; maxime
cum possit super, & contra concilij statuta dispensare,
si illa non disponent circa fidem, & ideo maiorem po-
testatem habere videatur, cū sit supra illud. Qua prop-
ter, cum derogationes sint strictè interpretandæ, ex quo
stricti iuris sunt: prout docet Flamin. Parif. de resign.
benef. lib. 12. q. 14. num. 30. & non sit facta expressa
mentio, in dicta abrogatione Concilij Tridentini, de
priuilegijs, in remunerationem laborum concessis,
est certum, quòd non comprehendit ea, sed priuilegia
gratiosa ex simplici liberalitate, & non cum cau-
sa concessa, & hoc quia constat ex supradictis, non
maiorem potestatem habere concilium, quàm Pa-
pa.

- 22 pa. Et cum derogationes Papæ illa non compræhenderent; pari modo, nec concilij derogationes. Itaq. cum de iure censendum non sit, Summum Pontificem voluisse in aliquo periudicium generare, priuilegijs in fauorem vniuersalis Ecclesiæ concessis. argumen. text. in cap. super eo. de offic. & pot. iudi. deleg. minus censendum est, Concilium Tridentinum voluisse derogare priuilegio Urban. 2. in quantum ad concessionem ecclesiarum, siue iurispatrona. earum, in fauorem procerum Aragonum factam: cum concessa sit, in fauorem vniuersalis ecclesiæ, & in augmentum fidei christianæ; nempè ad expellendos hostes fidei, & eorum dominia destruenda, expugnando eorum regna, ac redigendo ea obedientiæ ecclesiæ Romanæ, & ædificando nouas ecclesias, cultum diuinum augendo. Deinde etiam, cum dicto priuilegio Urbani secundi fuit concessa regibus Aragonum, facultas vniendi ecclesias, quibus eunq. capellis, & monasterijs, iuxt. verba priuilegij sequentia, *Vel quarumlibet capellarum, vel monasteriorum ditio* subdere &c. verbum enim, ditio, idem quòd potestas significat, est text. expressus in l. 2. §. capta. ff. de orig. iur. & ibi glos. super verb. ditio, & verbum, subdere, idem significat quod subijcere: itaque idem significant, ac si dixisset Summus Pontifex ibi, *vel quarumlibet capellarum, vel monasteriorum potestati subijcere*, videndum igitur est, vtrum
- 23 verba hæc importent vnionem: et adhæc scire debes, vnionem nihil aliud esse, quàm annexionem beneficiorum, seu ecclesiarum, ab Episcopo, vel ab alio superiore factam. ita Rebus. in prax. benef. tit. de vnio. benef. num. 1. & Hojeda in tracta. de incompat. benef. cap. 3. nu. 1. p. 2. & ecclesia, seu beneficium quod vnitur

alteri beneficio, seu ecclesiæ, subditur potestati eius, cui vnitur, ita quòd illa ecclesia cui fit vnio, erit superior, & principalis, vnita vero erit inferior, & accessoria. Rebu. in d. prax. benef. tit. de vnio. num. 12. quibus attentis, dicendum est, ecclesias ditioni alterius monasterij, seu capellæ subdere, idem esse, ac si diceretur: ecclesias vnire capellis, seu monasterijs, cum iuxta deducta, ecclesia quæ vnitur alteri ecclesiæ, seu beneficio, subdatur, & subijciatur ditioni, seu potestati ecclesiæ cui vnitur. iuxt. tex. in cap. sicut vnire. de excessib. prælat. & relata à Rebu. in loco supra citato; itaque concludendum est, Urbanum. 2. facultatem vniendi ecclesias capellis, & monasterijs, concessisse prædictis regibus, & proceribus Aragonum: quod absque apostolica dispensatione eis licitum non erat, quia vnio ecclesiarum, & beneficiorum, pertinet, et spectat ad Episcopos in quorù diocæsibus sunt, et non ad alios prælatos inferiores. iuxt. text. in dict. cap. sicut vnire. de excessibus prælat. Et quamuis beneficium dignius minus digno vniri non possit de iure; et per consequens, ecclesiasticum beneficium dignius sit, non possit vniri capellæ, quæ minus digna est. iux. nota. per Rebu. in d. prax. benef. tit. de vnio. benef. n. 17. per tex. in c. super eo. de præben. lib. 6. et ibi glos. in verb. non obuiet. atuerò cum dispensatione apostolica licitum, et permissum est. docet Rebu. loco vltimo citato: et ea propter reges, et proceres, beneficia digniora, nēpè ecclesias, minus dignis, scilicet capellis, vnire poterūt; absq. eorum, in quorù diocæsibus erunt consensu; quo non indigent, cū dicta prærogatiua eis concessa sit, per dictum priuilegiū Vrba. 2. & pari modo, vigore dicti priuilegij, habent facultatem ecclesias ædificandi, quod eis permissum non

24
 25

erat, absq. licentia & autoritate Episcopi, in cuius diocæsibus

ces. eas ædificare fecissent. iux. tex. in c. quicumq. vo-
 luerit. 16. q. 1. et c. nemo de consecratio. dist. 1. & ratio-
 ne dicti apostolici priuilegij ea nullatenus indigent;
 imò in quocunq. loco, scilicet dominij eorum, illas ad
 26 nutum, absq. Episcopi, licentia ædificare poterunt. Vn-
 de concludimus, Reges. & proceres regni Aragonum,
 ac eorum successores, potuisse, ac posse vigore priuile-
 gij apostolici Urbani. 2. ecclesias in proprijs hæreditati-
 bus, regnis, et terris dominij eorundem, de nouò ædifi-
 care absq. Episcoporum licentia; qua non indigent. et
 ecclesias ædificatas, et nouiter erectas, capellis, seu mo-
 nasterijs quibuscunq. vnire, absq. autoritate, et decreto
 Episcoporum. Quod necessario interuenire non debet;
 in similibus vnionibus peragendis, quarum ecclesiarũ,
 et earum quæ in terris bello captis erigere facient, et
 fecerunt in patro. legitimè spectauit, et spectat, ad eos
 vigore dicti priuilegij, quod derogatum non est, per ge-
 neralem abrogationem. d. c. 9. sessio. 25. Concil. Triden-
 tini circa iura patronat. vigore dictorum priuilegiorum
 obtenta, æditam.

§. VI.

- 1 **F**OE MINA de iure capax est iuri patronat.
 2 Foemina potest habere ius conferendi præbendas ex pri-
 uilegio apostolico.
 3 Cum foemina non sit capax conferendi præbendas, nisi ex pri-
 uilegio apostolico, ideo in hoc casu non valet argumentum,
 tantum operatur consuetudo antiquissima, quantum pri-
 uilegium.

§. VI.

- 4 *Masculinum, continet sub se foemininum; maxime in his que foeminis adaptari possunt.*
- 5 *Foemine de genere dicuntur.*
- 6 *Verbum succedere plura significat.*
- 7 *Idem est, heredem esse, ac successorem esse,*
- 8 *Substituere significat in specie, secundo loco aliquem heredem instituere; in genere autem, in alterius locum subrogare aliquem.*
- 9 *Verba que in genere, & in specie possunt accipi, in dubio, in specie sumenda sunt, si materia subiecta aliud non suadeat.*
- 10 *Reges Hispanie, pluribus modis ad dignitatem regiam promoti fuerunt.*
- 11 *Regnum Hispanie, hodie est individuum, & succeditur in eo iure hereditario.*
- 12 *Foemine de iure communi, in regnis succedere non possunt.*
- 13 *Foemine de consuetudine diutina, usitata in regnis coronę Aragonum, & coronę Castellę, succedunt in regnis ac etiam de iure.*
- 14 *Regine que successerunt in dictis regnis.*
- 15 *Foemine succedentes in regno Aragonum, gaudent prerogatiuis priuilegij Vrban. 2. concessi Regi Petro, huius nominis primo.*
- 16 *Foemine succedentes iure hereditario, in bonis, seu patrimonijs procerum regni Aragonum, eisdem prerogatiuis gaudent, quibus illi gaudere possunt vigore priuilegij Vrba ni. 2.*



CONSTITO igitur quod reges, et proceres regni Aragonum, vigore priuilegij ab Urbano. 2. eisdem concessi, possunt vni re ecclesias, de quibus tractauimus, capellis, et monasterijs eisdem beneuicis, et eas nouiter construere modis supradictis, ad nutum eorundem, et sine autoritate, et licentia p[re]lati; et quod sunt veri,

verè, et indubitati patroni ecclesiarum, de quibus agimus, in vim dicti priuilegij, quod derogatum esse censendum non est, per d. c. 9. sessio. 25. Concil. Trident. de rogationem generalem. Super est videre, cum concessu extiterit regibus Aragonum, et eorum successoribus, de genere in regno, prout constat ex verbis dicti priuilegij sequentibus, *Statuimus, tui charissime fili Petre, tuiq. regni successorum, ex genere tuo ritè substituendorum, iuris esse, ut ecclesias &c.* vtrum comprehendat fœminas succedentes in dicto regno, ad cuius dubij intelligentiam præmitendū est; Foeminas de iure canonico capaces esse iurispatro. glos in c. quoniam inuestituras. super verbo. vel foemina. 16. q. 7. et tex. in c. ex litteris de iure patro. idem tenet Ioan. And. Abb. et alij. in cap. nobis de iure patro. et Rochus de Curte, super verb. competens. n. 1. in tract. de iure patro. Cæsar Lambert. in 2. art. 7. q. prin. 1. p. 1. lib. num. 30. vsq. ad finem. vbi communem dicit, et vt talis tenenda non obstantibus tot per eum ibidè adductis, per quas intendit contrariari dictæ communi opinioni, asserendo foeminas, seu mulieres, ius patron. acquirere non posse; quia ab omnibus publicis officijs sunt remotæ, quia non possunt esse iudices, quia testamentorum executrices esse non possunt, quia esset inconueniens, et inhonestum, presbyteros, ius processionis tribuere foeminis; et quia fragiles sunt, ob fragilitatem sexus earum: quæ non solum ius patronat. acquirere, et obtinere possunt, verum etiam in vim priuilegij apostolici possunt habere ius conferendi præbendas, et inuestituras earum tribuendi. iux. Host. Ioan. And. Felin. et aliorum doctrinam. in capitul. dilecto, de testi. qui tex. hoc modo intelligendus venit, quod comitissa Flandren. de qua loquitur, ius conferendi dictas sex præbendas habebat ex priuilegio apostolico

apostolico; & hoc modo non contrariabitur text. in
 3 cap. si quis deinceps. 16. q. 7. cum concordantibus. Ad-
 uertendum tamen est iux. doctrinam Ioan. And. in c.
 2. de præben. in 6. quod non ideo in hoc casu proce-
 dit hoc argumentum; tantum operatur consuetu-
 do, cuius initij memoria non extat, quantum priui-
 legium l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti-
 dia. & esti. capit. super quibusdam. de verb. signif. er-
 go consuetudo potest inducere, quod fœminæ ha-
 beant ius conferendi præbendas, sicut inducitur
 priuilegio Papæ, quia dictum argumentum procedit,
 data capacitate: vnde cum fœmina non sit capax talis
 iuris, nullatenus argumentum procedere potest. Deue-
 niendo igitur ad interpretationem verborum priuile-
 4 gij Urbani. 2. quæ iam in §. præsentis adduximus. Pon-
 derandum venit primo loco, verbum illud, *successorum*,
 quod masculinum esse apparet, de iure etiam fœ-
 mininum compræhendit, maximè cum profertur à le-
 ge, vel à Papa. docet Cæsar Lamberti. in tracta. de iure
 patron. in 2. artic. 7. q. princi. 1. p. 1. lib. num. 3 1. & iuxta
 notata latè per Ias. in l. si quis id quod. à num. 1. vsque
 ad num. 24. ff. de iurisdic. omn. iud. & præcipuè com-
 præhendit masculinum, subse fœmininum, quando fœ-
 minis adaptari possunt ea quæ sub verbo masculino ex-
 ponuntur. docet latè Dida. Spino. in specul. testam. glos.
 19. n. 94. & 95. et Ias. in d. l. si quis. n. 12. vnde cum ha-
 bere ius patronat. adaptari possit fœminis, iux. iura et do-
 ctrinam in n. 1. præsentis §. adductam verbum, *Successo-
 rum*, dicti priuilegij, tam masculos, quam fœminas com-
 præhendit; et signanter procedit hæc conclusio in quan-
 do dictum masculinū profertur in priuilegij, et rescrip-
 tis iux. latè deducta per Ias. in d. l. si quis. n. 7. et 8. in fa-
 uorem fœminarum, et non in odium earum iux. glos.
 in c.

in c. generali super verbo, vniuersos, de electio. lib. 6.

5 Vltcrius autem videndum est, si foeminæ dicantur de genere, per verba illa dicti priuilegij. *Tuig³ regni successorum ex genere tuo.* Et regulariter dicimus: foeminas esse de genere, & generis appellatione compræhendi, docent Bald. in l. 1. ff. de probatio. Corneus consil. 219. nu. 9. 10. & 11. vol. 2. & consil. 223. num. 3. in 4. vol. Curt. Iun. consil. 49. Craueta consil. 161. num. 3. Paul. de Castro l. 1. num. 4. & 5. C. de condit. insert. vbi dicit quòd verum est, non compræhendere foeminas priuilegia dignitatum, quæ conceduntur propter honores alicui, & omnibus ex genere suo; sed illos solos, qui sunt descendentes ex masculis: & eodem modo in poenis legalibus impositis alicui, & descendantibus vsq. ad tertiam, & quartam generationem; in alijs verò ferè omnibus foeminæ de genere dicuntur. ita Hostien. in c. nouit. de iudi. super verbis dicti. rex. sequentibus. *De cuius genere Rex ipse dignoscitur descendisse &c.* dicit. quòd dictus Rex nominatus in dict. text. erat descendens matris; itaque regulariter, & generaliter, sub appellatione generis, omnes vtriusq. sexus compræhenduntur, & descendentes ex foeminis dicuntur de genere: ita latè docet Decius in l. 2. num. 65. & 66. de regul. iur. & canonistæ in dict. c. nouit. de iudicijs. Et hoc præsupposito, quod masculinum compræhendit foeminum, in his quæ foeminis adaptari possunt, & ideo verbum illud, *successorum*, licet masculinum, compræhendere foeminas:

6 & constituo quòd foeminæ dicuntur de genere. Scire oportet, quid significet verbum, *successorum*, & insequendo. I. C. Martianum, qui ad expositionem, significationem, & interpretationem verbi, *Cenotophium*, vsus fuit Virgilij autoritate, prout constat, in l. in tantum. in fin. ff. de rer. diuisio. ad dicti verbi interpretationem

nem, & eius significationem eruendam, eiusdem Virgilij autoritatibus utar: & similiter egi, & agam in discursu huius responsi, adhærendo in simili casu autoribus, & poetis latinis. Verbum, *succedere*, significat subire locum, & introire. ita apud Virgilium lib. 7. *Æneid.*

Ingredere, & nostris succede, Penatibus hospes.

Et lib. 1. *Æneid.* idem Virgil.

Quare agite ô Iuvenes tectis succedite nostris.

Aliquando etiam significat, *succedere*, idē quod sub tecum aliquod ire, vel latere, idem Virgilius lib. 3. *Georgi.* in hunc modum.

Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu.

Vipera delituit, calumq; exterrita fugit,

Aut tecto assuetus coluber succedere & umbra.

Et alias plures significationes habet, in iure verò apud iuriscōsultos. *succedere*, modo hæreditatis aditionem, modo adeundi hæreditatem ius significat. Vnde verbum, *successor*, pro hærede usurpatur; quia idem est hæredem esse, ac successorem esse. iuxt. text. in *Litem* veniunt, §. licet autem. ff. de petit. hæred. vbi Bart. idem docet, & ita si forsan, in aliqua quæstione, vel dispositione, loquatur absolutè de successore, & sit quæstio dubia, circa dicti verbi interpretationem, vniuersalis hæres intelligendus erit, idq. secundum propriam interpretationem. docent Alex. in *L. quædam*. §. nihil. ff. de æden. Bal. in *L. 2. C. de petit. heredit.* Paul. Castren. in *d. l. quædam* §. nihil interest. nu. 3. Deinde verbum, *substituendum*, descendit à verbo, *substituere*, quod in specie sumptum, significat secundo loco hæredem instituere. Substitutio enim secundam hæredis institutionem significat, iuxt. gloss. in *L. non aliter*. §. 1. verb. definitionem. ff. de leg. 3. Bart. in *L. omnes populi*. n. 59. ff. de instit. & iure. & rex. in *L. mulier*. §. si ff. de condit. instit. & iure proprio. &

strictè, est hæredis institutio. iux. glo. in l. gallus, verb. possit. ff. de lib. & post. & gl. in l. 1. C. de edict. diui Adria. tolleñ. & Alciat. in d. l. Gallus. in prin. 2. lectura n. 30. cõmunem dicentem. In genere autem substitutio, significat, quamlibet subrogationem, vel præpositionem in alterius locum. l. arbores. l. inutilium. ff. de usufruct. l. penult. ff. iudi. solui. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fisci l. si grege. ff. de leg. 1. & licet in dubio verbum, substitutio, debeat intelligi in specie, & non in genere: ex quo verbum quod potest accipi in genere, & in specie, in dubio in specie accipi debeat. docet Bar. in l. hoc legatum. ff. delegat. 3. & in l. 1. ff. de æden. quia significatio in specie, est potentior, & magis certa, & verba in dubio debent accipi in potentiori significato. iux. tex. in c. si pater de testa. lib. 6. & las. in rub. ff. solut. matrim. et ideo dicendū foret. quod verbū. *substituendorum*, hinc deberemus sumere in specifica significatione: at uerò hæc doctrina, locū habet, si materia subiecta aliud non suadeat. Vnde, cum materia subiecta in dicto priuilegio aliud suadeat in genere, & non in specie, sumendum venit verbū. substituere, iux. doctrinam Dida. Spino. in speculo testa. glos. 2. i. nu. 3. & ideo substituere in generica significatione interpretandum venit, in dicto priuilegio; nempe pro eo quod est, in locum alterius subrogare. itaq. verbum, *substituendorum*, idem erit, quod, illi, qui in locum alterius subrogabuntur: et ideo verba illa præfati priuilegij: *Tuiq. regni successorum, ex genere tuo ritè substituendorum* &c. Idem important ac si dixissent: *tuiq. regni successorum ex genere tuo ritè in tui locum subrogandorum*. Itaq. successor regni, ex genere dicti regis Petri ritè substituendus, idem est, ac hæres regni, inue hæres in regno succedens, ex genere dicti regis Petri; in eius locum subrogandus; vel reponendus. Superest

nunc dubium hoc sopiri, vtrum foeminæ descendentes ex genere dicti regis Petri (quæ iux. deducta etiam de genere dicuntur) succedere possint in dicto regno: & per consequens, ratione dictæ successionis, frui prærogatiuis cōcessis cū dicto priuilegio Vrba. 2. Qua propter scire oportet, quòd antiquitus aliquando in Hispania, tempore Gotthorū, deferebatur regnum per electionem Episcoporum in vrbe Romana, vel in eo loco, in quo Rex vltimus possessor defunctus fuit, qui eligendi modus, fuit in vsu per spatium plurium annorum; tempore verò regis Pelagij, iure hæreditario statutum fuit succedendum fore in regno: & successiuè post illū per plures reges iure hæreditario successerunt, & diuersis alijs modis in regno: & aliqui reges inter filios regnum diuiserunt. Hodiè autem, est regnum Hispaniæ indiuiduum, & succeditur in eo, iure hæreditario; prout latissimè terminant hunc articulum. Molin. de primogen. Hispano. lib. 1. c. 2. n. 15. & eleganter haec omnia supra adducta recenset, Io. Garcia. de expens. & melio. cap. 16. nu. 17. cum sequentibus: & illum resoluit Pa. la. Rubios. de retentio. regni Nauarræ. Quibus præmissis, & constituto, quod succedētes in regnis Hispaniæ, iure hæreditario successerunt, signanter in Aragonum regnis: antiquissimis ab hinc annis, licet aliqui teneāt, quòd foeminæ de iure cōmuni in regnis succedere nō possint, iuxt. notata per Rojas in Epitome successio. c. 3. n. 35. & nobil. Ludo. à Peguera. decis. 117. n. 1. et per DD. per eosdem allegatos in dictis locis; qui prout refert dictus Peguera, nitūtur hoc fundamento: quia esse Reginam, est habere officium publicum. per text. in l. 1. §. ius publicum. ff. de iustit. & iur. cum autem officia publica exercere, foeminis interdictum sit, ob publicam honestatem. l. foeminæ. ff. de regul. iur. ideo

conclu-

concludūt. foeminas in regia dignitate succedere non
 13 posse. Quibus rationibus, & alijs quibuscunq. quæ ad-
 duci possent non obstantibus, tenendum est, quod de
 consuetudine diutina, & vsitata in regnis coronę Arago-
 num, & coronę Castellæ, foeminæ succedere possunt
 in regno, ita docent dictus Rojas. in Epitome succes. d.
 c. 3. n. 36. et Peguera d. decis. 117. n. 3. et in repet. c. Itē
 ne super laudimio. vers. *Ajustants que al vassall*, à n. 89. vsq.
 ad n. 98. vbi plura exempla refert foeminarum, quæ in
 14 regnis successerunt; & præsertim, ipse & Rojas in dictis
 locis referunt Petronillā filiam Regis Ramiri, successisse
 in regno Aragonum, & dignitate regia quæ nupsit
 Raymundo Berengario Comiti Barcinonæ, et eidē reg-
 num in dorem assignauit. iux. relata per çuritam in An-
 naliibus Aragonum. lib. 2. c. 1. et Beuther, in Chronicis.
 lib. 2. c. 18. quemadmodum Vrraca, siue Blanca, vxor
 quæ fuit Garcię Iniguez Regis Nauarrę, et filia Fortunij
 Ximenez, Comitum Aragonum (qui comitatus in regnū
 Aragonum erectum fuit, prout iam diximus in §. 1. n. 1.)
 de qua successione patet in Chronic. de España per
 Beuther lib. 2. c. 6. §. succedio en el Reyno. et in Annal.
 çuritæ. lib. 1. c. 7. in regnis verò legionis, et Castellæ, et
 antequā, comitatus Castellæ in regnum erigeretur: suc-
 cessit Ormisinda filia regis Pelagij, quę nupsit Alfonso
 primo, catholico nuncupato, et Odisinda soror de don
 Froyla, Sancia, vxor Ferdinandi, magni nuncupati Elui-
 ra filia comitis Sancij Castellę, mater Ferdinādi primi,
 Vrraca vxor regis Alfonsi Aragonum, et Berengaria
 soror regis Henrici primi, et Isabella, vxor regis Ferdi-
 nandi Aragonum, Catholici nuncupati. Et tandem re-
 gina Ioanna filia dictorum Isabelle, et Ferdinandi, ac
 mater inuictissimi Caroli quinti Imperatoris. ita refert
 Illescas. in Pontificali part. 2. lib. 6. c. 19. §. de don Her-

nando Quinto, y doña Isabel, Reyes de Castilla, Leon, y Aragon &c. & de iure deficientibus masculis fœmina primogenita succedit in dignitatibus Regijs. ita docent Alb. conf. 3. n. 4. p. 2. quam legitimam successione, dicit ibi in vers. ex his infertur. Cels. Hugo, conf. 20. n. 3. vers. cui determinationi; pulchrè And. de Isernia de eo, qui sibi & hæredibus suis. in prin. vbi corruptellam appellat, consuetudinem, si forsan extaret, qua fœminæ ob masculos remotiores excludantur, imò deficiente masculo, fœminam primogenitam in eius locum fore subrogandam, quam refert, dictus nobilis de Peguera. d. decis. 117. n. 3. cum alijs per multis idem tenentibus. Vnde cum fœminæ sint de genere, & succedere possint in regnis Aragonum, concludendum est, easdè frui potuisse, & posse prærogatiuis contentis in priuilegio Urbani. 2. concessio in fauorem Regis Petri; et successorum ex genere eiusdem, nempè vniendi ecclesias, capellis. et monasterijs, et obtinendi iura patronium parochialium prædictarum, et alia iura, maximè cum capaces sint in vim dicti priuilegij, earum. iux. 15 iura de super adducta. Idem etiam dicendum est, de fœminis hæredibus, quæ successerunt in dominijs, bonis, et patrimonijs procerum regni Aragonum, et regnorum coronæ eiusdem. iux. seriem dicti priuilegij apostolici, et signanter per verba eiusdem sequentia. *Tuiq. regni proceribus &c. Sancimus vt ecclesias quas in Sarracenorum terris, iure belli acquisierint, vel in proprijs hereditatibus, fundauerint, sibi suisq. hæredibus, cum primitijs, & decimis &c.* et de illis etiam, quæ in euentum succedent, per rationes, et iura de super circa fœminas adducta, et circa capacitatem earum, iuxta dicti priuilegij prærogatiuas.

§. VII.

- 1 **P**ETRVS Rex Aragonum, huius nominis primus cui Vrbanus 2. concessit priuilegium supra adductum, vsus fuit prærogatiuis cum eodem concessis.
- 2 **A**lfonsus Sanchez frater regis Petri, huius nominis primi; dicto Petro defuncto successit in regno Aragonum; & ut successor in illo iux. prærogatiuas priuilegij Vrbanus 2. de ecclesijs disposuit.
- 3 **R**amirus, frater dictorum, Petri, huius nominis primi; & Alfonsi Aragonum regum, licet, monachus, professus successit post obitum prædicti regis Alfonsi in dicto regno; & continuauit possessionem prædecessorum circa prærogatiuas priuilegij Vrbanus 2.
- 4 **P**etronilla, filia legitima, & naturalis dicti Regis Ramiri; & Agnetis Reginae successit in prædicto Aragonum regno, ac etiam prout prædecessores, fruebatur prærogatiuis dicti priuilegij Vrbanus 2. quæ nupsit Raymundo Berengario, Comiti Barcinonæ: qui uti Aragoniæ Princeps, vsus fuit dictis prærogatiuis.
- 5 **A**lfonsus, filius Principis Raymundi Berengarij, & Petronille Reginae Aragonum, successit in dicto regno, & in prærogatiuis dicti priuilegij apostolici.
- 6 **P**etrus filius dicti Regis Alfonsi, & Sancie Reginae, successit in regno Aragonum, & Comitatu Barcinonæ, qui cessit, & renuntiauit, iura sibi pertinentia vigore priuilegij Vrbanus 2. in fauorem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesie, & Innocentij Pontificis huius nominis tertij, eam tunc feliciter gubernantis.

LICET verum sit, quod laici quantū-
uis reges, ecclesias, vel decimas, aut
aliquid de iure ecclesiastico donare nō
possunt; quia ea, nec quidquā spiritua-
le possidere possunt. iux. doctrinam
Abb. in c. dudum. n. 1. 5. et 6. de deci-

mis, et iux. ea quę diximus in §. 3. et vnionem ecclesia-
rum, et beneficiorum, ad Episcopum pertinere de iure,
vel ad eius superiorem. iux. Rebuffi doctrinam. in pract.
benefi. tit. de vnio. benefi. n. 1. prout iam diximus in §. 5.

- 1 His autem prerogatiuis vsifuerunt reges Aragonum,
vigore prædicti priuilegij apostolici, Vrba. 2. Namq. pe-
trus rex Aragonum, huius nominis primus; post lōgam
obsidionem, diuino afflāte auxilio, ciuitatē Osce in Re-
gno Aragonum è manibus, et dominio Sarracenorū bel-
lo eripuit: qua capta, post consecrationem ecclesię ca-
thedralis eiusdem; dotauit eandem, signanter de deci-
mis, et primitijs; et vniuit, et incorporauit monasterio
diui Poncij de Tomeras, fratrum ordinis diui Benedi-
cti iam constructo, & ædificato in regno Gallię, in
territorio Narbonensi, ecclesiam quandam antiquam,
numini diui Petri apostoli dicatam, et similiter mona-
sterio dicato nomini sacratissimi Iesu Christi Nazare-
ni, in regno Aragonum; in territorio de Montaragon
vniuit, et incorporauit capellaniam quandam voca-
tam de la Açuda, seu domus regię prædictę ciuitatis
- 2 Osce. videte çuritam in Annal. Aragonum cap. 32. lib.
1. Post obitum vero prædicti regis Petri, huius nominis
primi, absq. filijs defūcti, successit in regno, et dominio
eiusdem, Alfonso Sanchez nuncupatus Imperator, fra-
ter dicti regis Petri, et vtendo prerogatiuis in dicto pri-
uilegio apostolico regibus Aragonum concessis, expug-
nato oppido, vulgarter dicto in Aragonū regno, Exea
de

de los caualleros ; et ad christianorum dominium redacta, in remunerationem laborum, quos sustinuerunt per multi milites, Prouinciæ Aquitanix, regni Gallix, et ad eorum supplicationē : vniuit, et incorporauit omnes ecclesias prædicti oppidi, monasterio de la Selua mayor, fratrum ordinis diui Benedicti, constituto in dicta Prouincia Aquitanix. sic refert çurita in Annal. lib. 1. c. 38. Beuther. in Chron. lib. 2. c. 10. et Carbonell. in Chron. c. del Rey don Alfonso è de les sues gestes, scilicet antè vnionē regni Aragonum cum Comitatu Barcinonæ, ibi sub his verbis, *E perço com de Gascunya, è ultra los ports, auia alli nobles cauallers, qui prouaren molt : demanaren les Iglestes, que alli edificaren per lo monestir de la Selua mayor : lo Emperador axi com aquell qui sens lo Papa ho podia fer, per los dos preinsertats priuilegis apostolicals ; atorgals ho, per lo dit monestir, lo qual es de monjos negres, è vuy lo posseheixen etc.* ex quibus verbis apparet dictam vnionem, & aplicacionem factam fuisse à dicto Alfonso Imperatore, vigore priuilegij apostolici, de quo agimus. Deinde etiam capta, et expugnata villa de Tahuste, in prædicto regno Aragonum, eius ecclesiam vniuit, et incorporauit monasterio diui Ioannis de la Peña, in Regno prædicto constituto. ita referunt Carbonell, et Beuther. in locis vltimo ciuitatis. Deinde etiã, dicto Alfonso Imperatore defuncto; successit in regno Aragonum Ramirus eius frater, et monachus professus ordinis diui Benedicti præeunte dispensatione apostolica, eò tunc obtenta, à proceribus Regni; per Innocentium huius nominis secundum concessa; et duxit vxorem Agnetem, ex qua genuit Petronillam, quæ nupsit Raymundo Berengario Comiti Barcinonæ; cui in dotem adduxit prædictum Aragoniæ Regnum, donatione propter nuptias facta per Regem Ramirum in fauorem eius filix, reseruando apud se, do-

minium sibi competens super ecclesijs parrochialibus. quod aliud esse non poterat, nisi illud quod sibi, uti successori Regis Petri eius fratris pertinebat, vigore concessionum apostolicarum Gregorij, et Urbani Pontificum. de quibus agimus, cuius donationis tenor sequens est.

Yo Don Ramiro, hijo del Rey Don Sancho, Rey de los Aragoneses, doy à ti Don Ramon, Conde de Barcelona, con mi hija, mi Reyno de Aragon enteramente, todo assi como lo reparti el Rey Don Sancho el mayor, aguelo de mi padre: y assi como yo lo reparti con Don Ramirez, Rey de Navarra en Pamplona, exceptiando aquellas tenencias, que el sobredicho Rey Don Sancho el mayor, dio en Navarra, al Rey Don Ramiro mi aguelo. De la parte de Castilla, te doy, desde Hariz a hasta Ferrera: y de Ferrera, hasta Tarazona: y de Tarazona, hasta Tudela, todas las villas y castillos que estan entre ellas. A Tudela, conquisto y ganò mi hermano el Rey Don Alfonso, y la diò al Conde de Alperche, por le hazer honra: empero, ella la diò al Rey Don Garci Ramirez en casamiento con su hija: de esto, haras como mejor pudieres, ò concertate con el: Caragoça con todos sus terminos, pependencias, y derechos. Yo la di en verdad al Emperador de Castilla en su vida tan solamente, y el me presto pleyto homenaje por ella, para que me sea restituída à mi, ò à mi successor despues de mi muerte: todo lo que ania de hazer conmigo, quiero y mando que lo haga conmigo, esto de la parte de Castilla. De la parte de Navarra, te doy de santa Engracia del puerto, la qual mi padre Don Sancho de buena memoria, dio à san Saluador su monasterio, hasta Biozal (ò Brozal) con todo Roncal, que se dize la honra de Ruesta: de Biozal, assi como va el agua del rio Saraxaso, y cabe en el rio de Ida: y de ay à la puente de san Martin, y de la puente de san Martin, assi como corre el rio de Ida: y parte à Navarra, y Aragón: hasta que cabe en el rio Aragon: y de ay, por medio la puente à Vadoluenço, y de Vadoluenço, à Gallipienço, assi como corre el rio de Aragon, y se junta con Arga, y cabe en el gran rio Ebro: y de ay como corre Ebro hasta Tudela (ya dicha) por que de Roncal, y Alafues, y Cadreyta, y Ualtierra, digote, que se las di al Rey de los Navarros, Don Garci Ramirez, solamente en su vida, y bizome homenaje, que despues de su muerte serã restituídas à mi, ò mi successor: todo lo que se obligò de cumplir conmigo, quiero y mando que cumpla contigo. Esto te doy, y otorgo à los hijos de tus hijos, que fueren de mi generacion, y de mi hija, in secula seculorum: Tu te concertas conmigo, en palabra de verdad, y pones tus manos entre las mias, que nunca ageneras, ni agenaar consentiras, este Reyno que yo te doy, de la generacion de los hijos de mi

mi hija, ni despues de la muerte del Rey Don Garci Ramirez, deixes à su hijo, à Roncal, Alafues, Cadreyta, y Ualtierra: y que en toda mi vida me ternas como padre y señor. Empero reuengopara mi el señorío Real, sobre todas las Iglesias de mi Reyno, sobre el monasterio de san Salvador de Leyre, al qual doy graciosamente, aquella meytad de aquel mi olinar de Arasmes (o Arasmas) por el spada que alli tomè, que era de Lope Ioan, y sobre el monasterio de san Ioan de la Peña, y sobre el monasterio de san Victorian, y sobre todas las Iglesias parrochiales: y mas propriamente, sobre san Pedro de Coreza, con sus pertinencias, de Pertusa, de san Vrbin, y de santa Cecilia. Y aunque te dè el Reyno, empero no deixo mi dignidad. Hecha la carta en Iaca, en el mes de Noniembre, era M. CLXXXVI. reynando yo el dicho Dõ Ramiro en Aragon, en Sobarbre, y Ribagorça, y ço mi Imperio, mi yerno Ramon Berenguer, Conde de Barcelona, en todo mi Reyno.

Quod instrumentum reconditum est, in archiuo monasterij de monte Aragon iux. relata per Beuther in chron. lib. 2. cap. 11. & per çuritam, in annal. lib. 1. cap. 53. cuius serie attenda, apparet euidenter, Ramirum dispo fuisse de ecclesijs, sicuti eius prædecessores, vigore præfati priuilegij apostolici: continuando possessionem, in qua reges eius antecessores erant: fruendi gratijs & prærogatiuis cum dicto priuilegio, eis concessis. Qui uoluerit latè scire dispensationem obtentam per proceres Aragonum, ad id ut posset rex Ramirus, non obstantibus professione, & votis cum eadem emissis, necnon etiam ordinibus sacris, quibus initiatus erat; vxorem ducere, prolemq. legitimam dimittere, legat Petrum de Palude, in q. 4. distin. 38. lib. 4. sententia. itaque contracto matrimonio inter dictos Petronillam, & Comitem Raymundum Berengarium, Ramirus rex, dimisso regno ad religionem, seu vitam monasticam reuersus fuit. iux. deducta per Carbonell in loco ultimo citato. & per çuritam in d. c. 53. Et successit eodefuncto in dicto Regno (quod iam in dotem assignatum habuit) Petronilla; & uti Regina habens prærogatiuas prædeces-

forum, continuauit possessionem fruendi priuilegijs apostolicis de quibus agimus, constat ex serie, & dispositione donationis sequentis.

Ego Petronilla Dei gratia Aragonensis Regina, & Barcinona Comitissa, uxor que fui venerabilis Raymundi Berengarij Comitis Barcinonensis, & Principis Aragon. dono, & laudo, & concedo tibi dilecto filio meo, Ildefonso Regi Aragonum, & Comiti Barcinona, qui in testamento eiusdem viri mei uocaris Raymundus, & omni potestitati tua omne Regnum Aragonum integre, ciuitates quocq; & castra, villas, & ecclesias, & monasteria, terras &c. Actū Barcinona 14. Kalen. Iulij, anno Dominica Incarnationis. 1464.

Quòd instrumentum adducit Carbonell, in chronic. cap. De la donatio feta per doña Peronella Regina de Arago, è Comptessa &c. et aduerte circa prædicta quòd Ecclesia i huiusmodi instrumentis, adductis in præseti. §. sumitur pro iure pat. quia prout supra. in §. 4. deduxim⁹ in priuilegio Urbani de quo agimus, ecclesie pro iure pat. sumitur, & ponitur in eo; & ea propter donationē hanc Petronillæ & alia similia instrumenta, facta & firmata per prædecessores eiusdem, continentia in se, uerbum, ecclesiarum, solum intelligere debemus, dispositionem iuris patronatus earum inducere, dictum uerbum. Et Comes Raymundus Berengarius, dicto regno in dotem recepto, & ea propter cognominatus Aragoniæ Princeps; utendo eisdem priuilegijs; cum mediante diuino auxilio, ciuitatem Dertusę expugnaret, & acerrimo bello Sarracenis deuictis eius supremum dominium acquireret. iux. deducta per çuritam. c. 7. lib. 2. Anal. Arago. & Beuther. in Chron. lib. 2. c. 18. §. el Conde. et prout continetur in libro consuetudinum scriptarum præfatæ ciuitatis, in prin. statim post rubricarum eiusdē indicē: modò in anno. 1148. sicut in dict. lib. continetur & refertur per Beuther. & Carbonell. modo in anno. 1149. iux. deducta per çuritam. (quia huiusmodi

varietas nō nocet nostro progressui) vti religiosissimus in augmentum cultus Sanctæ Matris Ecclesię, & fidei Catholicæ, dotauit Ecclesiam Cathedralem Dertuseñ. dicatā numini immaculatę, & semper pię, Virginis Dei genitricis Mariæ, de omnibus decimis, et primitijs totius Episcopatus Dertuseñ. iux. antiquos limites eiusdem cuius instrumenti series sequens est.

Quoniam ad celsitudinem Principum spectare videtur, de temporalibus vniuersis, que diuina clementia, temporaliter illis habenda concessit: ecclesiam Dei dotare, atq; honorificę ditare. Idcirco, ego Raymundus, Comes Barcinonensis, princeps Aragonensis, Dertosa, fterdag, Marchio, quem diuina bonitas exaltare dignata est, concedo domino Deo, & Ecclesia sancta Dei genitricis Maria, qua quondam apud Dertosam celebris sedes Pontificalis fuit, & erit deinceps, diuina aspirante clementia: & tibi venerab. Gausfrido Dertoseñ. Ecclesia, per Dei dispositionem Episcopo, & successoribus tuis omnibus in perpetuum, omnes decimas, & omnes primitias, omnium fructuū, & animalium, quos recipiunt, vel recepiuri sunt, christiani in perpetuum: itā de laborationibus suis, quān redditibus vniuersis, quān de laborationibus Sarracenorum habiuri sunt & c. Ecclesijs vero, que sunt, vel erunt extra ciuitatem, & in vniuerso Episcopatu Dertosa, dono, & cōcedo, omnes decimas, omnium fructuum, & animalium, que Christiani habebunt ex proprijs laborationibus suis, vel ex redditibus laborationum Sarracenorum: ita videlicet, quod sedes Episcopalis habeat quartam partem predictarum decimarum, & ecclesia que erunt extra ciuitatem, habeant tres partes decimarum, & primitiarum &c. Constituo etiam ad honorem Dei, & sancta Maria, vt Episcopalis sedes Dertosa, habeat, & quietē possideat, omnes terminos sui Episcopatus, sicut melius vnguam, aliquis Rex tempore, Sarracenorum: regnum Dertosa possedit, vel possidere debuit, & omnes ecclesias, & capellas, que in Episcopatu Dertosensi sunt, vel erunt &c. Actum est, apud Tarraconam, nonas Augusti, Anno Dominica Incarnationis. 1151. die scilicet quo, consecratus est, primus Episcopus predictus Gausfredus Abbas S. Rufi. 3. anno post liberationem Dertosa a Sarracenis. Sig † gnum Raymundi Comitis, Sig † num Bernardi, Tarraconensis Archiepiscopi ac sancta Romana Ecclesia Legati, qui hanc donationem confirmo.

Cuius dotationis instrumentum, reconditum est in archiuo capituli almæ Sedis Dertuseñ. et in libro perga-

meneo registratum, quod authenticum vidi, et apud me abstractum, et signo scribe dicti capituli munitum habui; et successiue dicti Raymundus Berengarius Comes Barcinonę et Aragonię Princeps, et Patronilla Regina eius vxor, de ecclesijs simul disposuerunt; namque vti religiosissimi, continuò dicti coniuges insudabant, circa augmentum cultus diuini, et ea propter quia commodius expugnare possent ciuitates, et castra, quę erant apud dominium Sarracenorum; studuerunt, quòd fratres milites ordinum sancti Ioannis Hierosolymitanę. ac etiam templariorum, eius auxilium præstaret in conflictis bellicis, et ea propter in regnum Aragonię venerunt, et monasterijs, ac domibus ordinum prædictorũ, in eo ædificatis, et sufficienter perdictos Principes dotatis; fortiter in omnibus bellis dimicarunt, opem ferendo dictis Principi Berengario et Reginię Petronillę, ita refert çurita in Annal. Arago. lib. 2. c. 4. et inter alia donarũt ordini sancti Ioannis Hierosolymitanę. quędam castra, et ecclesias, cuius donationis series sequens est.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego Raymundus Comes Barcinonę. Princeps regni Aragonensis, ac Tortosę, & Illerde Marchiõ; ad honorem Dei, qui honorantes se, honorat, ad salutem animę patris mei, & matris mee: ad exaltandam Christi ecclesiã. &c. Dono, & laudo, firmiterq; concedo, hac indicante scriptura, omnipotenti Deo, & hospitali Hierosolymitano, ac Raymundo meo gistro hospitalis, & cunctis fratribus Hospitalis, iam presentibus, quàm futuris; illas Couas de Remolino, quę sunt inter Pollam, & Pradellam, cum omnibus suis terminis, & pertinentijs, cultis, & inculis, cum pascuis, siluis, garrigijs, petris, fontibus, & aquis, & ecclesiam, cum omni iure suo &c. Dono eis castrum de Ceruera, aut castrum de Culleria, cum Deum mihi, vel successoribus meis dederit. Ita tamen, ut fratres hospitalis habeant potestatem eligendi vnum istorum, quòdcunq; voluerint, & alterum mihi remaneat, & illud castrum quod ipsi elegerint, habeat liberè, cum omnibus suis territorijs, & pertinentijs, cultis, & inculis, cum pascuis, siluis, garrigijs, petris, aquis, piscationibus, salinis, molendinis, vine ductibus, & redditibus, & ecclesijs, cum omni iure suo &c. Facta est, donatio, apud castrum de Scopano, in

no, in mans domini Raymundi magistri Hierosolymitani hospitalis &c. anno Dominica Incarnationis. 1157. Sig † num Guillermi Herden. Episcopi. Sig † num Raymundi Comitis. Sig † num Petronilla Aragonensium regina, & Comitissa Barcinonensium &c.

Quod donationis instrumentum, reconditum est in archiuo castri Montesiæ, et authenticum apud me habeo, de quo fidem facit Beuther. in Chron. lib. 2. c. 18. propè finem, et ex eodem apparet. satis euidenter, Petronillâ Reginam, et Raymundum Principem Aragoniæ eius virum; ambos simul de ecclesijs disposuisse, quia ambo dicti donationis instrumentum subscripserunt, vti donatores, quia de iure scripturam subscribentes videntur virtualiter concedere, et scribere contenta in scriptura subscripta. iux. tex. in l. pluribus. ff. de verb. oblig. et plures alios textus, quos cumulat. Ias. in. l. si ita stipulatus. §. Chryzogonus. ff. de verb. oblig. et ideò ambos donasse, et concessisse contenta in dicta donatione, dicendum est. et iux. prædicta etiam concludendum venit, separatim, et de perse, de ecclesijs dictos Principes disposuisse. Quibus defunctis possessit Aragonum Regnû, et Comitatum Barcinonæ, Alfonsus eorum filius legitimus, et naturalis, huius nominis in eodem regno secundus, et in Comitatu Barcinonæ primus, et decimus tertius Comes in ordine iux. relata per Beuther in Chron. c. 19. lib. 2. & per omnes communiter, qui continuando possessionem antiquam suorum prædecessorum, fruendi prærogatiuis apostolicis desuper relatis, ecclesiã Dertusen. die quo dedicata fuit dotauit de decimis & primitijs, ecclesijs ac capellis eodè die, prout constat instrumento in archiuo capituli dictæ ecclesiæ Cathedralis recondito, & custodito, intitulato, dotalia ecclesiæ, cuius tenor sequens est.

Benedictus Dominus Deus, pater misericordiarum, Deus magnus &c. in presentia omnium istorum, dedicata est, Dertuseñ Ecclesia, a prædicto Tarraconen. Archiepiscopo, in honorem Domine nostre sanctæ Dei genitricis virginis Mariæ anno 1178. dominica Incarnationis, in dictione vndecima. 4. Kalend. Decembris, Ildefonsus verò Rex gloriosus, & Sancia Illustrissima regina, & Principes qui prædictæ dedicationi interfuerunt, largis & amplis muneribus ipsam ecclesiam dotauerunt, confirmarunt siquidem rex Ildefonsus, & regina Sancia, omnia donatiua quæ Raymundus Berengarius comes Barcinonensis, pater suus, contulerat prædictæ Ecclesie &c. Dederunt etiam, & concesserunt prædictæ Ecclesie, & Episcopo, & omnibus successoribus suis, regalem capellam de Alcozer, cum omnibus possessionibus, & suffraganeis ecclesijs, & villis, dedimis & primitijs, quas modo Dertuseñ. Episcopus tenet, munificentia, & largitate regia, quatenus prædictam capellam, cum prædictis pertinentijs habeat, & possideat Ponceus Episcopus presens, & omnes successores sui, quousq; diuina fauente clemencia, Dertuseñ. ecclesia recuperet, & obtineat plenariè in fide, & potestate Christianorum, terminos sui Episcopatus &c. Ego Ildefonsus, Dei gratia Rex Aragonensis, comes Barcinonensis, & Marchio prouincie, & ego Sancia eadem gratia, Regina Aragonensis, & Comitissa Barcinonensis, & Marchionissa prouincie, in salutem animarum nostrarum, & omnium antecessorum, & successorum nostrarum, in presentia Berengarij Dei gratia Tarraconen. Archiepiscopi, & Petri Episcopi Ausonensis, Abbatum, clericorum, Raymundi de Montecateno, & baronum nostrarum, concedimus, damus, & deuota voluntate tradimus: & de nostro dominio, in ius & dominium, sanctæ Mariæ, Episcopi, & successoru eius, & totius conuentus trāsferimus: omnia quæ superius enūciantur, sunt videlicet, decimæ, primitias &c. Deinde etiam, ante prædictam dotationem, dictus Ildefonsus Rex donauit ordini hospitalis diui Ioannis Hierosolymitaneñ. castra d̄ Cullera, & Ceruariæ, sita in regno Valentix, & eò tunc, adhuc sub dominio Sarracenorum: prout constat instrumento donationis recondito, & custodito in archiuo castri Montesiæ, authentico, & fidedigno, quod apud me habui: & est tenoris sequentis.

Quoniam ad maiorem sua dignitatis honorem, quorumq; virorum nobilium, statuta firma decet esse, & stabilia, vt nec vetustate possint aboleri, nec machinantium proteruitate perturbari: consulta deliberatione sancitum est, ea scripto confirmari. Quarè in Christi nomine, ego Ildefonsus Dei gratia,

gratia, Rex Aragonum, comes Barcinonæ, marchio Prouinciæ: ad honorem & exaltationem nominis Christi, pro redemptione animæ meæ, & parentum meorum: do, & concedo, & presenti carta confirmo possidendam, iure hereditario, & in perpetuum habendam: venerabili domui hospitalis Hierosolymitanæ, & fratribus eius, tam presentibus, quàm futuris &c. Item, concedo supradictæ domui duo Castellæ in Hispania. Cernuariâ scilicet, & Cullerianâ: si quando dominus ea dederit, in manibus christianorum, alterû quorum, pater meus Raymundus Berengarius dedit fratribus hospitalis, Ego vero, vtrumq; eis dono, & vt in perpetuum habeant cōcedo: cum omnibus suis terminis, & tene domibus &c. Hanc autem donationem facio, in manu reuerendissimi Guidonis de Mahun, præfati hospitalis citra mare præceptoris, Facta carta Gerunde, mense Aprilis anno ab Incarnatione Domini, millesimo, centesimo, septuagesimo primo. Sig. † num. Ildefonsi regis Aragonensis &c.

Tandem migravit Ildefonsus Rex ab hoc seculo, in anno. 1196. iuxt. relata per çuritam in annal. Arago. c. 46. & 47. lib. 2. & per omnes chronistas. Et successit in dictis Aragonum Regno, & comitatu Barcinonæ, Rex Petrus, filius legitimus, & naturalis, prædicti regis Alfonsi, & Sanciæ Reginæ eius vxoris, natu maior, huius nominis secundus in dicto regno, & primus in comitatu Barcinonæ: qui Romam petijt, causis, & rationibus expressis, à çurita in Annal. lib. 2. cap. 50. & à Beuther, in cap. 20. lib. 2. chroni. & postquam vnctus & corona insignitus fuit, à Summo Pontifice Innocen. 3. tunc cathedram sancti Petri fæliciter gubernante: in augmentum cultus sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cessit in fauorem eiusdem, & Summi Pontificis, iuri sibi competenti, in ecclesijs totius regni Aragonum, & locorum dominij eiusdem, vigore desuper adducti priuilegij Urbani Papæ 2. concessi in fauorem regum, & procerû regni Aragonum: & aliorum priuilegiorum, quæ dictis regibus concessa fuerunt, per Alexan. 2. & Gregorium 7. iuxt. deducta desuper. §. 1. necnon etiam, cessit simili

liter, iuri sibi pertinenti, percipiendi decimas. constat ex verbis chron. Beuther cap. 20. lib. 2. sequentibus.

Hecha la coronacion, quiso el Rey mostrar señal de agradecimiento al Papa, y renunció al patronazgo que tenia en las Iglesias de España, y á los derechos de los diezmos, de las tierras que sus antepassados ganaron de los moros, como se los concedieron tres Pontífices Romanos &c. & annalium curitæ, ibi. Y juntamente con esto, tambien afirma que el Rey cedió al Papa, el derecho que tenia del patronazgo de las Iglesias de su Reyno &c. Et pariter Carbonell lib. 1. chron. cap. del Rey en Pere, cognomenat Catholich, fill del Rey Ildefonso, sub his verbis. E llavors lo predit Rey, à honor y gloria de nostre Señor Deu, è de la sua santa Esglesia de Roma, donà á la Esglesia Romana lo jus patronat que auia en totes les Esglesies de la sua senyoria, com los Reys de de Arago fins en aquest temps auia 124. anys auien usat de aquest privilegi. Idem affirmat frater Gaubertus Fabricio, ordinis diui Bernardi, in chroni. regni Aragonũ. cap. del 17. Rey de Sobarbre, y 8. rey de Aragon, don Pedro el segundo, dicho el Catholico & omnes chronistæ, concordant cum illis. Cui cessione y renuntiationi factæ in fauorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, per supra dictum regem Petrum, contradixerunt omnes proceres regni Aragonum, qui in curia Romana repetti fuerunt; protestando de saluetate iurium eisdem pertinētium, nec non regibus successoribus eiusdem, cum dicta cessione, in præiudicium illorum fieri non posset, quod latè referunt dicti curita, Beuther, Carbonell, & frater Guabertus, in locis vltimò citatis; quibus omnes chronistæ adherent.



§. VIII.

- 1 **V**ERBA, *cedere, renuntiare, & donare, de iure quid significent.*
- 2 *Verba, cedere, & renuntiare confunduntur, & unum pro alio sumitur.*
- 3 *Vocabulorum diuersitas, diuersum non semper significat.*
- 4 *Renuntiatio fieri potest per quemlibet de re sua.*
- 5 *Renuntians iuri sibi, & tertio competenti, si potest ius separari, preiudicat renuntiatio presentis renuntianti, & non tertio absentis.*
- 6 *Nemo dat, quod non habet, nec cedere potest, iuri sibi non pertinenti.*
- 7 *Protestatio quatuorplex sit.*
- 8 *Quid sit protestatio declaratoria voluntatis, & eius effectus.*
- 9 *Vbi, quando, & coram quibus fieri debeat protestatio declaratoria voluntatis.*
- 10 *Præiudicium concessum alicui, & omnibus, eius successoribus, sublata una persona ex eis de medio, ius immediate successoribus queritur ex propria eorum persona, & non per transmissionem de uno ad alium.*
- 11 *Si aliquis renuntiat præiudicio, sibi, & successoribus concessio, & ideo iure dicti præiudicij priuetur, attamen successoribus non præiudicat dicta renuntiatio, cum ex propria persona succedant.*
- 12 *Id quod regibus, & eius successoribus datur non transit cum hereditate, sed pro successoribus in regno conseruatur, & in quolibet eorum est ius.*
- 13 *Successores rescindere possunt, alienationem factam de re prohibita alienari prædecessoribus.*
- 14 *Licet unica sit concessio vniuersalis pluribus facta, plures tamen concessiones factæ intelliguntur.*
- 15 *Filio primogenito, non debetur Regnum, & dignitas, ut filio, & heredi,*

- & heredi, sed ut primogenito, & ea propter hereditate antecessorum, qua propter grauari non potest à prædecessore.
- 16 In his quæ competunt alicui aliunde quàm ab auo, & patre, culpa, & negligentia eorum nihil ei nocet.
- 17 Pater nocere non potest filio, in his quæ per eum non acquiruntur filio.
- 18 Priuilegio Principis pluribus concesso, non priuantur omnes propter vitium & socordiam alterius eorū, quia unicuique competit priuilegium, ex ipsa concessione.
- 19 Priuilegia concessa ob benemerita, & in remunerationem laborum, sunt perpetua.
- 20 Priuilegium remuneratorium cedit in contractum, & est irreuocabile.
- 21 Iura regalia, nec per contractum, nec aliquo modo, à Principe concedi possunt, in præiudicium successorum.
- 22 Bona regalia, alia fiscalia, & alia patrimonialia.
- 23 Ea quæ Princeps habet ex concessionibus Romanorum Pontificum, regalia appellantur.
- 24 Concessio, seu donatio facta per Principem ex qua sequatur diminutio magna dominij, nulla est de iure, etiam si iurata esset.
- 25 Bona patrimonialia Principis, nequeunt alienari per eum uoluntarie, quia obstat ei iuramentum, ne diminuat regium patrimonium.
- 26 Contra donationem, seu concessionem, de bonis patrimonialibus per Principem factam, potest venire idem Princeps, & illam rescindere.
- 27 Donationes ut valeant, requiritur quod cum eis regna enormiter non ledantur, & quod nõ sint contra uniuersum statum regium.
- 28 Reges oportet beneficos, & liberales esse.
- 29 In regnis Aragonum, & Valentia, ac Principatu Cathalonie donatio ardua facta per Regem nõ valet, etiã si probetur per brachia in curijs generalibus, si est de bonis incorporatis coronæ.

- 30 *Renuntiatio, cessio, seu donatio decimarum, & iurispatro. facta per Regem Petrum, in fauorem Romanæ Ecclesiæ, non præiudicauit successoribus eiusdem.*
- 31 *Præiudicia Gregorij. 7. & Urbani. 2. super decimis, & primitijs, & iuribus patronatus, ut indubitati tituli recondita sunt in archiuo Regio Parcimonæ, & in alijs archiuis.*



N dict. cap. 50. lib. 2. Annal. Arago. refert curita, iuxta deducta in fine. §. præcedentis: Regem Petrum huius nominis secundum in dicto Aragonum regno, & primum in Principatu Cathalonix, cessisse

se iuri patronatus ecclesiarum, & decimarum, ac primitiarum sibi competenti, vigore concessionum apostolicarum Urbani. 2. & Gregorij. 7. quæ desuper adductæ fuerunt, in fauorem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ. & Beuther in dict. cap. 20. lib. 2. chronic. proponit, dictum ius renuntiasse in fauorem Ecclesiæ Romanæ. Et Carbonell affirmat in dict. cap. del Rey en Pere. cognomenat Catholic &c. dictum ius donasse præfatæ Romanæ Ecclesiæ. Et quia, tam dicti chronistæ, quàm alij omnes, de huiusmodi negotio describentes, vtuntur confuse his verbis, cedere, renuntiare, & donare: venit ea propter explicandum, vtum in occurrenti casu differant inter se, an verò sint concordantia, & synonima, idem significantia. Qua propter in iure inuenies, verbum cedere, plura significare, quia est equiuocum, & sumitur multis modis iux. latè relata per Paris. Flam. de resignat. benef. lib. 1. quæst. 1. num. 67. præcipuè autem, & principaliter, sumitur de iure, pro eo quod est, discedere à iure, & illud alteri tradere: & ita, cedens vsum fructum, & possessionem, est alteri possessionem, vel vsum fructum tradere. iuxt. text. in l. 1. §. vir vxori, iuncto.

§. per procuratorem. ff. de acqui. possi. cum notat. per Bart. in l. 1. num. 8. C. de actio. & obligat. renuntiare autem idem est quod dimittere, cedere, derelinquere, & donare ius suum. vide eundem Flam. Paris. in dict. quæst. 1. num. 34. lib. 1. iuxt. text. in l. si quis delegauerit. ff. de nouat. & Bal. in l. venditrici. C. de reb. alien. non alien. & Alex. cons. 22. n. 7. vol. 5. Deinde etiam, in iure renuntiatio appellatur donatio, quod docet Card. Paris. cons. 26. n. 58. & cons. 65. n. 57. vol. 3. & Menoch. cõf. 80. nu. 57. & cons. 1. nu. 211. & 214. vol. 1. Vnde cū verba, cedere, renuntiare, & donare, cõfundantur, et vnum pro alio sumantur, iux. adducta, & signanter iux. doctrinam communiter receptam Rebus. super concordant. rub. de reg. ad Prælat. nominat. facien. §. monasterijs. in vers. cessionem, & Mandosij. in tract. signat. grat. tit. regressus, & accessus. col. 2. vers. illa verba, & Alfonsi. Soto. super reg. 43. cancellariæ, Innocent. 8. vers. nam & doctorum, in cap. susceptum, per illum tex. de rescriptis. lib. 6. & omnia prædicta verba Chronistarum, tendant ad narrandum, prædictum Regem Petrum abdicasse à se ius patris. Ecclesiarum, & percipiendi decimas & primitias, & illud Sacrosantæ Romanæ Ecclesiæ tradidisse; concludendum est, dicta verba, cedere, renuntiare, & donare, in occurrenti casu idem significasse, & inter se non differre: maximè, cum vocabulorum diuersitas, diuersum non semper significet in iure, prout docet Cinus Campanus, in l. contractus. n. 105. ff. de reg. iur. Quo tanquam certo, & indubitato præsupposito, eisdem verbis vtendo, tanquam vnum, & idem significantibus: scire oportet, vtrum renuntiare potuerit, dicta iura dominus Rex. Et de iure cautum inuenimus, renuntiationem fieri posse per quemlibet de re sua. iux. tex. in l. si quis in conscribendo. C. de pactis.

5 c. ad apostolicam, de regular. si verò renuntiatio iuris
 continet vtilitatem renuntiantis, & alicuius tertij, si ius
 potest separari, valet in quantum ad præiudiciũ renuntia-
 tis, non autẽ præiudicat tertio, vide tex. in l. i. C. comu-
 re. aliena. & Bart. in d. l. si quis. in conscribendo. num. 3.
 vers. secundo casu. C. de pactis, itaq, iuxt. hanc cõmunẽ
 doctrinam, rex Petrus renuntiare potuit dictum ius in
 fauorem ecclesiæ Romanæ, in quantum ad se pertine-
 6 bat, et eius renuntiatio præiudicare non potuit proce-
 ribus Aragonum, et iuri eis pertinenti, cum et separari
 posset: ius Regi, et proceribus pertinens: maximè cum
 nemo plus iuris, in alium transferre possit, quam ipse
 habet. iuxt. vulgatam. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. et
 tex. in c. nemo de reg. iur. in 6. et in c. nuper. de dona-
 tio. inter vir. et vxor. Et ea propter dominus Rex, ius
 proprium, et non procerum regni renuntiare, seu dona-
 re posset: et casu quo dicta donatio, seu renuntiatio eis
 nocere potuisset: ius eorũ illesum, et saluum remãsit. vi-
 7 gore protestationis, per dictos proceres eò tunc factæ
 prout asserimus in fin. §. præcedentis. Namque de iure
 protestatio quadruplex est, prima declaratoria volun-
 tatis, secunda, prohibitoria ne aliquid fiat, tertia inci-
 tatoria vt aliquid fiat: quarta est certificatoria alicuius
 quod est, vel quod non est. ita docet Bart. in l. non fo-
 8 lum. §. morte eius. n. 12. ff. de oper. no. nuntia. et protes-
 tatio facta per proceres, declaratoria voluntatis eorũ
 fuit, quæ reservauit ius eis, in actu prædicto merè vo-
 luntario. iux. l. nefeñius. ff. de neg. gest. et lat. si quis. §.
 pleriq. ff. de relig. et sumpti. fun. Quòd autem actus
 prædictæ renuntiationis per Regem factæ, deberet esse
 merè voluntarius dictorum procerum, constat ex eo
 quia, ius dictorum procerũ, sine facto eorũ, eis auferri
 non potuit. iux. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. vbi De-
 cius

- 9 cius docet, factū, in d. lege, pro volūtate simplici sumi iux. not. per Bar. in l. pro hærede. n. 6. ff. de acquir. hæred. quæ protestatio voluntatis declaratoria, si neminem grauat, & protestantem exonerat, potest fieri vbiq. & quocunq. tempore, in præsentia testium, & non requiritur alterius præsentia, si protestans non habet certum aduersarium. iux. doctrinam Bart. in d. l. non solum. §. morte. n. 14. & 15. & ita, cum protestatio procerum, facta fuerit ad semetipsos exonerandum, & ad neminem grauandum, licet haberent in aduersarium in illo actu renuntiationis dominum Regem, protestatio legitime facta fuit, ad seruandum illesum, et saluum ius competens proceribus, ex vi dictarum concessionum apostolicarum, casu quo renuntiatio domini Regis eis nocere, et præiudicare posset: quod prout de iure diximus non procedit. Deinde etiam venit disputandum, vtrum renuntiatio prædicta, noceat successoribus domini Regis renuntiantis, ita vt remaneant astricti ad obseruationem eiusdem: et similiter affirmandum est, eis non nocuisse:
- 10 Namq. priuilegium concessum alicui, et successoribus eiusdem omnibus compræhensis; ius non tribuit per viam transmissionis de vna persona, in aliam, sed eueniente casu, quod persona prior tollatur de medio, ius immediatè successoribus quæritur, ex propria vniuscuiusq. persona eorum. prout docent Paul. de Castro. conf. 162. lib. 2. et conf. 164. eod. lib. 2. Decius conf. 468. nu.
- 11 28. Quarè, cum priuilegia apostolica, et signanter priuilegium Urbani de quo agimus, concessum extiterit Regi Aragonū, et eius successoribus in perpetuū, ideo in hoc nostro casu: sublato de medio dicto rege Petro renūtiante, et donante, successerunt in iure dicti priuilegij apostolici, Reges Aragonum, qui post dictum regem Petrum renuntiantem, regnum Aragonum obtinuerunt

runt, et in eodem successerunt, ex propria persona eorum, et ex proprio iure eis quæsito, et si dictus dominus rex Petrus, vigore renuntiationis per eum factæ; fuisset dicto iure priuatus. doctrina est Alex. conf. 26. lib. 3. & Ioan. And. ad specul. tit. de testament. vers. Item Lamberinus. & ea de causa iura patronat. ecclesiarum, & ius percipiendi decimas, & primitias, ex Sūmorū Pontificum autoritate, & concessione, pleno iure transferunt in successores dicti Regis Petri renuntiantis, & donantis, ex quo in vno quoque Rege successore, videbatur facta noua concessio: sic in eodem casu deducit Petrus Belluga in speculo principum rubr. 13. §. tractemus. nu. 40. vers. primo quia. & rationem reddit, quia id quod regibus, & successoribus datur; non transmittitur ad hæreditatem, sed pro successoribus in regno conseruatur, & in quolibet eorum est ius. Deinde etiam statutū est, quòd si res aliqua prohibita sit alienari extra familiam, & omnes de familia in alienatione consenserint, illi qui consentierunt cōtrauenire non possunt, descēdentes verò postea nati, quibus dicta res per fideicommissum debebatur ex proprio iure, & persona, alienationem rescindere possent. Quod docent Fulgos. in l. quoties. C. de fideicom. & idem tenent Decius d. conf. 468. n. 19. & Corset. in d. l. quoties, & iux. notata in l. peto. §. fin. ff. de leg. 2. ergo pariter successores domini regis Petri donantis, & cedentis, si dicta donatio nomine eorum facta fuisset, per dictum regem eorum prædecessorem; potuerunt rescindere donationem, casu quo eis præiudicaret, ex quo eisdem specialiter, et expressè dicta iura renuntiata spectabant, ex proprijs personis, et proprio iure; cum nec opere, nec consilio consenserint, in prædicta renuntiatione, seu donatione. Et aduerte, quòd licet concessio Urbani Pontificis sit vnica, et

- priuilegium vnicum; non est absurdum, quod plures
 concessionem censeantur facta, tot scilicet, quot sunt, &
 erunt successores Petri Aragonum regis, in cuius fauore
 concessum fuit primo loco: namque de iure dispositum
 est, quod ex vnica generica, & vniuersali concessione,
 plures facta intelligantur. arg. tex. in l. cohæredi. §. qui
 discretas. ff. de vulga. vbi id notant Areti. & Ias. in dict.
 §. num. 5. & tex. in l. 1. C. de impub. & alijs subst. vbi
 etiam scribentes. Et ideo est dicendum, prædictum
 regem Petrum, non potuisse grauamen inferre eius
 15
 successoribus in regno, cum renuntiatione, & donatio-
 ne prædictis: præferim, quia in huiusmodi regijs digni-
 tatibus non debetur filio regnum, & dignitas, vt filio,
 & hæredi, sed vt primogenito, & ea propter hæres an-
 tecessorum; qua propter grauari non potest ab eius pa-
 tre; quia emolumentum prouenit eidem, ab anteces-
 soribus, quodam legis beneficio. vt primogenito, ab
 eisdem descendens. docet Molina de primogen.
 Hispanorum lib. 1. cap. 8. num. 21. & sequentibus. & cap.
 9. num. 3. in fin. Peguera, in cap. item ne super laudi-
 mio, quod est, 2. Constit. Cathalonix tit. de iure em-
 phi. versic. sexto, à num. 105. vsque ad finem. quos &
 alios refert Cancer, id docens, in cap. 12. de feudis.
 16
 num. 43. part. 1. variar. resolutionum. Tum etiam in-
 dubitatum est, quod in his quæ competunt aliquibus,
 aliunde quàm ab auo, & patre, culpa & negligentia eo-
 rum, non nocet illis. l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono
 17
 posses. cont. tab. & l. diui fratres. ff. de iure pat. Nec etiã
 nocet pater filio, in his quæ per patrem non acquirun-
 tur, filio prout docent Bart. in l. Gallus. §. quid si is.
 num. 2. & 3. ff. de lib. & posthu. Segura in l. 3. in fin. ff.
 eodem. Ias. in l. hæreditas. num. 8. C. de his quibus
 18
 vt indig. Equissima enim ratio dicat, quod si priuile-
 gium

gium concessum est alicui, & successoribus eius in perpetuum, quod vitiū, ingratitude, aut socordia vnus, nō noceat alijs; sed vnicuiq. competat priuilegium ex propria eius persona, & directè ex ipsa concessione. prout docet etiam Xuarez in questione maioratus, n. 18. cum seqq. constat etiam huiusmodi renuntiationē, & donationem, non potuisse præiudicare successoribus dicti

19 Regis Petri, ex eo quia; priuilegia supra adducta, concessa fuerunt propter benemerita, & in remuneracionem laborum, & ideo sunt perpetua, & durant, existentibus illis quibus concessa fuerunt. iux. l. si pater §. fin. ff. de donatio. tener. Feli. in cap. nouit. num. 12. de

20 iudi. Capi. decis. 121. num. 16. et est ratio. quia donatio, seu priuilegium remuneratorium, cedit in contractum, et tale priuilegium est irreuocabile, et perpetuum, iux. iura de super adducta et prout docent Bal. in l. qui se patris. num. 14. C. vnde liberi. et Alex. conf. 1. vol. 2. Afflictus, decis. 128. num. 10. Ias. in l. non amplius. §. si certum. de legat. 1. num. 13. et 14. quod etiam latè probauimus in præcedenti §. 5. et ideo cum concessiones, seu priuilegia apostolica, de quibus agimus, concessa fuerint successoribus Regis Petri renuntiantis, in remuneracionem laborum eorum, et prædecessorum dicti Regis renuntiantis; perpetua, et irreuocabilia erunt in quantum attinent ad dictos Reges successores. Præterea iura regalia; nec per contractum, nec alio modo à Principe concedi possunt in præiudicium successorum, quia sicuti nō potest iura eorum subuertere, ita nec minuere. sic docent Bal. titul. de pace constan. §. amplius consueuerunt, in feudis, est tex. in l. vxor patru. C. de legat. idē Bal. conf. 4. p. 3. & in præludijs feudorum. §. expedita. Rojas in Epitom. succes. c. 34. n. 32. & 33. plures allegās.

22 Vnde cum ius patronatus omnium ecclesiarum habe-
 re, & decimas, & primitias exigere; essent, & sint iura
 regalia regum Aragonum, à dicto Rege cedi nō poterāt,
 in præiudicium successorū. Et patet huiusmodi conclu-
 sio; quia bona regalia; alia fiscalia, & alia patrimonialia,
 sunt prout docet Oliba in tracta. de iure fisci. c. 5. n. 7. &
 8. dicens, bona fiscalia esse, quæ populus regi præstat, ad
 sustinenda onera Reipublicæ, & refert hæc nemini con-
 cedenda esse per Principem; quia periret paulatim reg-
 num, si ista concederentur, et ad fundandam huiusmo-
 di dispositionem, allegat ibi c. monemus. 12. q. 2. et c.
 intellecto. de iure iuran. patrimonialia autem esse, quæ
 ad vsum Principis sunt destinata, et quæ patrimonio
 Principis incorporantur, seruatissimè seruandis: quam diui-
 sionem adduxit, iux. doctrinam Rebus. in ordin. Galliæ
 tit. vt benef. antequã vaccent non confer. art. 1. glos. fin.
 vers. item aduertendum est. et Luca de Penna. in l. qui-
 cumq. de omni agro deserto. lib. 11. C. et Peregrini in
 tract. de iure fisci. quamobrem. cum ius percipiendi de-
 cimas et primitias, et ius patronatus ecclesiarum. obti-
 nerent reges Aragonum, ad sustinenda onera Reipub.
 nempè ad defensionē eiusdem, et ad opprimendos infi-
 deles inimicos, et ad expugnanda Regna, et Prouincias
 eorum, et augendum cultum diuinum, et obedientiam
 Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ; bona fiscalia regalia
 erunt, et ea propter alienari omninò à regia corona nō
 potuerunt, in præiudicium totius regni, et successorum
 eius qui renuntiauit: maximè cum per tempus centum
 et viginti quatuor annorum, dicta iura vnita extiterint
 patrimonio regum Aragonum, iux. relata per Carbo-
 nell in chron. lib. 1. c. del Rey en Pere cognomenat Ca-
 tholic etc. et euidenter apparet, si computatur à die da-
 tæ priuilegij Urbani, vsq. ad diem renuntiationis factæ

- 23 per Regē. Quæ iura regalia esse, certū est, cum ea, quæ princeps habet ex concessionibus apostolicis, appellentur regalia, vt notant Ioan. Monac. in c. generali. de electione lib. 6. & Bal. in feudis. tit. Episcopum, Abbatem, vel Abbatissam feudum plebis non posse, quos refert Bellu. in specul. princip. rub. 13. §. tractemus. nu. 38. vers. & hoc ius. & quia vnita erant, et incorporata coronæ regis, ab ea alienari nō potuerunt iux. in dubitatam doctrinam Lucæ de Penna in l. contra publicam vtilitatem col. 5. vers. sed pone Rex. de re militari lib. 12. C. & inter
- 24 alia dicta renuntiatio, seu cessio, non valuit, quia per eam sequuta foret magna diminutio dominij Regum Aragonum, quæ nulla dicenda est de, iure ob dictam magnam dominij diminutionem iux. doctrinam Bossij rit. de regalij. num. 32. et sequentibus. idem in titul. de principe, et priuilegijs eius. nu. 382. Montan. de feud. lib. 2. cap. 1. quos refert Oliba, in tractat. de iure fisci. cap. 6. num. 12. Idem tenet Iacob. Calicius, in margarita fisci, dub. 5. casu 30. n. 19. Et in tantum vera est, huius-
- 25 modi doctrina; quod licet dicta donatio, seu renuntiatio, iuramento vallata esset, etiam nulla foret; quia obstaret ei iuramentum, ne diminuatur regiū patrimonium, iux. dispositionem text. expressi in cap. intellecto, de iure iuran. ex quo bona principis, nequeunt alienari, in maximum detrimentum regij patrimonij iux. dict. cap. intellecto, et text. in cap. grandi. de sup. plend. neglig. prælat. lib. 6. et l. prohibere. §. planè. cum
- 26 ibi notatis per Bart. ff. quod vi, aut clam. Et huiusmodi donationes ob eorum nullitatem, possunt per eundem Regem, seu Principem donantem rescindi, et reuocari, et potest etiam, contra eas venire. ita resoluit Bellug. in specul. princip. rub. 9. nu. 5. & licet verum sit, quod Constantini donatio facta in fauorem Summi Pontificis

eis Siluestri, & ecclesiæ Romanæ valuerit, iux. tex. in c.
 Constantinus. 69. distinct. & Confirmata fuerit, per Lu-
 douicum, & valuerit cōfirmatio, iux. tex. in c. ego Ludo-
 uicus. 63. distin. & fuerit tollerata, prout refert ibi Bel-
 27 luga, atuerò hæc donationes vt valeāt, requiritur quòd
 regna cum eis enormiter non lædantur, et quod tales
 donationes, nō sint contra vniuersum statum regnorū,
 quoniam eo casu, successor potest eas reuocare, sic nota-
 tur per Archid. in c. non licet Papæ. 12. q. 2. & latè re-
 soluit Bellug. in specul. princip. rub. 9. à num. 6. vsq. ad
 n. 9. decimas enim percipere, et primitias, ac ecclesias
 distribuere, maximum ius est in vniuersa Aragonum
 corona, imò verius alia iura regalia antecellit: et ideo
 Oliba in d. c. 6. n. 12. ait ideo similes donationes non va-
 lere, quia dicendum est, non fuisse intentionis domini
 Regis dicta bona regalia concedere: pariter etiam ideo
 prædicta cessio, siue donatio, non valuit de iure, quia iu-
 ra cum eis donata vnita erant coronæ regiæ, quia regi-
 bus aliter non competebant, nisi simul cum regia digni-
 tate, et non antè adeptionem eiusdem, nec post eiusdē
 dimissionem, quæ si separata manerent, propter dictam
 donationem factam per dominum Regem Petrum, in
 fauorem Romanæ Ecclesiæ, maximè læsa maneret re-
 gia maiestas, quam rex tacitè, aut expressè diminueret
 non potest de per se, prout resoluit Oliba in d. tract. de
 iure fisci. c. 6. nu. 28. cum ibi notatis, quia in conserua-
 tione iurium similiū, stat decor, et status regius; et que-
 madmodū concedi, et renuntiari nō potuerunt eò tūc,
 ita nec præscribi eadē ratione, nempe quia inducerent
 magnam status regni, et decoris regij diminutionē; iux.
 deducta per Bossium in tracta. de regalijs. n. 32. et seqq.
 & tit. de principe. & priuilegijs eius. nu. 32. & seqq. qui
 in hac materia docet ibi; quod ea quæ non sunt concess-
 sibilis

sibilis, non sunt præscriptibilia; quòd autem huiusmodi
 iura, essent tunc temporis vnita, & incorporata coronæ
 regis, referunt Carbonell in chron. lib. 1. c. del Rey en
 Pere cognomenat Catholic. fill del Rey Ildefons &c. Gu-
 rira. & Beuther, in locis in præsentis. §. citatis, ac etiam
 cū eis omnes chronistæ. Itaque cum decimas & primi-
 tias percipere, et ecclesias parrochiales distribuere, cõ-
 stet bona, et iura regalia esse, et incorporata coronæ re-
 gis, et ideo alienari non posse, iux. suprascripta, et sicut
 docet Ioan. de Socarratis in consuetud. Cathalonix
 consuetud. incipienti, si aliquis baro, sub titul. in qui-
 bus tenentur principi, homines quos habent barones,
 tam ratione alodiorum suorum, quàm etiam alij corū
 28 naturales, num. 9. fol. mihi 420. atuerò hoc intelligen-
 dum est, ita vt Regia Maiestas de iure priuata non ma-
 neat omni liberalitate: quæ nimium summam regum
 celsitudinem decorat, iura enim, et doctores desuper
 allegati, solum alloquuntur, et locum habent, in dona-
 tionibus arduis, et magnis: quæ diminuerent maximè
 vires regni, seu iura coronæ regis, quemadmodum do-
 natio, seu iuriū cessione, de qua agimus. Reges enim oportet
 beneficos, et liberales esse: prout circa regalem libe-
 ralitatem, plura referunt Triaq. de primogen. cap. 37. n.
 42. et 46. Pinel. de bonis mater. in l. 1. par. 3. n. 60. illat.
 4. et Matien. in l. 1. glos. 1. num. 3. et 4. titul. 10. lib. 5. re-
 copilat, et ea propter possunt donare, dūmodo donatio
 nō sit ardua, et præiudicialis nimis; alioquin miserima,
 et quodāmodo seruilis foret regum conditio: si nec in-
 ter viuos donare, nec in morte legare quidquā possent;
 propter causas et rationes desuper adductas, et signan-
 ter propter ius primogenituræ filiorum suorum, quemad-
 29 modum refert Oldradus cons. 94. n. 23. Et licet Oliba in
 tract. de iur. fisc. c. 6. à n. 41. vsq. ad n. 43. dicat iura rega-
 lia

lia donari posse, & alienari in curia generali, de consensu brachiorum, intelligendum est hoc, de illis iuribus, quæ instituta fuerunt per regem, & curiã simul; prout ex deductis ab eodem ibidem colligitur, non autem de bonis patrimonialibus, quæ iure belli, vel aliàs regis coronæ acquisita fuerunt: quia si cum eorum alienatione enormiter patrimonium regiũ læderetur, alienatio, seu donatio non valeret, prout dixi supra n. 27. etiam si in curia, cum consensu brachiorum facta fuissent; vt fuit decissum in Sacro Supremo Aragonum consilio: in causa villæ Corbariæ Regni Valentis, quæ vertebatur inter regium fiscum agentem, ex vna, & Ducẽ Gandiæ tunc dictæ villæ possessorem, ex altera parte. Quod ius ita canonizatum fuisse, in dicto Sacro Supremo regio Aragonum consilio, affirmavit michi dñs meus nobilis Don Iosephus Perez de Bañatos, miles Ordinis Virginis Mariæ Montesiæ, & sancti Geotgij de Alfama, præfati consilij meritissimus Regens, & Visitator generalis Principatus Cathalonis, & Comitatum Rossionis & Ceritanis; & ideo pro lege seruandũ fore. Ex quibus omnibus concludendũ venit, renũtiationẽ, donationẽ, seu cessionẽ, factas per dictum Regem Petrum in fauorẽ sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, et Innocentij Põtificis maximi, nullo modo præiudicasse successoribus eiusdem regis Petri, imò quoad illos, nullas, et inuvalidas fuisse, ac si factæ nõ essent; et ideo dictos Reges successores, gauissos fuisse, omnibus gratijs et prærogatiuis circa decimas, primitias, et iura patronat, illis concessis, cum priuilegijs apostolicis Gregor. 7. et Vrba. 2. quæ vt veri et indubita tituli, adhuc recondita sunt, in archiuo regio Barcinonæ, et transumpta eorum authentica apud me habeo, quibus indigebam, ad fundandam huius nostri responsi materiam, ac etiam recondita videndi in

di in archiuo capituli almæ Sedis Dertusen. Carbonell autem in chron.c.del Rey en Pere cognomenat Catholic, fill del Rey Ildefonso, vti archiuarius dicti archiui Regij Barcinonæ refert, et fidem facit, dicta priuilegia in viridi obseruantia esse, et vt veri, et indubitati tituli ideó in eo recondita esse, sub custodia; sub his verbis, *Los originals dels quals priuilegis, y encara molts transumpt de aquells, nunca son estats restituits a la Iglesia Romana, ans los predits originals estan per vers titols recondits, en lo real archiu, situat en la ciutat de Barcelona. &c.* & eapropter dicti successores in regno, conseruarunt possessionem fruendi prærogatiuis dictarum concessionum, prout patebit successiuè in §. sequenti.

§. VIII.

- 1 **D**E FV NCT O Rege Petro, catholico nuncupato, secundo huius nominis in regno Aragonum, & primo in Cathalonia, successit inuictissimus Rex Iacobus huius nominis primus, dicti Petri filius.
- 2 Donatio decimarum, & Ecclesiarum, ac etiam primitiarum facta per Iacobum Regem. Episcopo, & ecclesie Dertusen.
- 3 Donatio castri Ceruarie, facta per Regem Iacobum, in fauorem magistri ordinis hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitanen. & eius successorum in perpetuum.
- 4 Promissio per Regem Iacobum firmata, dedenda Cathedrali Valentinen. & remunerandi labores sustentos in bello per milites,
- 5 In expugnatione regni Valentie, interfuerunt magistri ordinum hospitalis, & Templariorum, Calatraue, & diui Iacobi de la Spada.
- 6 In regno Valentie primo locofuerunt capta, & expugnata castra.

§. IX.

- castra, & villa de Ares, & Morella, deinde Borriana,
& Peneinsula.
- 7 Castra & villa Ceruarie, & d' Xiuert, expugnantur, à militibus fratrum hospitalis, & Templariorum, nempe Ceruarie ab hospitalarijs, & Xiuert, à Templarijs.
 - 8 Instrumentum cum quo suburbium castri Ceruarie, fuit concessum ad habitandum Sarracenis, & terminus eiusdem ad excolendum; & Christianis fuit concessum castrum ad vitam in eo degendum, & hereditates eis assignate in termino, ad excolendum.
 - 9 Instrumentum cum quo magister, & fratres hospitalis concesserunt, villam de Calig, & eius terminum ad habitandum, & excolendum.
 - 10 Instrumentum cum quo conceditur, terminus generalis Ceruarie ad excolendum, & nouiter in eo edificandum, & in edificijs habitandum, & vitam degendum, per fratres hospitalarios.
 - 11 Instrumentum cum quo fratres hospitalis concesserunt, villam sancti Matthei ad habitandum, & excolendum eius terminum.
 - 12 Instrumentum cum quo villa Roselli conceditur ad degendum, & eius terminus ad excolendum.
 - 13 Instrumentum cum quo, castrum Ceruarie, & eius terminus specialis, conceditur omnino Christianis ad habitandum & excolendum.
 - 14 Fratres hospitalis, in omnibus concessionibus premissis per eos factis, retinuerunt sibi & successoribus eorum, decimas, & primitias.
 - 15 Quid sint, & in quo differant villa, & castrum.



VM autem supradictus Rex Petrus Catholicus, ex legitima eius vxore Maria; procrearet in filium legitimum & naturalem Principem Iacobum, dicto Rege, Petto defuncto, successit in dictis regno Aragonum

gonum, & Principatu Cathalonix, prædictus dominus Rex Iacobus, huius nominis primus; iux. deducta per Bernardinum Miedes Archidiano. Ecclesiæ Valentinæ. in historia Regis Iacobi, Hispano sermone exarata lib. 1. cap. 16. & per Beuther lib. 2. c. 1. chroni. & per curitam, Carbonell, & alios omnes: qui gauisus fuit prærogatiuis, & iuribus regibus Aragonum concessis, cum priuilegijs Apostolicis desuper adductis, Summorum Pontificum Gregorij, & Urbani, prout patebit ex sequentibus. namq. cum inuictissimus esset, & animi in separabilis, & admodum fortunatus in bellicis conflictis, ductus suo regio, & inuincibili animo, antea quàm insulas Baleares expugnasset; villam, & castrum Peneinsulæ, constitutum in regno Valentix obsessit, & expugnandum suscepit: qua obsidione durante, cum instrumēto Dat. in eadem 3. nonas Septembris, anni Incarnationis Domini 1225. confirmauit Episcopo, & Ecclesiæ Dertusen. donationes eisdem, per reges antecessores factas: & de nouò eisdem cōcessit ecclesias, & primitias ac decimas; cuius instrumenti series sequens est.

2 Cum ij qui in acquisitione terra Sarracenorum regibus, & principibus præstant subsidium, & inuamem; regijs sint beneficijs ampliandi. Idcirco, in Christi nomine, notum sit uniuersis: quòd nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Comes Barcinone, & dominus Montispesulani: Auidentes laborem, quem vos venerabilis pater Pontius Dei gratia Episcopus Dertusen. in eadem acquisitione terra Sarracenorum sustinetis, & sustinistis, & expensas, & missiones, quas in obsidione de Paniscola ad Dei, & ad nostri seruitium, multipliciter fecistis: laudamus, concedimus, & in perpetuum cum hac presenti charta perpetuò ualitura: uobis Reuerendo patri Pontio, Dertusen. Episcopo, & successoribus uestris, & ecclesia Dertusen. omnia donauimus, & priuilegia, & concessiones, quæ antecessores nostri, usq; in hodiernum diem cōtulerunt, laudauerunt, & concesserunt uobis, & antecessoribus uestris, & ecclesia Dertusen. ubicunq; locorum: adhuc intuentes paupertatem Dertusen. ecclesie; cum uoluntate, & assensu, uenerabilium patrum nostrorum, Casaragustanen. Ilerden. & Barcinonen. Episcoporum, & aliorum magnatum,

Aragonum, & Cathalonie, scilicet Guillelmi de Montecarneo, & Guillelmi de Cernaria & c. Landamus, & concedimus, & confirmamus, antiquos limites Episcopatus Dertusen. in primis & c. Præterea confirmamus, cum assensu prædictorum nobilium virorum, quod in omnibus ecclesijs vestri Episcopatus Dertusen. Episcopus habeat potestatem introducendi, disponendi, ordinandi quoscunq; clericos voluerit, & nullos, nisi quos voluerit; secundum antiquam, & laudabilem consuetudinem Episcopatum Cathalonie & c. Item concedimus & c. cum lezdis, pedariis, salinarijs, & ripariis, cum ecclesijs, infra in dicta lica constructis, & construendis, cum decimis, & primitiis, & cum omni iure ecclesiastico & c. Dat. in obsidione Peniscola, anno dominice Incarnationis. 1225.

Quam obsidionem dimisit, ob intempestivam occasionem expugnationis castri Peneinsulæ, & cum classe ab eadem discessit. prout testatur curita lib. 2. Annal. Arag. c. 79. & Beuther in chron. lib. 2. c. 4. ex cuius concessionis, donationis, & confirmationis iustrumento (quod reconditum est in archiuo capituli almæ Sedis Dertusen.) constat euidenter, Regem Iacobum, sicuti reges eius prædecessores, de decimis, & primitiis, ac de ecclesijs disposuisse; sicut de bonis proprijs; vigore dictarum apostolicarum concessionum, quod ei permissum non foret, nisi quia renuntiatio, donatio seu cessio, Regis Petri catholici, eius patris, eidem non nocuit, neq; nocere potuit, causis, & rationibus, in §. præcedenti adductis. Deinde etiã, in remunerationem laborum, & sũptuum, quos sustulerunt magister, et fratres hospitalis, in bello contra Sarracenos inito, prædictus dominus Rex Iacobus, donauit eisdem, et eorum successoribus; castrum et villam de Ceruera, cum termino, et pertinentijs eiusdem, & confirmavit donationes de eisdem, dictis fratribus, & magistris factas. quemadmodum constat, instrumeto donationis recondito in archiuo castri Montefixæ, & in charta pergamenea exarato, quod sequitur in hunc modum.

Manifestum

3 Manifestum sit omnibus, quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, & Regni Maioricarum, Comes Barcinona, & Urgelli, & dominus Montispefulani, cum presenti charta perpetuò valitura, per nos, & omnes successores nostros, donamus, concedimus, & confirmamus, & laudamus in perpetuò domino Deo, & vobis fratri Petro Ferrer, in cismarinis partibus, sancte domus hospitalis Hierosolymitani maximo preceptori, & alijs magistris, & fratribus hospitalis Hierosolymitani, presentibus, & futuris, Castrum, & villam de Cernaria; ita quod ab hac die, in antea per puram concessionem, donationem, & confirmationem nostram, prædictum castrum, & villam habeatis, teneatis, possideatis, & expleatis perpetuò, francum & c. cum omnibus, omnino, terminis, & directis, qui ad dictum castrum, & villam pertinent, & pertinere debet: vel unquam in tempore Sarracenorum habuit, & possedit & c. Dat. Barcinona decimo Kalen. Ianuarij anno domini. 1235. Sig. † num Jacobi Dei gratia Regis Aragonum, & c.

4 Præterea verò promissit idē Rex Iacobus, militibus qui in expugnatione regni Valentia eidē auxiliū præstitissent, de rebus in dicto bello acquisitis, in remunerationem sumptuum, et laborum, congruā portionem unicuique assignare, et tradere, prout constat cum instrumento Dat. Illerdæ, quinta Kalen. Nouembris, anno domini 1236. quod est insertum, in libro privilegiorum regni Valentia, et est in dicto libro primum in ordine, ex privilegij præfati domini regis Iacobi primi, ac etiam, primum privilegium dicti libri: & similiter cum eodem promissit dotare ecclesiam cathedralem Valentina. Et successivè adimplendo prædictam promissionem, dotavit ecclesiam præfatam, & inter alia de decimis disposuit, constat cum privilegio 12. dicti Regis Iacobi primi, in libro privilegiorum regni Valentia, quod datum fuit Barcinonæ, 4. nonas Nouēbris, anno Domini 1241.

5 Scias autem, in expugnatione prædicti regni interfuisse, & in conflictis bellicis dimicasse magistros ordinum hospitalis Hierosolymitanensis, Templariorum, Calatraux, & de Vcles, aliàs diui Iacobi de la Spada, simul cum eorum fratribus, & Comendatoribus, & cum pro-

prijs

prijs militum copijs: quemadmodum testantur Beuther
 in chronic. de España. lib. 2. c. 22. et Miedes in historia
 regis Iacobi Hispano sermone exarata, lib. 9. cap. 7. vbi
 referunt specialiter promississe, dicto regno capto, seu
 expugnato. vel parte eiusdem, de acquisitis, competen-
 6 ter dotare prædictos ordines militares. Primo igitur lo-
 co fuerunt expugnata, castrum et oppidum de Ares, in
 regno Valētię, per milites Tirolenses. Deinde verò fuit
 expugnatum castrum villæ Morellæ, eiusdē regni (quod
 inexpugnabile est, ob inmensam eius fortitudinē, nāq.
 menibus, et antemuralibus immensis munitum est, quæ
 non hominum arte, et industriā, sed natura magistra fe-
 rē in totum fabricata videntur) non bello, et armorum
 vi, sed solertia, et calliditate duorum filiorum Zeyti
 Abuzeyti Sarraceni, Valentix Regis, qui cum in ciuita-
 te Valentix liberati fuissent, intercedente Don Blasio
 de Alagon, à mortis periculo: in remunerationem dicti
 beneficij in eos collati, cautè, et insidijs, castrum prædi-
 ctum noctu tradiderunt dicto don Blasio de Alagon: et
 eo capto, et militibus eiusdem intromissis, villa prædic-
 ta vacua, et expedita dimissa fuit à Sarracenis in ea cō-
 morantibus, quæ licet iuxta priuilegium, per dominum
 Regem Iacobum cōcessum præfato nobili Blasio de Ala-
 gon, ex quo capta fuit proprijs militibus et sumptibus
 dicti don Blasij, eidem acquireretur, simul cum castro:
 atuerò, quia præfata villa, et eius castrum, clauēs regni
 erant, magnificę, et fortes, ideò præcibus regijs conuic-
 tus, villam, et castrū prædictū tradidit eidem Regi Iaco-
 bo, et incomensationem, dominus Rex donauit dicto
 Don Blasio, villas de Sastago, et Pina. et castrum de Ma-
 ria in Regno Aragonum. quę referunt çurita in annal.
 lib. 3. cap. 15. Beuther in chronic. lib. 2. c. 23. Miedes in
 dicta historia lib. 9. à cap. 4. vsq. ad cap. 7. et omnes cū
 eis.

eis. Quæ quidem villa Morellæ charissima patria mea,
 antiquissima est, ex quo iam tempore Romanorum mu-
 nicipium erat, intra fines Hispaniæ citerioris, in re-
 gione Illercanorum, quæ primitus Murella nicipata
 fuit, teste dicto Beuther in lib. 1. c. 9. d. chroni. à qua hu-
 culq. orti fuere per plures viri sapientissimi, et in bellis
 strenui, et fortissimi, qui ob eorum merita insigniti fue-
 runt, dignitatibus, et muneribus arduis, et supremis. Cu-
 ius reipublicæ moderatores, sanguine, literis, religio-
 ne, et fortitudine fulserunt: quæ et fidelitatis simulacrû
 est; namque in omnibus tumultibus, et perturbationi-
 bus in dicto regno Valentia suscitatis, eius incolæ, et
 moderatores fidelissimi semper extiterû, à regno cap-
 to hucusq. regiam dignitatem, et placita regia defen-
 dendo, acriter in bellis pugnando, et in subsidium Re-
 gum pecunias libenter iux. facultates ministrando: vi,
 & armis pluries rebellium corda, & vires opprimendo:
 atuerò silentio prætermitto tanta, quæ latere non de-
 bebât, cum extra rem nostram sint. Et ad eam redeûdo
 scias, quòd captis dictis castris & villis, fuit obsessa ab
 exercitu regio villa de Borriana, prædicti regni, quæ post
 longam obsidionem, & varios belli cõflictus, capta fuit
 ab inuictò rege Iacobo primo; ope, & auxilio magistro-
 rû ordinum hospitalis, Tēplariorû, et Calatrauę, prout
 apparet ex deductis à çurita in annal. Arag. lib. 3. c. 16.
 vers. estauan en aquel exercito, et Beuther lib. 2. c. 25.
 et similiter, castrum, et villa Peneinsulæ, subiecerunt
 se dominio domini regis Iacobi. Quibus peractis; magis-
 tri hospitalis, et Templariorum, cum castra, et villas Cer-
 uariæ, et de Xiuert, ad eos spectassent, nempè Ceruariæ,
 ad magistrum hospitalis. iux. donationem Comitis
 Raymundi Berengarij, Regis Alfonsi, et Iacobi primi,
 desuper adductas; & de Xiuert magistro Tēplariorum.

iuxta affirmata per Beuther in lib. 2. chron. c. 29. §. sabidas las nuevas. et per çuritam c. 17. lib. 3. annal. Arag. ad illa expugnanda se contulerunt. cum fratribus et militibus ordinum. Cum autem magister hospitalis peruenisset ad Ceruariæ castrum, et milites eiusdem se accingerēt, ad obsidendum, & expugnandum illud; Sarraceni incolæ eiusdem, libenter absq. belli conflictu. castrum, & villam Ceruariæ tradiderunt dicto magistro, & eius militibus: quod similiter se habuit, cum magistro, & militibus Templi, in obsidione castri de Xiuert. Namq. antè eius expugnationem, Sarraceni subiecerunt se, dominio magistri templi, cui & castrum tradiderunt. Itaque adepti possessione castri, & villæ Ceruariæ, per magistrum & fratres hospitalis, vt veri, & indubitati domini eorundem, tradiderunt ad habitandum prædictam villam, & eius castrum Christianis, & Sarracenis; & ad excolendum eius terminum, cum pactis, & cōditionibus subsequētib; in instrumēto designatis, cuius series, sequitur in hunc modum.

§ *Vniuersa negotia, mandata literis, ac voci testium, ab utroque trahunt immobile firmamentum. Quia propter ad honorem omnipotentis Patris, & Filij, et Spiritus sancti: Norū sūt vniuersis, tam presentibus, quàm futuris, quòd nos frater Hugo de Fulalcherio, Dei gratia, Magister Aragonia, & Cathalonie, & Castellanus Amposte: consilio & voluntate fratrum nostrorum, gratia Dei operante, habuimus propositum & consilium inter nos, vt loquati essemus, cum probis hominibus de Ceruaria: & fuimus ibi, & loquuti fuimus cū Alfachi Abenfariz, cum Amiet & c. & cum omnibus mauris de Ceruaria, de facto scilicet, vt redderent nobis castrum de Ceruaria: placuit denique omnipotenti domino, & Beata Virgini Maria, & omnibus Sanctis, quòd ipsi habuerunt pro consilio, & certo proposito, vt traderent, & mitterent se, sub nostro posse, & dominio, cum castro & cum omnibus pertinentijs prædicti castri, retinentes tamen ibidem, vt ipsi mauri, & heredes eorum & c. Idcirco nos frater Hugo de Fulalcherio amediētus, consilio, & voluntate fratris & c. recipimus vos, & omnes mauros habitatores de Ceruaria, & omnes heredes vestros, in nostra speciali protectione, securoq. ducatu, vos scilicet, & omnia bona vestra mobilia, & immobilia, ac se mouentia, habita, & habenda, tali vide licet*

licet modo: quòd maneat, & sitis in nostra lege, & in nostra curia, & in nostris consuetudinibus, in arruali de Ceruaria & c. Et est manifestum quòd Alcaydus, & Cabaçala, & ceteri mauri habitatores de Ceruaria, dabunt, & teneantur nobis, & successoribus nostris, quintam partem de omnibus fructibus & o. Quod est actum decimo Kalen. Decembris, anno Domini Millesimo, ducentesimo, tricesimo tertio.

Quod instrumentum, reconditum est, in archiuo castri montesæ, & in libro concessionum registratum, ac etiã authenticum vidi, in archiuo villæ Ceruariæ, et apud me fide dignum transumptum habeo; ex cuius narratiua apparet, mauros in suburbio, seu arrualli Ceruariæ remansisse ad morandum & habitandum in eo, non autem in castro, & villa, & ideo, ita gestum fuit: quia castrum Ceruariæ acerrimum, & inexpugnabile erat, et similiter oppidum, seu villa eiusdem: & ideo sub custodia christianorum, in illis vitam degentium fuerunt dimissa, exclusis omninò Sarracenis, quibus in habitaculum, suburbium tantummodò assignatum fuit, inaccessiuè autè cum terminus prædictæ villæ, dilatatus esset, in quo, castra, & oppida, de nouò ædificari commodè poterant, & diruta reædificari: in augmentum patrimonij ordinis hospitalis, magister & fratres ordinis prædicti, concesserunt, & donarunt duas domos rusticas, villaria per eos nuncupata, cum omnibus pertinentijs & terminis earundem: quæ constituta erant, intra terminum Ceruariæ, modo & forma, in instrumentum subsequenti contentis.

9 *Sicut tempus nunquam est stabile, sed fluens defluit, ita quoq; cum ipso tempore temporales defluunt actiones: quapropter, ad honorem Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen. Notum sit uniuersis, tam presentibus, quam futuris; quòd nos frater Hugo de Fulalcherio, Dei gratia, Magister sanctæ domus hospitalis, in regno Aragonum, & Cathalonie, & Castellanie Emposta: habito pleno consilio, voluntate, & deliberatione fratris Guillelmi Hugonis, Mercalli castri Emposta, & fratris & c. per nos, & omnes successores nostros, cum hoc presentis instrumento, perpetuò valiuuro: donamus, & in donatione perpetua laudamus, & concedimus vobis, Petro de Balaguerio, & ves-*

§. IX.

ris, & vobis Bernardo de Podio, fratri quondam Ioannis de Rodio, & vestris in perpetuum, duo loca que sunt infra terminos de Ceruaria, scilicet vilare de Calig, ubi est quadam pica petrea iuxta puteum, cum alijs vilaribus, & puteis, que in circuiu predicti vilaris de Calig sunt, & aliud vilare quod dicitur, vilare den Ali, cum omnibus suis puteis, & cum alijs vilaribus, & puteis, que in circuiu iam dicti vilaris den Ali sunt: sicut per fratrem Raymū- dum, Comendatorem castri Ceruaria, mandato nostro, vobis a terminatum fuit. etc. Quod est actum quarto idus Iulij, anno Domini. 1234.

Postea verò, cum plurimi habitatores concurrerent, ob fertilitatem termini dictarum villarum, eapropter villa, seu oppidum de nouò constructum fuit, vocatum Calig, constitutum intra terminum generalem Ceruariæ, & eò tunc nouiter ædificatum ab eis, quibus per dictum magistrum hospitalis, & eius fratres ad prædictum effectum concessum fuit, cum supra adducto instrumento: cum facultate intromittendi omnes homines, quos voluerint. Deinde etiam, cum terminus prædictus Ceruariæ, ob eius latitudinem, & fertilitatem indigeret incolis, & habitatoribus, ad augendam vtilitatem patrimonij dicti ordinis: & cremus ac inutilis foret; ijdem magister, & fratres concesserunt totum Ceruariæ terminum, ad colendum illum, modo, & forma in instrumento subsequenti contentis.

10 Sapè accidit, quòd de factis hominum quæstio nascatur, nisi lingua honorũ testimonium robur adhibeatur, aut scriptura: Id circo ad honorem Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Notum sit cunctis, tam præsentibus, quàm futuris: quòd nos frater Hugo de Fulcherio, Dei gratia Magister sanctæ domus hospitalis, in regno Aragonum, & Cathalonia, & Castellanus Emposta: assensu, & voluntate, fratris Dominici de Antimana, comendatoris Ceruaria, et fratris Guillelmi &c. per nos, et omnes successores nostros, cum publico instrumento in perpetuum inter viuos valituro; Damus in donatione perpetua, vobis Bernardo Michaeli de Tuiça, & Bernardo de Pagueroles, & Arnaldo de Podio alto, de Falceto, et Arnaldo Cathalano esui Dentusa, & omnibus populatoribus, quos ibi miseritis, & in posterum ibi fuerint, totum terminum integrum de Ceruaria ad populandum, cum omnibus planis, pascuis, lignis, herbis, mō-
tibus

ribus &c. retinemus autem vobis, decimam, & primitiam panis, & vini. etc. Quod est adzum octaua idus Octobris, anno Domini 1235.

Quod instrumentū, & aliud præcedens, recondita sunt in archiuo castri Montesiæ, & authentica vidi, & habui apud me, cuius dispositione attenda constat, magistrum & fratres hospitalis, de decimis, et primitijs disposuisse, retinendo eas apud se; quæ eis spectabant vigore concessionum apostolicarum, quæ desuper adductæ fuerunt, causis, & rationibus inferius deducendis. Similiter etiam, cum inuictissimus Rex Iacobus primus, tempore quo à ciuitate Tirolensi, regni Aragonum, iter arripuit versus castrum Penæinsulæ, accersitus, & vocatus à Sarracenis incolis eiusdem; vt castrum præfatum, sub eius dominio, & potestate assumeret: & in die, siue festo sancti Matthæi Euangelistæ, cōmeasset, per terminum Ceruariæ, & sacrificium missæ neq. audire, neq. videre potuisset, ideo promissit, et vouit; quòd si diuina fauente clementia, regni Valentiaë dominium adipisceretur, eo expugnato, et deuicto, in dicto loco per quem transitum fecit supra dicta die, municipium, seu villam construere facere, sub nomine sancti Matthæi Euangelistæ, prout testatur Beuther in chron. lib. 2. c. 29. et ea de causa, adimplendo vorum; à dicto domino Rege emissum, magister, et fratres hospitalis, vti constitutum intra terminum Ceruariæ, illum ad construendum, habitandum; et colendum, cum instrumento sequenti tradiderunt.

XI *In Christi nomine, sit notum cunctis, quòd nos frater Hugo de Fulalcherio, Dei gratia magister sanctæ domus hospitalis, in regno Aragonia, & Cathalonia, & Castellanus Empolte, assensu, & voluntate fratris Arnaldi de Pallargues, militis, & fratris Bernardi de Vallesforti comendatoris &c. per nos, & omnes successores nostros, cum hoc publico instrumento perpetuò valituro, damus in perpetuum, vobis Guillermo Colom, & Guillermo Fornerio, &*

Petro Clavigero, & vestris, & omnibus alijs populatoribus quos ibi miseris-
 sis, ad populandum, totum illum locū, qui nuncupatur, sanctus *Marthaus*,
 qui est in termino de *Ceruaria*, cum omnibus planis, montaneis etc. retinen-
 tes etiam inde, nobis & nostris successoribus, quod teneamini nobis dare fide-
 ter, decimam, & primitiam, panis, & vini tantum; & decimam de oleo. etc.
 Actum est hoc 14. Kalen. Iulij. 1237.

Quod instrumentum reconditum est, in archiuo ca-
 pituli almæ *Dertuseñ*, cuius copia authentica mihi tra-
 dita fuit, per notarium dicti archiui scribam. Similiter
 etiam, villa quæ nuncupatur *Rosell*, sita intra dictum
 terminum *Ceruaria*, fuit concessa quibusdam per eun-
 dem magistrum hospitalis, ad habitandum in ea, et ad
 colendum eius terminum, cuius concessionis instrumen-
 tum sequens est.

12. In Christi nomine, sit notum cunctis, quod nos frater *Hugo de Fulche-
 rio*, Dei gratia, magister sanctæ domus Hospitalis in regno *Aragonum*, & *Ca-
 thalonie*, & *Castellanus Emposta*, assensu, & voluntate fratris *Arnaldi de
 Pallargues*, militis, & *Bernardi de Valleforti* comendatoris. & c. per nos, &
 successores nostros, cum hoc publico instrumento, perpetuò valiuero, damus in
 perpetuum, vobis *Guillermo de Pellaga*, et *Petro Solerio*, et *Guillermo Gras*,
 et vestris, et omnibus alijs populatoribus, quos ibi miseris, ad populandum,
 totum illum locum, qui nuncupatur *Rosellus*, qui est in termino de *Ceruaria*
 etc. retinemus etiam nobis, et successoribus, quod teneamini nobis dare fide-
 ter decimam, et primitiam panis, et vini tantum, et decimam de oleo, et de
 agnis. etc. actum est hoc 15. Kalen. Iulij anno Domini. 1237. etc.

Quod instrumentum custoditum inuenies, in archi-
 uo castri *Montesixæ*, in libro concessionum, et priuile-
 giorum. Vltimò autem, cum *Sarraceni* habitantes in *ar-
 raualli*, seu suburbio *Ceruaria*, ab eadem omninò rece-
 derent, proprijs domibus, & hæreditatibus, seu ruribus
 dimissis; de nouò *Castellanus Emposta*, & fratres hospi-
 talis, tradiderunt ad excolendum terminū vniuersum
 corporis castri *Ceruaria*, *Christianis* in dictis castro, &
 villa degentibus; quod constat, cum instrumento se-
 quenti.

13 Notum sit cunctis, quod nos frater Petrus de Alcalano, castellanus Em-
 posta humilis. De consilio et voluntate, fratris Petri de Grañana, comenda-
 toris domus Valentie, et fratris Petri de Asuy, etc. per nos, et omnes succes-
 sores nostros, damus, et concedimus in perpetuum, vobis Raymundo de Belloc,
 et Ioanni Perez, Ximeni Perez, Bernardo Ballistario, et Raymundo Dezcoll,
 et Martino Eñego, et omnibus alijs hominibus, qui modo in castro, et villa
 de Ceruaria permanent, vel de tercio permanebunt, et omni progeniei, et pos-
 teritati vestra, et eorum: totum terminum, corporis castri Ceruaria, quod
 iam possidetis, et laboratis, vi ipsum populatis, laboretis, et possideatis, et ex-
 pleteis: ita tamen, quod de omnibus fructibus tam terra, quam arborum, et de
 omni nutrimento, tam bestiarum quam volatilium, detis nobis decimam, et pri-
 mitiã legaliter, etc. Quod est actũ 12. Kalend. Aprilis, anno Dñi. 1249.

Cuius instrumenti narratiua, si perpendatur, simul
 cum narratiua instrumēti, primo loco in præsentis. §. def-
 cripti, constabit, villam, & castrum Ceruaria, concessa
 fuisse Christianis ad habitandum, & morandum in illis
 primo loco; Sarracenis autem, suburbium prædictæ villæ,
 qui cum illud dimitterēt, & aliò se conferrent ad habi-
 tandum, & vitam degendum, dimisso suburbio absq. ha-
 bitatoribus, vineis, & oliuaribus; alijsq. campis quos
 possidebāt in speciali termino Ceruaria, omnia illa cõ-
 cesserunt fratres prædicti Christianis, iam antea in cas-
 tro, & villa prædictis degentibus; prout manet probatũ,
 cum hoc ultimo instrumento in archius castri Monte-
 tesia, & villæ Ceruaria recondito, quod authenticum
 apud me habeo. Et ideò falsè, et temerariè asserunt, nõ-
 nulli detractores, et mordaces, quòd habitatores villæ
 Ceruaria, sunt descendentes à Sarracenis conuersis; cũ
 semper dicta villa, & castrum, sicut ex prædictis cõstat,
 fuerit gubernata per incolas christicolos, & per succes-
 sores eorundem, descendentes ab antiqua christianorũ
 prosapia, & genealogia antè Regni Valentie expugna-
 tionem, & homines in eisdem degētes vitam, tunc tem-
 poris, et successiuè vsq. in hodiernum diem, christiani

deuotissimi fuerint, et expiati ab omni macula, neophi-
 14 torum. Oportet autem, quod aduertas, magistrum et
 fratres hospitalis, in omnibus instrumentis concessio-
 num, retinuisse apud se, decimas & primitias omnes,
 de fructibus, & animalibus per eos designatis, ac si bo-
 15 na patrimonialia eiusdem ordinis essent. Et quia de
 villis, et castris loquuti fuimus, disputare oportet, ver-
 ba hæc: castrum, et villa, quid significant. Villa latinè di-
 citur, domus extra urbem, quæ in agro ædificatur habi-
 tandi causa. ita Virgilius egloga 1.

Et iam summa procul; villarum culmina fumant.

Et Cicero pro Quinto Rosc. com. *Tum erat ager incultus,
 sine tecto, nunc est cultissimus, cum optima villa.* In iure autem
 sumitur, pro rustico ædificio. iux. text. in l. villæ, & ibi
 glos. ff. de fund. instructo. dicitur etiam villa, vnitas
 quarundam domorum, sine muris. docet Abb. cap. ve-
 nerabili. num. 1. de censib. villa etiam locus ruralis est,
 iux. tex. in l. is qui. ff. de verb. signific. villa etiam su-
 mitur, pro ciuitate, est text. in dict. cap. venerabili. de
 censib. & ibi Abb. villa etiam in regno Franciæ, pro ci-
 uitate sumitur. vide Bart. in extrauagan. qui sint rebel-
 les. vers. Lombardiæ. num. 3. vbi docet, villam etiam
 dici, ædificia sine muris, quæ nullam habent iurisdic-
 tionem, sed subsunt alicui ciuitati. Cum autem in ver-
 borum interpretationibus, communis vsus loquendi,
 seu cõmunis intelligentia, præferatur propriæ signifi-
 cationi verbi. iux. dispositionem tex. in l. labeo. ff. de sup-
 pellecti. leg. 1. cum delanionis. §. asinam molendina-
 riam, vers. optimum. ff. de fund. instruct. cap. quam-
 quam. 2. quæst. 7. & doctrinam Decij, consil. 472.
 incipien. testator legauit, num. 12. et in vniuer-

fa Hispania, iuxt. communem receptum loquendi
 vsum, villa dicatur, locus cum territorio, districtu
 iurisdictione, & honore, et villa aliter non dica-
 tur; in hac significatione, et non in alia, sumen-
 dum veniet dictum verbum, villa, omissis alijs sig-
 nificationibus: & licet verba latina, veniant inter-
 pretanda secundum artem literarum, et iuxt. iuris
 intelligentiam, et mentem loqueatis exponenda. iux-
 ta deducta per Cassador. decisio. vnica. num. 3. et 4.
 de cleri. non residen. attenta literarum arte in Hispa-
 nia, & iuris intelligentia, verbum, villa, significat locum
 habentem territorium, districtum, iurisdictionem, ho-
 norem &c. et omnes scribentes tractantes de villis His-
 panie, dictam significationem habere asserunt, et non
 aliam in Hispan. videte, decis. 837. nouissi. Rotæ Romanæ.
 tom. 3. et Iacobum Calicium. in extragrauat. curia c. 6. n.
 40. et. 41. et alios omnes de huiusmodi materia tractan-
 tes, et Nattam cōf. 45. n. 2. tom. 2. docet villam denotare,
 quandam vniuersitatem, et sinè aliqua expressione, con-
 tinere iurisdictionem, et honorem. Castrum verò latinè,
 est locus munitus muris, vide Ciceronem, ad Catonem
 lib. 15. *Vallo, & fossa circumdedit sex castellis, castrisq. maximis
 sepsi.* Deinde castrum dicitur domus alta, munita mu-
 ris, seu vallo, quæ non consuevit de iure communi ha-
 bere iurisdictionem, ita Bart. in extrauag. qui sunt rebel-
 les, vers. Lombardia, n. 4. castrum etiam in se continet
 iurisdictionem, honorem, & districtum; ita docet Natta
 d. cōf. 405. num. 2. tomo. 2. Roch de Curte, de iure
 patro. super verb. ipse, vel is. n. 45. Bart. in l. 1. §. cum
 vrbem. ff. de offic. præfect. Urb. Inno. in cap. ex lite-
 ris. de iure patro. et latè Natta in prædicto consi-
 lio, in prin. Et nota, quod de iure, castrum, et ter-
 ritorium, sunt diuersa; et ideo potest esse castrum absq.

territorio: & non procedit: est castrum, ergo habet territorium docent, Natta consil. 204, num. 14. tom. 1. iuxta doctrinam Innocen. in cap. cum ad sedem, super glos. & pertinentijs, de restit. spol. & Ioan. And. in cap. si ciuitas. de senten. excom. lib. 6. & de iure communi, castrum non habet pertinentias, nisi à lege, consuetudine, vel statuto ei fuerint assignatæ, iuxta doctrinam Innocen. in dict. cap. cum ad sedem n. 2. de restit. spol. quem allegat, Franciscus Marc. decis. 365. nu. 17. p. 1. & decis. 392. n. 2. p. 2. & ideo non est dicendum: est castrum, ergo habet iurisdictionem, territorium, et pertinentias: quia de iure communi, castrum pertinentias, territorium, & iurisdictionem non habet; sed de consuetudine, aut statuto, seu alio simili titulo, In præsentem autem tractatu, & in instrumentis in eodem adductis; nomina, villa, & castrum, aliquando confunduntur, & vnum, pro alio ponitur; verè autem dicendum est, quòd si castrum habet sibi annexam villam, illud denominationem sumere à villa, non autem villam à castro, & hoc iuxta communem nostrum loquendi usum; itaque cum castrum Ceruariæ, annexam sibi haberet villam; sicut constat cum in nostro donationis eiusdem, factò per Regem Iacobum primum, in fauorem ordinis hospitalis, quod descriptum inuenies in præsentem §. sub. n. 3. ibi castrum, & villam de Ceruaria, dicendum venit necessario, castrum villæ Ceruariæ, et non è conuerso, & iurisdictionem, districtum, honorem, et alias pertinentias villæ Ceruariæ, & non castri eiusdem esse: prout apparet à notorio, cum defensionem, et exercitium dictarum pertinentiarum videamus apud incolas villæ Ceruariæ esse, et illos eisdem frui, et vti. Nec obest, quòd tempore quo terminus specialis, quem nunc prædicta villa possidet, fuerit per magistrum, & fratres hospitalis concessum, cum instrumento ultimo loco in præsentem

§. adducto , dictus fuerit terminus corporis castri , ex quo ad distinguendum illum à termino generali villæ Ceruariæ, ita designatus fuit in dicto instrumento, & in narratiua eiusdem: namq. contentum, naturam continentis sequi debet de iure; ita refert Feli. in c. cum venerabilis. n. 17. vers. tu vide de exceptio. & Gigaş conf. 48. n. 8. ergo si terminus generalis villæ Ceruariæ, in quo omnes villæ desuper designatæ, & aliæ constitutæ sunt, continet intra se dictum terminum, specialem corporis castri Ceruariæ; indubitatum erit, quòd et dictus terminus generalis, sit villæ; & non castri Ceruariæ; præter deducta constat cum quadam regia sententia lata Valentia die 16. Februarij anno 1568. in causa iuris firmæ, interpositæ in regio Valentineñ. concilio , per syndicum villæ Ceruariæ, contra iuratos, & vniuersitatem villæ S. Matthæi, super possessione quam habebant incolæ villæ Ceruariæ, & vniuersitas eiusdem, vtendi & ampriuandi cum eorum armentis, & pecoribus boualaria, deuesias & omnes terminos villarum, & locorum, quæ constituta erant, intra terminum villæ Ceruariæ; & signâter, terminum, dictæ villæ sancti Matthæi , cuius instrumenti sententiæ regie verba, nostram intentionem probantia sequuntur in hûc modum. *Vndè, molestè ferre non debet vniuersitas sancti Matthæi, si communem cum alijs legem patiatur, & hoc præset capiti baiulia, in recognitionem, quòd intra terminum oppidi Ceruarie, dictû oppidum sancti Matthæi, cum suo termino constructum est, prout & alia loca mense magistralis &c.* Quod sententiæ instrumentum reconditum vidi, in archiuo domus consilij Ceruarie , & authenticum mihi illud tradiderunt: ex quibus verbis manet, nostra intentio fundata: & licet plura ad propositû deduci poterant, suis casu & loco, deducendum dimitto, & promitto.

- 1 **C**ONTROVERSA inter Episcopum & capitulum Dertuseñ. ex vna, & magistrum, & fratres hospitalis, ex altera, super ecclesijs, decimis, & primitijs, Ceruaria.
- 2 Episcopus fundatam habet intentionem in sua dioecesi quoad potestatem instituendi, & destituendi, in causa proprietatis.
- 3 Raymundus Berengarius comes Barcinonæ, antequam contraxisset matrimonium, cum regina Petronilla, erat supremus princeps, non recognoscens superiorem.
- 4 Decimæ, pertinere possunt laicis, ex concessione feudali, ante concilium Lateranense.
- 5 Præscriptio immemoralis temporis, non reddit laicum capacem decimarum, iuris conferendi, & iuris eligendi ad ecclesiastica beneficia.
- 6 Decimarum possessio legitima dicitur, quando allegatur priuilegium apostolicum, & ad illud probandum, deducitur possessio immemoralis, idem in iure conferendi, & eligendi.
- 7 Comiti Barcinonæ pertinent decimæ, & iura conferendi, & eligendi, ex possessione immemoriali, prouenienti ex priuilegio apostolico.
- 8 Comes Barcinonæ, habet ius presentandi ad aliqua beneficia, & ius conferendi aliqua beneficia, & in alijs omnimodam dispositionem, ex vi possessionis immemoralis, procedenti à priuilegio apostolico.
- 9 Donatio facta per Comitem Raymundum Berengarium Episcopo, & Ecclesie Dertuseñ. valuit, & valet, & si per illum solum, absq. consensu Regine Petronillæ facta foret.
- 10 Id quod apud hostes est donari potest.
- 11 Hospitalarij recipere non possunt ecclesias, & decimas, laicis, sine consensu Episcopi.
- 12 Qui prior est tempore, potior est iure.
- 13 Reges Aragonum potuerunt donare ecclesias, decimas, & primitias hospitalarijs, absque consensu Episcopi.

- 14 Donatio absenti facta, non valet, si non est qui pro absente acceptet, seu nuntius, aut epistola non interueniat.
- 15 Donatio non acceptata, ratificatur superueniente donatarij acceptatione.
- 16 Donatio facta ecclesie, & pijs locis, non valet, nisi sit ab aliquo pro eis acceptata.
- 17 Donatio non acceptata, reuocabilis est ad libitum donantis.
- 18 Confirmatio, seu ratificatio nihil de nouo addit, sed tantum autorizat rei existentem, & sic non existenti non prodest.
- 19 Accessorium sequitur naturam sui principalis.
- 20 Presentia, & taciturnitas donatarij, inducunt tacitam acceptationem, quæ sufficit ad validitatem donationis.
- 21 Ecclesie, decime, & primitie, termini ville Ceruariæ, ad ordinem hospitalis, ex concessione apostolica spectabant.
- 22 Prorogatur iurisdictio Petri Archiepiscopi Tarraconensium, per hospitalarios ex una, & per Episcopum & capitulum Deriensem, ex altera parte.
- 23 Episcopus, non potest esse iudex, in his quæ pertinent ad eius mensam.
- 24 Archiepiscopus, uti metropolitani, iudex cõpetens est Episcoporum metropolis, in causis ciuilibus, & criminalibus, non quia eos possit deponere, sed de criminibus paruis cognoscere.
- 25 Episcopus potest cum capitulo, transigere bona fide, sine Pontificis Romani licentia, si bona adhuc nõ sunt vnita eius mensæ, & similiter hospitalarij absq. licentia magni magistri.
- 26 Laici prorogare possunt iurisditionem cuiusq. iudicis.
- 27 Clerici non possunt prorogare iurisditionem, nisi iudicis ecclesiastici, & cum licentia Episcopi.
- 28 Quam iurisditionem habeat, Archiepiscopus in subditos suffraganeorum.
- 29 Nouem requisita, ad legitimam prorogationem iurisditionis faciendam.
- 30 Consensus prorogantium sufficit quod sit tacitus, & non requiritur expressus.
- 31 Consentire videtur sententie arbitrarij, qui per decennium

stat dispositioni eiusdem.

- 32 *Facta antiqua, pro se habent magnam presumptionem.*
 33 *Non potest quis prorogare, etiam cum licentia superioris, in non habentem iurisdictionem.*
 34 *Prorogare, idem est quod extendere.*
 35 *Solennitas extrinseca, de iure non presumitur in actis, in quibus ad eorum validitatem requiritur interuenire.*
 36 *Mandatum instantis sententiam, solennitas extrinseca est.*
 37 *In factis valde antiquis, solennitas extrinseca presumitur.*
 38 *In actis valde antiquis, presumuntur mandatum, & commissum interuenisse.*
 39 *Procurator habens generale mandatum, potest iurisdictionem nomine principalis prorogare.*
 40 *Per simplicem narratiuam sententie antiquae, presumitur pro mandato, & pro alijs in eadem narratis.*

I



V. M. autem magister, & fratres hospitalis, sub dominio ordinis haberent, villam, & castrum Ceruariæ, & loca, & villas intra limites termini Ceruariæ constitutas, & de decimis, & primitijs disponderent, ac si bona patrimonialia eiusdem ordinis existerent, & de ecclesijs parrochialibus earum disponere vellent. Suscitata fuit lis, & controuersia magna, super dictis decimis, & primitijs, et iure patronatus dictarum parrochialium, inter Episcopum, et capitulum ecclesiæ Dertuseñ. ex vna (quia dicta villa Ceruariæ, cum eius termino, constituta erat, intra districtum diocesis Dertuseñ.) & magistrum, et fratres hospitalis ex altera parte. Ius insurgens, ex eadem controuersia, et ex facto eiusdem, erat in fauorem Episcopi; primo quia Ecclesiæ dictæ villæ, et termini eiusdem, ad Episcopum, et non ad magistrum et fratres hospitalis spectabant; quia Episcopus in tota

sua

sua diocesi, de iure communi confert beneficia; et ec-
 clesias, et habet fundatam intentionem quoad potesta-
 tem instituendi, et destituendi, et signanter, in causa
 proprietatis iux. text. in cap. omnes basilicæ, et cap.
 nullus 16. q. 7. c. ex frequenti. et cap. cum venissent. de
 institutio. cap. de xenodochijs. et cap. cum venerabi-
 lis, de religios. domib: et cum tempore quo, dicta con-
 trouersia fuit suscitata, parrochiales ecclesię præfati ter-
 mini Ceruarię adhuc constructę non essent, prout infe-
 rius patebit, non de causa possessionis, sed proprietatis
 tractabant: et ea propter Episcopus fundatam habebat
 intentionem de iure communi. Præterea etiam, ad defē-
 sionem iurium eorundem, deducebant Episcopus, et ca-
 pitulum; Berengarium Barcinonę Comitem, cum instru-
 mento acto anno incarnationis domini. 1151. quod ad-
 duximus supra §. 7. n. 4. donasse decimas, primitias, et
 3 ecclesias, Episcopo, et ecclesię Dertusen. in perpetuum;
 illas scilicet, quę erant, & esse poterant, intra districtum
 præfati Episcopatus, iux. antiquos limites. Et quia plu-
 ries loquuti fuimus de prædicto Raymundo Berengario
 Barcinonę Comite, scire oportet, eundem et eius præde-
 cessores; computando scilicet, ab Vuisfredo huius nomi-
 nis secundo, cognomento pilloso, et quinto in ordine, à
 primo Comite Barcinonę, fuisse supremos Principes, et
 non recognouisse superiorem, habuisseq. semper om-
 nia iura regalia, et fiscalia, quae competere poterant
 Principi, & Monarchę, non recognoscenti superiorē, et
 quę competunt Regi in suo regno. Quod resoluit Oli-
 ba. in tractat. de iure fisci. cap. 6. num. 3. 4. et 5. Marq.
 in vsat. cum dominus Raymundus, fol. mihi. 12. ex quo
 omnes comites Barcinonę prædecessores prædicti Vui-
 fredi, cognomento Pilloso, vassalli erant, Regum Franco-
 rum, et sub eorum dominio militabant, et recognosce-
 bant.

bant possidere comitatum prædictum, sub eorum feudo. Et ius huiusmodi extinctum fuit, tempore prædicti Comitis Vuifredi Pillofi, à Carolo Caluo Francorù Rege, nepote Caroli magni, propè annum incarnationis domini 900. iux. relata per Olibam et Marq. in locis supra citatis. et quemadmodum constat vltra relata, per Chronistas, & in lib. constitutio. Cathalonix in principio, vbi Genealogia Comitum Barcinonæ describitur cap. 5. Qui Comes Raymundus Berengarius de decimis & primitijs disponere potuit, & illas possidere pariterq. eius prædecessores. Ex quo de iure cautum inuenimus; eas pertinere posse ad laicos, ex concessione feudali ante Concilium Lateranense facta, iuxta tex. in capit. cum apostolica. de his quæ fiunt à Prælat. sinè consen. capit. & super eo Abbas num. 11. & scribentes. vbi Ioan And. et idem Abbas referunt; dictum Concilium Lateranense in feudationes prohibens, celebratum fuisse anno. 1079. itaque licet hodiè titulus legitimus dicatur; & Comites eas possidentes forsan antè concilium prædictum illas habere possent, in aliquibus terris dominiij eorundem; atuerò de hoc titulo non constat, neque constare potest. Nec minus dicendum est, quòd ex vi præscriptionis temporis in memorialis, hominum memoriam excedentis, ad dictos comites decimæ spectabant, & de eisdem ac de bonis patrimonialibus disponere potuissent. Quia præscriptio temporis immemoralis, non reddit laicum capacem decimarum, & primitiarum, & iuris conferendi, & eligendi ad ecclesiastica beneficia: iux. tex. in cap. causam quæ. de præscriptio. & arg. tex. in capit. massana. de electio. quia licet in aliquibus casibus quælibet priuilegio. præscriptione acquiri possunt, & per consequens decimæ, & primitiæ, &

iura instituendi, cum per privilegium apostolicum acquirantur, prout supra dictum est, etiam præscriptione acquiri posse dicendum erat: atuerò fallit conclusio in occurrenti casu; quia de iure laicus incapax est decimarum, & primitiarum, & iuris instituendi; & tempus quantumvis vetustissimum, ei non iuvat ad validitatem dictæ præscriptionis, cum laicus incapax sit, iuxta deducta per Felin. in cap. accedentes num. 6. versic. fallit secundo. de præscriptio. et supra in §. 3. num. 9. & ideò dictæ decimæ, & primitiæ, & iura conferendi, & eligendi pertinent, & semper pertinuerunt comitibus Barcinonæ, ex vi privilegij apostolici: de quo licet aliter non constet, sufficit allegare illud, et immemorabilem possessionem probare, nec requiritur alia privilegij probatio. docet Oliba in tracta. de iure fisci. cap. 13. num. 8. allegans Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de usuris. num. 3. et ea propter Barcino. Comites, habuerunt, & habent decimas, & prouisionem multorum beneficiorum ecclesiasticorum, quæ sunt de patrimonio eorum, tam in Principatu Cathalonix, quàm in Comitatus Rossilionis, & Ceritanix, tam ratione foundationis, seu dotationis ad eos spectantia, quàm etiam, ex successione, & incorporatione comitatum, vicecomitatum, & baroniarum huius Prouinciæ Cathalonix, facta cum patrimonio comitum Barcinonæ; quorum beneficiorum quædam sunt patronata, quorum ius patronatus, seu præsentandi, pertinet ad comitē Barcinonæ, siue sint prælaturæ, & maiores Ecclesiæ, vt metropolitana Archiepiscopus Tarraconen. Cathedrales, Episcopatum Barcinonen. Ilerden. Vrgellen. Dertusen. &c. siue Abbatie, Prioratus, siue minora beneficia, vsque ad simplicia; quæ sunt quam plurima in registris patrimonij Comitum Barci-

Barcinonę. Et quaedam collatiua quę ad collationem
 quandam, et nominationem comitum Barcinonę per-
 tinent, et liberam prouisionem; neque vlla in illis re-
 quiritur Episcopi, aut alterius ordinarij, in cuius dis-
 trictu sunt fundata, institutio; quia nominatio Comitũ,
 habet vim collationis, quod latè docet Oliba. in tracta.
 de iure fisci. cap. 13, à num. 13. vsque ad num. 17. quę
 ex priuilegio apostolico probato per possessionem im-
 memorialem, ad dictos comites pertinere dicit, et ita
 9 tenendum est. Quibus de causis dicendum est, donatio-
 nem factam per Raymundum, Berengarium Comitem
 Barcinonę, et Aragonum Principem, in fauorem Eccle-
 się Dertuseñ. desuper adductam; donando inter alia de
 cimas, et primitias, et ecclesias, valuisse etfi Regina Pe-
 tronilla non consensisset, nec firmasset donationem præ-
 dictam, quia de decimis, et ecclesijs disponere potuit;
 Ex quo ad eum spectabant, ex vi priuilegij apostolici;
 et ciuitas Dertuseñ. ab eodem expugnata, et capta fuit,
 et de decimis ac ð bonis proprijs disponere potuit. iux.
 10 deducta supra in §. 3. n. 14. Et oportet non prætermi-
 ttere iam, quę in huiusmodi donatione comitis Raymũ
 di Berengarij. quàm in alijs ferè omnibus desuper ad-
 ductis videmus; nempè dictos Comitem et Reges, do-
 nare ordinibus tēpli et hospitalis, Episcopo, et ecclesię
 Dertuseñ, castra aliqua adhuc tempore donationum
 existentia sub dominio Sarracenorũ, et decimas eorun-
 dem; quę donationes licet factę fuerint, de rebus exis-
 tentibus apud Sarracenos, valuerunt, et firmę manent;
 quia in iure, id quod apud hostes est, licet donari, & cõ-
 cedi non possit. iux. l. id quod apud hostes. ff. de legat.
 1. atuerò, iure postliminij valuerunt, ex quo antequam
 hostes obtinerent res contentas in dictis donationibus,
 & castra, & villas in eisdem designatas, & donatas, sub
 Regum

Regum Christianorum dominio fuerunt, ita resoluit Bart. in. d. l. id. quod apud hostes. vbi refert, ideo valuisse donationem factam per summum Pontificem Carolo, & suis successoribus de Regno Hierusalem, ex quo iam illud fuit sub dominio ecclesie, antea quod etiam refert Belluga in specul. princip. rub. 13. §. tractemus. n. 30. Deinde etiam, allegabatur pro parte dictorum Episcopi, & capituli Ecclesie Dertusen. quod licet dictus comes Raymundus Berengarius, & Reges Aragonum eius successores, donarent dicto ordini hospitalis castrum Ceruarię, & ecclesias, ac decimas eiusdem,

11 dictam donationem non valuisse, quia hospitalarij recipere non possunt, ecclesias & decimas à laicis, sine consensu Episcopi. iux. tex. in cap. cum & plantare. ext. de priuileg. tum etiam allegabant.; quòd casu quo eis præiudicare possent, donationes factæ de prædictis decimis, & ecclesijs Ceruarię, atuerò nullum ius competere.

12 ex eisdem donationibus hospitalarijs: quia donationes factæ in fauorem Episcopi, & ecclesie erant priores tempore, prout ex Kalendarijs instrumentorum earum desuper apparet, ergo erunt iure potiores. iux. tex. in c. qui prior est tempore, de regul. iuris in 6. & l. in operis. ff. locati. Hospitalarij autem, quia de iure eorum constaret, allegabant. quòd donatio decimarum, et ecclesiarum villę Ceruarię & termini eiusdem, etsi fuisset facta de decimis, et ecclesijs prædictis tamen valebat de iure, quia Reges Aragonum, & comites Barcinonę, dicto ordini, & cuicumq. alteri poterant dare decimas, et ecclesias, sine licentia Episcopi, seu prælati de cuius districtu erant decimae, et ecclesie, cum id permillum fuerit: et sit, laicis illas possidentibus in Regnis Aragonum, et Valentie, et Principatu Cathalonie, sicut supra diximus, in §. 3. n. 14. vigore priuilegij apostolici.

- & licet donationes factæ Episcopo, et ecclesiæ Dertulensē per comitem Raymundum Berengarium, & Reges Aragonum eius successores, de ecclesijs, decimis, & primitijs totius Episcopatus priores fuerint tempore, ipsis donationibus, quæ fuerunt factæ in fauorem magistri, & ordinis hospitalis, quoad decimas, et ecclesias termini villæ Cernuariæ: nullas omninò allegabant hospitalarij esse; illas scilicet, quæ factæ fuerūt per Comitem, et Reges suprascriptos, in fauorē Episcopi, et ecclesiæ Dertulensē, quia acceptatæ non fuerunt, per dictos capitulū, et Episcopum: et donatio facta absenti nō valeat, si pro absente aliquis non acceptet, seu nuntius, aut epistola nō interueniat. docent tex. in l. nec ambigi. C. de donatio. et glos. cōmuniter approbata, in l. illud. C. de sacros. Eccles. et tex. in l. absenti, et ibi. DD. C. d. donatio. et ita, eum ex serie instrumētorum, quæ desuper adducta fuerunt, constet, Episcopum, nec aliquē alterum, pro ecclesia præsentes fuisse, nec acceptasse: dicendum erat, nullius firmitatis, et valoris fuisse dictas donationes: nec constat post donationes factas, per suprascriptos donatarios absentes acceptatas fuisse, quia si de dicta acceptatione postea facta constaret, valerent de iure. latè id resoluit Cancer in cap. 8. n. 19. p. 1. variar. resol. quæ doctrina militat, et si donatio facta fuisset ecclesiæ, et pijs locis: quia non valet, nisi sit ab aliquo acceptata pro eis, docet las. in l. qui Romæ. §. flauius n. 22. de verb. oblig. quem, et alios refert, idem Cancer, in dicto loco. n. 29. vel notarius, nomine absentis, donationem acceptauerit. docent Socin. iun. conf. 118. num. 18. et 14. vol. 2. Couar. in rub. de testa. p. 3. num. 13. Et cum donationes factæ absenti (sicuti fuerunt donationes de quibus agimus) sint reuocabiles ad libitum donantis, antequam acceptentur, siue ratificentur per absentem donatariū.

rum. iuxt. conclusio. adductam per Couarru. in dict. rubr. de testam. par. 3. num. 13. relatam à Cancerio, vbi sup. num. 24. alios allegante, et censeantur reuocatae: si donantes de dictis bonis donatis disposuerint inter viuos. iuxt. doctrinam Oldradi consil. 245. num. 2. versic. secunda ratio certum est, donationes factae per dictos comitem Raymundum Berengarium, et Reges Aragonum reuocatas, et nullius valoris fuisse, in quantum ad ecclesias, decimas, et primitias villae Ceruariae, et termini eiusdem, cum antè acceptationem earum donatae fuissent ordini hospitalis, et dicti Comes, et Reges donantes, de eisdem, licet donatae fuissent per eosdē, episcopo, et ecclesiae Dertusenē. antè acceptationem disposuerint, donando illas ordini hospitalis.

- 18 Quibus donationibus nullum robur, neq. firmitatem tribuunt, ratificationes de eisdem factae per Aragonū Reges, et confirmationes: quia confirmatio, seu ratificatio superueniens, nihil de nouo agit, sed rei iā existenti, autoritatē, et firmitatē cōfert, et sic rei nō existenti nihil tribuit, neq. ei prodest. est expressus tex. in c. inter dilectos. §. fide instr. et ratio textus est, quia si principale nō
 19 valuit, nēpè donatio, nec accessoriū, scilicet donationis cōfirmatio, ex eo quia accessoriū sequitur naturam sui principalis. docent idem Cef. Lāber. de iur. patro. 9. ar. 1.
 10 q. prin. 2. p. 1. lib. n. 3. et Natta. cōf. 193. n. 4. to. 2. Et quāuis donationes factae p̄ predictos comitē Raymundū Berengariū, et Ildefonsū Aragonū Regē. de villa Ceruariae, et de ecclesijs, decimis, et primitijs eiusdē acceptatē nō fuerint p̄ dictos magistrū, et fratres hospitalis, neq. per notariū, neq. aliās; his nō obstantibus eas valere, et tenere allegabant: quia factae fuerunt p̄sente, et tacente, magistro hospitalis, et alijs fratribus, prout ex serie instrumentorum dictarum donationum, supra in §. 7.

n. 4. & 5. constat; signanter ex verbis donationis comitis Berengarij sequentibus. *Facta est hæc donatio. apud castrum de Scopano, in manu domini Raymundi magistri Hierosolymitani hospitalis &c.* Et in iure præsentia, & taciturnitas, in hoc casu, inducunt tacitam acceptationem, quæ sufficit ad validitatem donationis. arg. l. si remunerandi. §. si passus, & l. qui patitur. ff. manda. docent Couar. in rubr. de testa. 3. p. n. 13. vers. verû si donatarius. Mencha. lib. 2. cõtrouers. illust. c. 62. n. 12. & 13. quæ donatio facta in fauorẽ dicti ordinis ad maiorem cautelã, vt firma omninò maneret, fuit facta de volûtate, & cõsensu Regina Petronillæ, vxoris prædicti comitis; de qua volûtate, & consensu apparet: quia instrumentũ donationis, fuit firmatũ, & subscriptum per dictã Reginam; prout superius cõstat, & quia subscribẽs scripturã, videatur virtualiter scribere cõtenta in scriptura subscripta. iux. tex. in l. pluribus. ff. de verb. oblig. & plures alios textus, quos cumulat Ias. in l. si stipulatus. §. Chryfogo. ff. de verb. oblig. & iux. vulgatam regulam, omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. Quæ donatio fuit cõfirmata, & de nouò facta, per Regem Ildefonsum, dictorum comitis Raymundi, & Regina Petronillæ coniugũ, filium, cuius instrumentum fuit, desuper adductum; Et noua donatio valuit, quia prædictus Rex Ildefonsus, donauit Ceruariam, decimas, et ecclesias eiusdem, dicto ordini, cum conditione nempe; si ad dominium fidelium deueniret (quia tunc temporis dominio Sarracenorum subiecta erat) quæ conditio cum aduenisset, valuit donatio. iux. text. in cap. Abbate sanè de senten. & re iudi. in 6. et quia facta fuit in præsentia magistri hospitalis; et ideo confirmatio Regis Iacobi facta de huiusmodi donatione, valuit, quia donatio valebat. Vltimò autem, allegabant magister, et fra-

& fratres hospitalis, decimas, primitias, et ecclesias termini Ceruariæ, ad eos legitimè spectasse. iux. priuilegiū Urbani. 2. concessum proceribus Aragonum, quia illi proprijs militibus, & sumptibus, castrum Ceruariæ, & villam adepti fuerunt, et dominio eorum subiecerunt. prout cōstat ex narratiua historix, expugnationis Regni Valentix, per dominum Regem Iacobum primum, exaratum, quam consutam vidi, simul cum volumine priuilegiorum, ciuitatis, & Regni Valentix, in cap. in-
cipiente, quant oiren, ibi sub his verbis. Quant oiren lo mestre del Temple, è lo del Espital, que nos haviem Peniscola, á pochs dies, vench lo Mestre del Temple á Xiuert, è el Mestre del Espital, a Ceruera, perço com nostre pare, è nostre auí, les los haviem donades, è que fossen de aquells ordens, è sempre dixeren als Sarrahins dels dits lochs, que pus nos haviem Peniscola, quels redefsen los castells demunt dits &c. è tanto st, ells vederen los castells &c. Propter quas, & alias multas causas; allegabant fratres, et Magister hospitalis, ecclesias, decimas, & primitias Ceruariæ, & eius termini, ad eos pertinere. Ideò
 22 ad euitandum sumptus, & expensas, quæ si lis, & controuersia in iudicio ordinario prosequeretur, fieri con-
 tingere posset: in maximam partium iacturam, & in commodum, prorogarunt prædicti Episcopus, & capitulū ex vna, & Magister, & fratres hospitalis ex altera parte, iurisdictionem Petri, tunc Archiepiscopi Tarraconen. & eius iurisdictioni se submiserunt. Videndum igitur est, vtrum huiusmodi prorogatio iurisdictionis, legitimè facta fuerit, et ea de causa Archiepiscopus iudex
 23 competens eorum fuerit. Qua propter præmitto, quòd Episcopus seu prælatus, non potest esse iudex, in his quæ pertinent ad eius mensam, quia tunc agitur de causa propria, cum de proprio commodo agatur. ita docet Abb. in c. cum venissent. n. 9. de iudicijs. et Bal. in

c. literas, in prin. de præsumptio. et Natta cons. 174. n. 7. to. 1. cum itaq. in prædicta controuersia, et lite suscitata tractaretur de decimis, primitiis, & ecclesijs Ceruarix, quæ ad mensam Episcopalem pertinere assererant, et ad commodum Episcopi, et capituli Dertusen. Episcopus prædictus, in eisdem iudex esse non poterat, Archiepiscopus verò, iudex competens est, Episcoporum suæ metropolis in causis civilibus, et criminalibus; non tali modo, quòd possit deponere prædictos Episcopos, sed de minimis eorum criminibus cognoscere, quia depositio ad solum Pontificem reseruata est. iuxt. text. in cap. 2. de translat. Episcopi. docent Abbas, in capit. Pastoralis, num. 2. de officio ordina. & Ioan Andreas in cap. vt litigantes. de officio ordina. in 6. Quòd autem Archiepiscopus iudex ordinarius, & competens sit, Episcoporum suæ metropolis, et ea propter Episcopi Dertusen. cum in metropoli sui Tarraconensis Archiepiscopatus constituta esset, & sit Diocesis eiusdem, docet Abbas in c. pastoralis. n. 2. de offi. ordi. et in cap. antiqua. n. 3. de priuileg. et in c. postulatio. n. 11. de cleri. excomu. et in c. nullus. n. 3. de iure patro. et immediatã iurisdictionem habet in Episcopos suffraganeos, et eorum officiales. iux. tex. in c. pastoralis. de offi. ordi. et docet Ancharra, in Clemēt. Archiepiscopo. n. 5. de priuileg. Deinde etiã Episcopus non obstante iuramento de non alienãdo bona ecclesiæ suæ Romano Pontifice in cõsulto, præstito iux. dispositionem. c. vt super. de reb. eccles. non alienan. potest legitime cù capitulo, sinè Põtificis Romani licentia trãsigere bona fide, si bona super quibus fit transactio. incorporata nõ sunt adhuc eius mensæ Episcopali. docent. Bal. in l. præses. vers. Item secūdũ quosdã C. de transactio. et Natta cõs. 441. n. 12. tom. 2. ergo si transigere potest, multò melius iurisdic-

24

25

iurisdictionem prorogare, ad decidēdā litem super re-
 bus non solum eius mensæ non incorporatis, verum
 per alios detentis, & occupatis; sicuti decimæ, primitiæ,
 & Ecclesiæ Ceruariæ erant; quas possidebant hospitala-
 rij, cum iudices necessariò debebant cum sententia, ius
 suum unicuiq. tribuere. et per consequens Archiepiscopus,
 cuius iurisdictionis prorogata fuit, ius suum Eccle-
 siæ, & Episcopo Dertuseñ. tribuere deberet: qui iux. de
 ducta iudex competens erat, in dicta controuersia, et li-
 te dictorum Episcopi, & capituli Dertuseñ. quia Diœce-
 sis eiusdem erat, et est de subiectis metropoli Tarraco-
 neñ. Deinde etiam, prorogatio facta per magistrum &
 fratres hospitalis legitime facta fuit, ex quo consensus,
 & autoritas superioris, nēpè magistri Emposte interue-
 nit in dicta prorogatione, et subiectione iurisdictionis,
 & non solum prorogare, verum & transigere possit præ-
 latus cum consensu capituli, signanter in occurrenti
 casu, in quo licet decimæ, primitiæ, & Ecclesiæ Cer-
 uariæ, erant apud dictos hospitalarios, eas non paci-
 ficè obtinebant, nec antea obtinuerunt. et de iure pro-
 cedere dictam prorogationem, & iurisdictionis sub-
 iectionem dicendum est. iux. deducta per Nattam, &
 26 Baldum, in locis ultimo citatis. Et quamuis laici possunt
 prorogare iurisdictionem cuiuscumq. iudicis, eisdem
 benevisi iux. late deducta per Abb. in cap. significasti.
 num. 4. 7. & 15. de foro compet. & Felin. ibi. num.
 27 1. atuerò personæ Ecclesiasticæ, non possunt proroga-
 re iurisdictionem alterius iudicis, quam sui proprii, ni-
 si sit iudex prorogatus, persona Ecclesiastica, & proro-
 gatio facta fuerit, cum licentia prælati in cuius diœcesi
 existunt. est rex expressus in. c. 1. de foro cōpet. in. 6. &
 tex. in. c. significasti. de foro competen. docet Abb. in. c.
 28 duo simul. n. g. de offi. ordi. Cum autē Archiepiscopus in
 subditos

subditos sufraganeorum, nullam iurisdictionem habeat regulariter, nisi in casibus expressis in c. pastoralis de offi. ordi. quemadmodum docent, Ancharran. in clemen. Archiepiscopo. n. 5. de priuileg. et Abb. in d. c. pastoralis. n. 8. si canonici et præpositi capituli Dertusen. litem pro suo interesse prosequerentur contra hospitalarios, cum in eo casu in prima instantia, nullam in eos haberet iurisdictionem Archiepiscopus Tarraconeñ. indigebant ad dictam prorogationem faciendam, licentia sui Episcopi, at uero, cum idem Episcopus, prorogauerit cum illis iurisdictionem, dicta prorogatio nõ ideo claudicauit, imo tenuit, et ualuit, cum absq. dicta prorogatione iudex competens foret eorundem Archiepiscopus prædictus, in dicta controuersia, et lite. Cum autem iux. narratiuam sententię latę super dicta lite, constet Episcopum, et capitulum actores fuisse in ea, et ideo hospitalariorũ forum sequi debuisse, cum rei essent; ad euitandos sumptus, hospitalarij se subiecerunt iurisdictioni prædicti Archiepiscopi, eius iurisdictione

29 prorogando. Et ea propter scire oportet quę requiratur ad legitimè prorogandum alicuius iurisdictionem; et inueni de iure, nouem requisita adesse debere, quando persona ecclesiastica, talem prorogationem facit, quae adducunt. Ioan And. in d. c. significasti. de foro compet.

30 et ibidem, ea refert Abb. n. 17. Primum est, quod debet interuenire consensus prorogantium: qui sufficit quod sit tacitus, et nõ est necessè quod sit expressus, sic docet Bar. in l. 1. n. 12. ff. de iudicijs. et Inno. in c. ad petitionẽ. q. accusat. et in c. cū uenissent. de in integrũ restit. et Abb. latè in d. c. significasti. n. 18. de foro compet. qui consensus interuenisse præsumitur, ex quo partes semper starent dispositioni sententię, per dictum Archiepiscopũ latę iux. doctrinam Inno. in c. per tuas. de arbit. n. 2. et

ibi

31 ibi Abb. n.9. vbi docent post sententiam arbitralem la-
tam, si intra decem dierum spatium non contradicunt
partes, per dictam taciturnitatem, consensum earum
presumi. Vnde cum partes steterint dictæ dispositioni
sententiæ semper, consensus tacitus prorogantium præ-
sumitur interuenisse; in sententia Archiepiscopi, quam
32 inferius adducam. Secundum, quod partes non consen-
tiant per errorem. De quo non constat, & ideò non est
presumendus, quia sententia est valdè antiqua, & factū
antiquum, magnam pro se habet presumptionem. tenet
Abb. in c. constitutus. n.6. de relig. domib. & decis.
340. n.2. p.2. in nouissi. Rotæ Romanæ. Tertium, quod
non per metum fuerit facta prorogatio, de quo etiam
nequaquam constare poterit. Quartum, quod iudex cu-
i⁹ iurisdictio prorogatur, sit ecclesiastica persona, quod
in nostro casu ita se habuit, cum Archiepiscopus perso-
na sit ecclesiastica. Quintum, quod sit alius iudex, nem-
pè habens de per se iurisditionem, & diuersus à com-
petenti prorogantium; quod etiam adfuit, in dicta pro-
rogatione, & submissione iurisditionis, ex quo prædic-
tus Archiepiscopus de iure, non erat iudex ordinarius
canonicorum, & præpositorum capituli Dertusen. &
per consequens neq. procuratoris, qui eorum nomine,
iurisditioni eiusdem se subiecit, & eam prorogauit, ex
quo subditi erant sui sufraganei, nempe Episcopi Der-
tusen. iux. doctrinam Abb. & Anchariani supra adduc-
tam, & per tex. in cap. pastoralis. de offic. ordin. nec iu-
dex ordinarius erat, dictorum fratrum hospitalis, cum
33 eius iurisditioni nullatenus subiecti essent. Et ideò ille
cuius iurisdictio prorogatur, debet esse iudex, et iuris-
ditionem habere, & aliter prorogatio non valet, quia
priuatus non potest ei dare iurisditionem quam non
habet. vt l. priuatorum. C. de iurisdictio. omn. iudic.

34 Item quia prorogare, idem est, quod extendere, si verò non haberet alias iurisdictionem, non poterant eam extendere, quod enim non est, extendi non potest. arg. tex. in cap. ad dissoluendum, de despons. impub. & in l. decent. de verb. oblig. docet Abbas. in cap. significasti. n. 5. de foro compet. Sextum, quod sit iudex ordinarius, ille cuius iurisdicção prorogatur; quod militat in Archiepiscopo, cum iudex ordinarius sit subditorum suæ peculiaris diocesis. iux. deducta per Abb. in d. c. pastoralis. num. 8. de officio. ordin. Septimum quod de consensu Episcopi fiat prorogatio, iux. tex. in cap. vni. de foro compet. in. 6. de quo consensu plenè constat cum Episcopus fuerit alter ex prorogantibus. Octauum quod re integra non pæniteat, & constat non pænituisse, quia sententia lata fuit, et postea semper obseruata. Nonum, & vltimum, quod sit talis, quæ talis iudicis prorogationem recipiat. itaq. cum huiusmodi causa sit inter personas ecclesiasticas, fratres enim hospitalis Ecclesiasticæ personæ sunt. iux. deducta per Nauarrum in apologia lib. de reddit. Eccle. quæst. 1. mon. 56. n. 2. et super decimis, Ecclesijs, & primitijs: certum est, quod persona Archiepiscopi prorogationem huius causæ recipiebat. Vndè prædicta prorogatio, valuit de iure, & est altera ex speciebus eiusdem adductis per Abb. in. c. P. & G. n. 12. de offi. & potes. iudicis deleg. et licet Archiepiscopus prædictus, nõ fuisset iudex ordinarius Episcopi Dertuseñ. in dicta causa, et ea propter indigeret ad prorogandum, licentia Papæ, præsumendum veniebat (licet non appareat) quod præcessit; cū i actis valdè antiquis, sicuti est hæc sententiã, præsumatur interuenisse huiusmodi solennitatẽ extrinsecã: prout probabimus infra n. 37. Prætereà autẽ videndum est, vtrũ de mandato Bernardi de Fonollario, procuratore asserto capituli in narrativa sã

35 tentiæ infra inducendę constare debeat, ad validitatem
 eiusdem, qua propter in iure inuenies solennitatem ex-
 trinsicam, nõ præsumi. iux. doctrinam Alciati in tracta.
 de presumpcio reg. 3. præsumpt. 10. n. 3. & Bar. in l. sciend-
 dum. n. 5. de verb. obligat. & aliorum doctorum super ea
 & Feli. in c. sicut. n. 26. d. re iud. & canonistarum. in. c. cū
 36 in iure. de offi. deleg. Et cum mandatum prorogantis
 iurisdictionem & instantis sententiam, & causam, sit so-
 lennitas extrinseca iux. Bartoli doctrinã in d. l. sciendū,
 num. 2. vbi explicat, quę extrinseca solennitas dicatur,
 dicendum erit, quòd non præsumendum erit pro man-
 dato Bernardi de Fonollario, qui nomine procurato-
 ris capituli iurisdictionem prorogauit, & eidem se
 37 subiecit, et fuit respectiuè in dicta sententia absolu-
 tus, et condemnatus. Fallit autem supradicta conclusio,
 in actis valdè antiquis, quia etsi in sententia de recenti
 lata, solennitas extrinseca non præsumatur, in illa quæ
 antiquis tēporibus lata fuit, præsumitur, & signāter pro
 mandato seu procuratorio instrumento. docent Innoc.
 in d. c. cum in iure n. 5. de offi. & pot. iud. deleg. Curt.
 38 conf. 77. cū pluribus ab eodem allegatis. Quia in factis
 valdè antiquis præsumuntur mandatum, & cōpromis-
 sum interuenisse, licet illa nõ appareāt iux. doctri Butr.
 cōf. 24. & Felin. in c. sicut. n. 37. de senten. & re iud. red-
 dentis hanc rationem. Quia vbi reperitur actus, qui præ-
 sumitur, quod sit ritè, & rectè factus, est præsumendū
 quòd præcesserunt solennitates necessaria, & præpara-
 toria fundamenta ipsius actus: & idè cum reperitur
 sententia legitimè facta, per dictam Archiepiscopū, præ-
 sumendum est, præcessisse mandatum prædicti Bernar-
 di de Fonollario, per capitulum Dertusen. Ecclesiæ
 firmatum: cum esset solennitas necessaria, & præ-
 39 paratorium fundamentum. Et licet non haberet
 Q₂ speciale

speciale mandatum ad prorogandum, & subijciendum se iurisdictioni Archiepiscopi, sed mandatum generale, cum libera, et generali administratione, prorogatio per eandem facta, fuit legitima, docent Abb. in c. cum olim. el. i. n. 10. de offi. deleg. et Feli. in c. P. G. vers. procurator ex generali mandato. n. 11. & Cancer in c. 14. n. 26. 40 & 27. variar. resol. 2. p. et pro mandato legitimo, aut generali præsumendum sit, maximè cum per narratiuam sententiæ antiquissimæ (sicut hæc est) præsumendum sit, necessariò, & signanter pro mandato, licet de eo aliter non constet, quod resoluit Cassador, decis. 3. tit. de procurator. per totam.

§. XI.

- S**ENTENTIA lata, per Archiepiscopum Tarraco-
*neñ. super decimis, primitiis, & Ecclesijs, ville Cernuarie
 et eius termini, vigore prorogationis iurisdictionis eiusdem.*
2. Sententia sine processu, regulariter non probat.
 3. Sententia antiquo tempore lata, absq. processu probat.
 4. Tempus antiquum, dicitur spatium centum annorum.
 5. Tempus 45. ann. facit sententiam antiquam, quæ probat absq. processu, & eius narratiua fidem facit.
 6. Sententia diffinitiva est de actis processus, respicientibus litis decisionem.
 7. Ex temporis diuturnitate, omnis solennitas præsumitur in sententia antiqua.
 8. Acta iudicialia, non indigent testibus ad eorum validitatem, quam sumunt. à præsentia iudicis, præter sententiam, quæ illis indiget.
 9. Quæ requirantur, ad solennitatem actuum iudicialium.
 10. Sententia diffinitiva, sex requisita continere debet, ad eius validitatem.

- 11 Acta iudicialia, non requirunt ad eorum validitatem, de iure communi, scribi per notarium, sed sufficit per quemlibet, de mandato iudicis.
- 12 Archiepiscopus potest in terris sue iurisdictionis, notarios creare.
- 13 In antiquis pro potestate notarij præsumitur.
- 14 Pronomen, is, ea, id, est demonstratiuum & precedentium qualitatum repetitiuum.
- 15 Relatiuum in quis, vel qui, precedentia declarat, & repetit cū omnibus suis qualitibus, & restringit illa, ad sequentem dispositionem.
- 16 Ius patronatus, solet à iure, & doctoribus dici, ius representationis.
- 17 Representatio, ad solum patronum pertinet.
- 18 Rector Ecclesie dicitur, qui curam animarum, & ministerium Ecclesie administrat.
- 19 Verba sequentia, precedentia declarant.
- 20 Presentare ad Ecclesias, proprie ad patronū dicitur spectare.
- 21 Presentatio, est fructus, & effectus iuris patronatus.
- 22 Qui donat Ecclesiam, ius patronatus videtur donare.
- 23 Ius patronatus transit accessorie cum vniuersitate donata.
- 24 Villa, & castrum, in se continent ius patronatus.
- 25 Reseruare, idem est quod rem iam adeptam, seruare.
- 26 Reseruatio ius nouum non confert.
- 27 Dictiones, ita, tamen, iunctæ sunt restrictiue, & modificatiue precedentium.
- 28 Verbum, teneatur, præceptum, & necessitatem importat.
- 29 Gemminatio verborum, inducit maiorem, & præcissam deliberationem, & exuberantius eam ostendit.



T quia de sententia prædicti Archiepiscopi Tarraconenſis. lata inter hospitalarios Episcopum, & capitulum Dertusenſis. vigore prorogationis de eius iurisdictione facta in §. præcedenti egimus. illam ad-

ducam, explicando primitus, quòd idem est. subijcere se iurisdictioni alicuius, quòd prorogare iurisdictionem eiusdem. probant tex. in c. significasti de foro competet. & ibi Abb. & in l. r. ff. de iudicijs, & vbi & c. et ideo, qui prorogat iurisdictionē alicuius iudicis, videtur se subijcere iurisdictioni eiusdem: nam prorogatio fieri non potest, nisi subijciendo se prorogans iurisdictioni iudicis cuius iurisdictione prorogatur, & sub hoc verbo, subijcere, prorogata fuit iurisdictione prædicti Archiepiscopi, qui sententiam supra dictam tulit: cuius series et tenor sequens est.

- I** DATEAT vniuersis, quòd cum quæstio verteretur inter venerabilem patrem Poncium Dei gratia Episcopum, & Bernardum de Fonollario præcētorem, & procuratorem ecclesiæ Dertulensē, ex vna parte, & fratrem Vgonem de Fulalcherio magistrum Empostæ, & fratres hospitalis Hierosolymitanē, ex altera: super decimis, primitijs, possessionibus, & alijs iuribus Episcopalibus, & temporalibus, quæ idem Episcopus, & eius capitulum, ad se pertinere dicebant, in prato de Albalato, in ecclesijs de Ceruaria, de Vlldecona, castro & ecclesia de Orpesa, & Borriana, & super omnibus iuribus, pertinentibus ad ipsas ecclesias, quæ omnia dictus Episcopus, et capitulum, ad se pertinere dicebant, ratione iuris cōmunis, quia sunt in sua diocesi, & specialis concessionis, siuē confirmationis domini Papæ. Supra dicto magistro, & fratribus hospitalis asserentibus in cōtrarium, qui proponebant se exemptos à iurisdictione Episcopali, & dictas ecclesias, cum suis iuribus & decimis, & primitijs ad ipsos spectare, ratione multorum priuilegiorum, eisdem à Sede apostolica indulgorū. Et super mille & tercentis bisancijs, quos idem magister, & fratres, dicebant, sibi ab Episcopo, & ecclesia Dertulensē, deberi. & super fructibus omnium prædictorum locorum, hinc, inde petitis. Tandem vt omnis dissentionis occasio inter partes perpetuò sopiretur partes subiecerunt se, iurisdictioni ordinariæ, & potestati nostri Petri, Dei gratia, Tarraconensē. Archiepiscopi, vt quidquid statuere sententialiter inter partes, ratum, & firmum ab ipsis inuiolabiliter haberetur: ad quod complendum possemus partes compellere, per censuram ecclesiasticam: si quæ partium, nostræ duceret sententiæ resistendum. Nos igitur Petrus Dei gratia, Tarraconensē, Archiepiscopus

copus. auditis rationibus vtriusq. partis, visis, et perlectis priuilegijs,
 ab vtraq. parte productis, intellectis tamē confessionibus partium,
 super quibusdam capitulis: sententiando dicimus. Quòd Ecclesiæ
 de Ceruaria, de Vlldecona, & de Orpessa, & terminorum eorum, ha-
 beant omnes primitias suarum parrochiarum, secundum quòd par-
 rochia fuerint limitate per Episcopum Dertuseñ. in quibus Ecclesijs
 reseruamus magistro hospitalis representationem rectorum. Ita ta-
 men, quòd semper teneatur presentare, idoneū clericū secularem;
 & Episcopus illū teneatur admittere: & curam animarū sibi tradere
 teneatur, & clerici habeāt ecclesias, cum primitijs, oblationibus, de-
 functionibus, nuptijs, baptismis, sepulturis, testamentis, & chartis, &
 omnibus alijs pleno iure. Saluis tamen Episcopo, & archidiacono
 Dertuseñ. obediētijs, correctionibus, & procurationibus, tam in ec-
 clesijs supradictis, quam in clericis earundem. Item pronunciamus,
 Quòd magister hospitalis, habeat tres partes decimæ, ecclesiarum
 de Ceruera, & Episcopus habeat tantum, quartam: exceptis decem
 pariliatis terræ, quæ sunt laboratura, ad decē paria bouum, quæ pro-
 prijs manibus, & sumptibus excoluerint hospitalarij, in termino de,
 Ceruaria: de quibus nec decimas, nec primitias, prædicti hospitala-
 rij, soluere teneantur. &c. dicimus etiam quòd magister, & hospi-
 talarij, recipiant semper tres partes decimarum, in ecclesia de vallis
 de Trayguera: ecclesiam vero, cum quarta parte decimarum,
 & cum omnibus primitijs, & alijs iuribus, pertinentibus, ad ipsam
 ecclesiam quo quomodo, adiudicamus Archidiacono Dertuseñ. &
 eius successoribus in perpetuum &c. Ceterum, quia quælibet parro-
 chialis ecclesia, debet habere mansum, & ortum, & domos, & cimi-
 terium, secundum canonicas sanctiones. Pronunciamus, quòd ma-
 gister hospitalis, assignet mansum, & ortum, & domos, & cimiteriū,
 parrochialibus ecclesijs de Ceruera, de Vlldecona, de Orpessa, & ter-
 minorum eorum, prout in canonibus continetur: in omnibus locis,
 vbivisum fuerit Episcopo, quòd Ecclesiæ sint construendæ &c. Lata
 sententia, nonas Augusti, anno Domini 1243. Ego Petrus sanctæ
 Tarraconeñ. Ecclesiæ Archiepiscopus, subscribo, ego Michael de
 Alchoatio Subdiaconus, hoc scripsi, de mandato Domini Archiepis-
 copi supradicti, cum raso, & emendato in decima linea, vbi dicitur
 haberetur. & in 24. linea vbi legitur nihil, & cum literis supra positis,
 in decima quarta linea, vbi dicitur illum, die & anno quo supra. Sig-
 num Bernardi Capellani de Benifamez pro teste. Signum Guil-
 lermi

lermi Mercerij notarij publici pro teste. Signum Petri de Cumbis presbyteri, qui hîc pro teste subscripsit.

Quæ sententia recondita, & custodita est in archiuo capituli, almę Sedis Deriuſen. in diuerſis libris eiufdē descripta, & continuata, ſignanter autem, in quodam libro pergameneo habente cohopertas ligneas, & ab eodem trāſumptam, authenticum mihi traditum fuit, per ſcribam dicti archiui abstractum. Quæ cum reperiatur abſq. processu, de iure probare non videtur: cum sententia non probet, niſi producatum cum processu: iux. doctrinam Caſſadorij decif. 6. n. 3. de procurato. & quamuis Abb. Fel. & alij in c. quoniam contra. de probat. teneant pro ſententia præſumendum fore, & pro processu, maximè ſi lata fuerit partibus præſentibus: atuerò in Rota Romana decifſum fuit, quòd ſtandum non erat ſententiæ, neque fides adhibenda, niſi conſtaret de processu iux. deducta per Moheda. decif. 3 19. loquendo de ſententijs extra curiam latis. Quæ omnia, vires noſtræ ſententiæ non tollunt; namque ſententia antiquo tempore lata, certum eſt quòd probat, etſi de processu non conſtet, iux. ea quæ reſoluunt Caſſador. d. decif. 6. num. 3. de procurat. & Felin. in cap. quoniam contra. verſ. quarta conſuſio. num. 3 1. de probatio. & Bart. in l. admonendi. n. 43. ff. de iureiuran. & Rota Romana decif. 1 302. in 3. p. in nouiſſimis. Cum itaque, ſententia ſupra adducta, non ſolum antiqua, verum & antiquiſſima ſit, cum lata fuerit tercentis, & ſexaginta annis ab hinc, parum plus, nempe in anno. 1243. et tempus antiquum, dicatur de iure, ſpatium centum annorum excedens, iux. doctrinam Nattæ conſ. 378. num. 5. tom. 2. Cephal. conſ. 250. n. 18. vol. 2. Socin. ſen. conſ. 88. lib. 1. & Grauet. de antiquitat. tempo. in princ. nu. 4. hæc

5 sententia non solum antiqua, verum et antiquissima dicenda est; maximè cum antiqua sententia dicatur de iure, quando excedit tempus. §4. an. computando à die quo lata fuerit. iux. supra dictam decis. 1302. Rotæ. in nouissimis. 3. p. et ideo absq. processu probabit, et fidem

6 faciet. Quibus præmissis, videndum est; quæ requiratur ad solennitatem actus sententiæ: et ea propter sciendū est, sententiam diffinitiuam, esse de actis processus. iux. relata per Abb. in c. quoniam contra. nu. 5. de probat. et Bart. in l. in fraudem. n. 6. ff. de iure fisci: quæ iuxt. ea quæ deducit Maranta, in speculo aureo, in 6. p. tit. actorum editio &c. n. 14. inter tres actorum species posita est, et dicitur de actis respicientibus litis decisionem. ita Bart. in l. is apud quem. n. 12. in fi. C. de ædendo. quæ acta non solum inter easdem personas, verū inter alias probant, iux. deducta, per Bart. ibi, non solum quando omnes solennitates in sententia apparent, verum etiam

7 si aliquæ deficiant: ex eo quia, ex temporis diuturnitate, omnis solennitas præsumitur in sententia. iux. doctrinam Vancij. in tracta. de nullit. proces. tit. qualiter sententiæ process. qui dicuntur nulli defendi etc. n. 28. et Alexan. in l. sciendum vers. Item fallit secundum Angel. de verb. oblig. vbi communem dicit. Quæ acta processus ad eorum legalitatem, et fidem faciendam, non indigent testibus de iure communi, refert Iodochus Damhouder. in praxi ciuili. cap. 149. num. 10. quia dicta acta iudicialia, suam autoritatem, et robur sumunt, à præsentia iudicis, et ideo coram eo fieri debent, ad id vt valeant absq. testibus. docet Bart. in l. emancipatione. C. de fide instrum. et idem Maranta dicit. tit. actorum æditio etc. num. 30. et Felin. in d. c. quoniam contra. nu. 12. de probat. allegans Bal. in l. in donationibus. C. de donatio. tenentem quod cōsuetudo totius mun-

- di obseruat, quod in actis iudicialijs, non requirantur testes, nisi in sententijs diffinitiujs. Vnde cum hæc sententia de qua agimus, sit testibus munita, certum est, quod ea propter non claudicat, imo potius in quantum
- 9 ad dictam solēnitatem robor, & firmitatem habet: quia autem huiusmodi sententia diffinitiuā est, etiam ad eius validitatem, sex requisita habere debet: præmittendo quod est de actis processus, et quod acta facta in iudicio contradictorio, fieri debent altera parte instante, parte aduersa præsentē, aut citata, & absente per cōtumaciam, et coram iudice, vel iudice mandante, & quod scribantur per notarium deputatum. iux. deducta per Marantam, in dict. speculo. p. 6. tit. de actō. additione &c. à num. 16. vsque ad num. 21. Primum, nomen iudicis, & eius qualitatem, puta an sit, delegatus, vel ordinarius. Secundum, nomina litigatorum. Tertium, tenorem petitionis in iudicio portectæ. Quartum substantiam processus. Quintum, quod fiat mentio in sententia, partes fuisse præsentē, vel alteram præsentem, et alteram citatam, et contumacem absentem. Sextum, quod contineat condemnationem, vel absolutionem, vel aliquid æquiualens. quæ adducit Guil. in specul. de sentent. prolatione. §. qualiter autem. iux. fin. Vnde cum hæc sententia facta fuerit in contradictorio iudicio, & scripta coram iudice, & eo mandante: prout constat ex verbis dictæ sententiæ sequentibus. *Ego Michael de Alcobatio Subdiaconus, hoc scripsi, mandato domini Archiepiscopi supradicti &c.* Et contineat nomen Archiepiscopi iudicis, & qualitatem eiusdem, & nomina litigatorum, nempe, Episcopi, & procuratoris capituli Dertusen. ex vna, & magistri & fratrum hospitalis ex altera, & contineat tenorem petitionum, et substantiam

rantiam processus; & condemnationes, & absolutiones respectiuè: necnon etiam lata fuerit partibus præsentibus, cum eas præsentibus fuisse, præsumendum sit. iuxt. notata per Innocen. in cap. cum in iure. num. 5. versic. alij dicunt. de officio, & potest. iudicis deleg. vbi docet quòd quandò in sententia non diceretur, dominum, vel procuratorem præsentibus, siue absentes fuisse, dummodo illa non appareat prima facie vitiata, postquam transiit in rem iudicatam; semper pro ea standum esse; & ideo cum hæc sententia non appareat vitiata, & partes præsentibus, vel absentes fuisse non constet, & transacta fuerit in rem iudicatam; & obseruata; pro ea standum est, maximè cum ob eius antiquitatem, valida, & firma sit. iuxt. iura desuper adducta.

II Et licet Maranta referat in dict. specul. tit. actorum æditio. &c. num. 21. & 22. part. 6. quòd acta iudicialia, debent scribi per notarium à Rege creatum; atuerò illud non procedit de iure communi, sicut idem in dicto loco dicit, sed iuxt. constitutionem Regni in quo ipse habitabat. De iure enim communi quilibet potest scribere acta iudicialia, & sufficit ad eorum validitatem, quòd scribantur per quemcunq. de mandato iudicis. iuxt. dispositionem rex. in cap. quoniam contra. de probatio. & doctrinam Bald. in l. emancipationes. vers. quæritur etiã de forensi. C. de fide instru. nisi derogetur dicta dispositio per statutum, et legem peculiarem Regni, aut per diuinam, et obseruatam consuetudinem. Vnde licet dictus Michael ð Alcohatio Subdiaconus, qui dictam sententiam scripsit; non fuisset notarius, et constet per narratiuam dictæ sententiæ (cui stare debemus, iuxt. desuper deducta) illam scripsisse mandato iudicis pronuntiantis; cum non constet tunc temporis, constitutionem aliter disponentem inter iudices ecclesia-

ficos interfuisse: tantam firmitatem habere dicen-
 dum est, ac si per notarium creatum, sententia prædi-
 cta recepta, & scripta fuisset: iuxt. dispositionem iuris
 communis; & præcipue, quia fuit facta, seu continuata,
 per dictum Michaellem scribam, seruata in totum for-
 ma statuta, per tex. in cap. quoniam contra. de probatio.
 nempè, scripta ab vno, & firmata ab altero præter scri-
 bentem, electi ambo per iudicem. Et casu quo, ideo fi-
 des dictæ sententiæ, & actus eiusdem vacillare posset,
 præsumendum est, dictum Archiepiscopum personam
 idoneam elexisse, ad continuandum, & describendum
 actum prædictæ sententiæ: & quod si talis non foret præ-
 dictus Michael, quod eidem non mandaret, prædictum ac-
 tum describere: maximè cum Archiepiscopus de iure
 possit in terris suæ iurisdictionis notarios, creare. iux. re-
 lata per Hostien. in summa. §. quibus instrumentis, tit. d.
 fide instru. & §. clericis enim. vers. quid igitur fiet in ec-
 clesiasticis. tit. n. clericis vel monachi &c. et Francisc.
 mar. decis. 488. n. 2. & 3. p. 1. imò, & notariū esse dictū Mi-
 chaelem asserendum est, cū in clausura actus, prædictæ
 sententiæ, prout apparet, obseruauerit stillum notarij
 creati; de verbis rasis, & correctis, seu emendatis dicti
 actus, fidē faciēdo. Nec obstat quod de potestate & crea-
 tione notarij in similibus sententijs antiquis non consti-
 tet, & per cōsequens dicti Michaelis: namq. in antiquis,
 licet non appareat, pro ea præsumitur. iuxt. ea quæ do-
 cēt Francisc. mar. d. decis. 488. n. 14. p. 1. et Bal. in authen.
 quas actio. C. de sacros. Eccles. & ita vt scripta p. personā
 legitimā, et iuridicā potestatem habentem, est recōdita,
 et custodita sentētia, inter authenticas scripturas, & no-
 tatorū signis munita, et ī archiuo supradicto custodita:
 et attenda dispositione eiusdē constat apertè, ius patro-
 ecclesiarum parrochialium villæ Cernuaræ, et locorum
 terminū

termini eiusdem; adiudicatum fuisse magistro hospitalis: & primitias dictis parrochialibus; iuxta verba sententię quę sunt hæc, *Sententiando dicimus, quod Ecclesie de Cernuaria de Vlldecona, & de Orpesa, & terminum eorum; habebant omnes primitias suarum parrochiarum, secundum quod parrochia fuerunt limitata per Episcopum Dertusenē. in quibus ecclesijs, reservamus magistro hospitalis, representationem rectorum; ita tamen, quod semper teneatur presentare, idoneum clericum secularem, & Episcopus illum teneatur admittere, & curam animarum sibi iradere teneatur &c.* Itaq; statutum inuenimus in dicta sententia, Ecclesias parrochiales constitutas intra limites termini Cernuarię, debere habere primitias omnes districtus suarum parrochiarum, secundum quod limitanda veniebant, per Episcopū Dertusenē. cum adhuc limitata, constructę, & districtę nō essent; quod concludenter probatur per illud genitiuū, *eorum*, positum immediatē post illa verba, *De Cernuaria, de Vlldecona, & de Orpesa, & terminorum*, quia est pronomen demonstratiuum, & præcedentium, repetitiuum prout docet Oldradus conf. 232. n. 1. iux. tex. in l. si seruus legatus. §. si ita scriptum. cū sequenti. ff. de leg. 1. quare cum dictus genitiuus, *eorum*, sit pronomen demonstratiuum relationem faciet, ad illa quę proximè, & immediatē præcedunt. iux. ea quę resoluunt Peregr. in tracta. de fideicom. art. 16. num. 25. Grat. conf. 21. n. 26. glos. in clement. vlti. §. si verò. super verb. per idem tempus, de vita & honest. cleri. & ideò, cum nec Episcopo, nec capitulo Dertusenē. nec etiam hospitalarijs, adiudicata fuissent dictę primitiæ, sed dictis parrochialibus ecclesijs; rectores earundem eas possident, et exigunt, & exegerunt ab erectione parrochialium; hucusq; pacificè, & quietè: quarum parrochialium ius patronatus, pertinere ad dictum magistrū hospitalis dicta sententia declarat, per illa verba, *in quibus*

- Ecclesijs, reseruamus magistro hospitalis representationem rectorum.* nam relatiuum quis, vel qui, positum immediatè post Ecclesias de Ceruaria, de Vildecona, & de Orpeta, & post verba illa, & terminorum eorum, in illo ablatiuo in quibus, repetebat præcedētia, eum omnibus suis qualitatibus, et ea restringebat ad sequentem dispositionē prout resoluit Alex. conf. 14. in princip. lib. 7. & Peregrin. vbi supra. n. 14. idem docens, & alios allegans, & idem operauit, ac si de perse repereret, vnāquamq. rem ex illis, ad quas referebatur, ac etiam idem, ac si de nouò diceret in dicta sententia iudex, in quibus Ecclesijs de Ceruaria, de Vildecona, & de Orpeta, & terminorum eorum, reseruamus &c. talis est natura dicti relatiui, maximè cum, ad aliud refferri nō possit, attentis verbis illis, post dictū relatiuum immediatè sequentibus, quæ sunt hæc, *In quibus Ecclesijs, reseruamus magistro hospitalis representationem rectorum &c.* cum de alijs Ecclesijs nisi de prædictis adhuc iudex non fuisset in sententia
- 16 hac loquutus. Disputare etiam debemus, quid importent in iure verba illa, *representationem rectorum*, & ideò vidi, quod ius patronatus, tam in iure, quàm apud doctores, solet pluribus nominibus appellari. iux. ea quæ latè refert Cæsar Lamberti. in tracta. de iure patro. 3. art. 1. quæst. prin. 1. p. 1. lib. per totum, inter alia autem nomina, dicitur ius patronatus, ius representationis, quemadmodum latè, refert idem Cæsar Lambert d. tracta. de iure patro. in suprascripto loco num 3. & 4. & Paul. de Citad. eodem tracta. 1. p. in princip. confat autem, ita de iure procedere, quia representatio, solum ad patronos constat pertinere. iux. tex. in c. quoniam in quibusdam. & in cap. cum laici. et cap. si verò. de iure patron. & ius patronatus inducit, id quod est posse præsentare ad Ecclesiam, vel beneficium

vacans, quoties vacauerint, & talem potestatem tribuit patrono, & idè dicitur ius repræsentationis, habito respectu ad frequentes præsentationes quæ fieri solent per patronos, quoties Ecclesiæ, seu beneficia vacant, quia attentis præsentationibus, aliàs per aliquem patronum de eisdem Ecclesia, seu beneficio factis, & habito respectu ad eas, cum ultimò præsentat, repræsentare dicitur. ita resoluit d. Lambert. in tractat. de iure patro. 1. art. 3. q. prin. 2. p. 2. lib. n. 1. & eapropter dicendum est: verba illa, induxisse ius patronatus Ecclesiarum, antè illa designatarum; et magistro hospitalis, ad iudicatum fuisse: maximè, cum dicantur in iure rectoris præsentati, seu repræsentati ad Ecclesiam, illi qui eam regunt, & administrant, iuxta. tex. in cap. quoniam. de iure patro. ex quibus omnibus si satis apertè non constat, ius patronatus adiudicatum fuisse prædicto magistro, in Ecclesijs in dicta sententia designatis, verba sequètia eiusdem sententiæ illud plenè declarât, quæ immediatè sequuntur in dicta sententia post verba supra adducta, quemadmodum ex eisdem cõstat, quæ sũt tenoris sequentis. *In quibus Ecclesijs, reservamus magistro hospitalis repræsentationum rectorum; itá tamen, quòd semper teneatur præsentare idoneum clericum secularem,* quæ verba sequentia, præcedentia declarant iuxta. doctrinam Gigan. conf. 135. n. 9. & cõs. 148. n. 7. Cassador. decif. 6. n. 2. tit. de dolo & contu. Flam. Paris. de resigna. benef. q. 3. nu. 205. lib. 5. namq. præsentare ad Ecclesias vacantes, propriè ad patronos spectat; constat per tex. in c. consultationibus & in cap. cum autem. & in cap. nobis. de iure patro. & ferè per totum titulum. & cap. filius. & cap. discernimus. 16. q. 7. Lambert. de iure patro. 1. art. 3. quæst. prin. 2. p. 2. lib. n. 1. & 2. Quamobrem, præsentatio dicitur effectus iuris patronat. iuxta. glos. in c. 1. de iure patro.

Lambert. 2. art. 1. q. prin. 1. p. 2. lib. nu. 2. & 3. & Abb. conf. 59. in fine, dicit quoddam cessante iure patronatus, cessat effectus, nempe presentatio; ac etiam dicitur presentatio fructus iuris patronatus. ibi Abb. in c. consultationibus. n. 3. de iurepat. & alij super eo. & glos. c. cum Bertoldus. super verbo, quodam iure. et super verbo, patrono, et quamuis non est absurdum presentationem competere ei, qui non est patronus, prout referunt Roc. de Curte in tracta. de iurepatro. in verbo competens quest. 25. à n. 57. vsq. ad n. 60. & Gigas conf. 49. n. 63. & 64. et ea propter, posset obijci aliquo modo, quod dictum verbum, *presentare*, non importauit explicationem adiudicationis iuris patronatus, in dicta sententia: obiectionem dirimit hoc; quia postquam lata fuit, semper hospitalis magistri, ab Episcopo in instrumentis presentationum dictarum Ecclesiarum, que per eos facte fuerunt, veri & indubitati patroni dicebantur, et dicto nomine presentarunt iidem, et omnes eius successores. Et pariter obiectionem tollit de medio verbum illud (*representare*) cum ad patronos spectet. Ecclesiarum representatio iux. de super dicta. Aduertendum tamen est, quod dictum ius patronatus, legitime reseruatum fuit in dicta sententia magistro hospitalis, quia proprijs militibus, et sumptibus, villam, et castrum Ceruarię, et eius terminum expugnauit, et acquisiuit; et iux. priuilegium Urban. 2. uti alteri ex proceribus Regni Aragonum dicto magistro hospitalis adiudicatum erat: tum etiam, quia Raymundus Berengarius Comes Barcinonę. & Petronilla Aragonum Regina eius vxor, donarunt dictum castrum Ceruarię, cum eius termino, et Ecclesijs, prefato magistro ordinis hospitalis, quam donationem confirmarunt Alfonsus, et Petrus, ac etiam Iacobus, huius nominis primus, Aragonum Reges, et successores in Regno predicto.

dicto. quæ donationes, & confirmationes, robur, & validitatem habuerunt. iux. latè relata in §§. 7. 8. & 9. præcedentibus; nec etiam necessarium fuit, ad legitimam translationem prædicti iuspatronatus, quòd expressè in dictis donationibus, iuspatronatus ecclesiarum donare etiam dixissent; sufficit enim quod in eisdem, & signanter in illis, quæ factæ fuerunt per Raymundum Berengarium, & Petronillam Reginam, & per Alfonso eorum successorem in Regno prædicto; dixerint prout dixerunt, castrum, et villam Ceruariæ donare dicto magistro, et ordini hospitalis. cum suis terminis, pertinentijs, ecclesijs etc. nulla facta mentione, de iurepatronatus. Qui enim dat ecclesiam, iuspatronatus donat, namq. ecclesia, in similibus pro iurepatronatus sumitur, et ponitur; præsertim cum similes donationes à laicis fiunt. iux. relata per Lambert. de iure patro. 9. artic. 1. q. prin. 2. p. 1. lib. n. 1. et 17. quia ecclesia pro iurepatronatus aliquando sumitur. iux. tex. in c. si plures. 1. 6. q. vlt. Itaq. cum donatores supradicti fuerint personæ laicæ, certum est quòd per verbum, *ecclesijs*, in dictis donationibus expressum, intelligendum erat, iuspatronatus earum, cum de illo solú disponere possent. iux. priuilegia apostolica desuper adducta, Grego. & Vrba. & ita dicendú sit, vt donationes prædictarum ecclesiarum, & confirmationes earundem valerent, & non perirent. arg. tex. in l. quoties. ff. de rebus dubijs. & cap. abbate, de verb. signifi. & ad validitatem dictarum donationum, & confirmationum, non indigebant consensu Episcopi, cū in fauorem magistri & ordinis hospitalis factæ fuerint. iux. relata per Roc. de Curt. de iure patro. super verbo, ipse. vel is. n. 38. & hac de causa, dictú ius patro. ad dictú magistrum et eius successores pertinere etiá dicendum venit. cū verbú, *ecclesijs*, pro iure patronatus in donationibus

- 23 nibus appositum fuerit. Et casu quo prædictæ donationes factæ fuissent, nulla facta menciónē in eisdem, neq. in cōfirmationib⁹ earū, de ecclesijs, et iure patronatus illarū, cum factæ fuissent in tempore habili, in quo scilicet, adhuc ius patronatus ecclesiarū Ceruariæ, et eius termini erat apud donatores, et de eodē disponere poterāt: iux. ea quæ deducuntur in §. 10. solum exprimēdo villam & castrum Ceruariæ, cū eius terminis, et pertinentijs. Et certum est, cum dicta vniuersitate donata, transiuisse ius patronatus ecclesiarū termini eiusdem, ex quo ius patronatus, transfertur: quandoq. vniuersitas in qua est, transfertur in alium. Lābert. de iure patronatus 16. art. 2. q. prin. 2. p. 1. lib. n. 10. & Roc. de Curt. super verbo,
- 24 bo, ipse, vel is. n. 1. Quia villa, vel castrum, sunt vniuersitates in se continentes iurisdictionem, districtum, honorem, et ius patronatus, ac alia similia. docent Abb. in c. ex litteris. n. 10. de iure patro. et Innocen. ac etiam communiter Doctores, et Roc. de Curt. in loco vltimò citato. nu. 41. vndē cum Ceruaria haberet in se iurisdictionem, terminum, et honorem, et veram vniuersitatem fuisse, et esse constet: ius patronatus ecclesiarum concludendum est, cum eadem translatum fuisse, in magistrum hospitalis, modo supradictō, etsi de eodem nulla mentio facta fuisset in donationibus cum quibus translātū fuit et certū est, causis, et rationibus, supra adductis. Quòd autē prædicta sententia nō tribuerit ius nouum prædicto magistro, adiudicando eidē, et eius successoribus ius patronatus ecclesiarum Ceruariæ, et termini eiusdem: sed pronuntiando, et declarando, illud protulit Archiepiscopus, quia ad dictū magistrum pertinebat legitimè, eidem, et successoribus eiusdem referuādum fore: prout cōstat ex verbis dictæ sententiæ sequentibus. *In quibus ecclesijs, reseruamus magistro hospitalis, repræsen.*

- 25 *representationem rectorum &c.* Verbum enim, *reseruamus*, idem significat, quod rem iam apud aliquem existentem, apud eundem seruire, dictio enim, *re*, iuncta verbo, *seruo*, operatur in præsentī casu hoc, quasi ius patronatus ad magistrum hospitalis spectans, apud eundem, iterum, & denouò seruire. iuxt. ea quæ refert Mandos. in reg. cancell. 10. quæst. 1. num. 3. & ita dictio, *re*, iuncta verbo, *facio*, idem operatur, nam reficere, est quod corruptum est, in pristinum statum reducere: quod constat ex tex. in l. 1. ff. de riuif. & in l. 3. §. pen. ff. de itinere acti. priuat. & l. 1. §. 1. ff. de via pub. & idē ferè operatur in alijs quàm plurimis verbis, quibus adhaeret, iux. relata per Mandos. ibi. & ita ponderandum
- 26 esse verbum illud, *reseruamus*, ideò quia reseruatō, ius nouum non confert. neq. ex ea aliquid consequitur is in cuius fauorē fit, si prius non haberet rem seruata. Celsus Hugo. conf. 67. num. 12. & cum sententia, in materia ius patronatus, non inducat nouum ius, sed quod erat declararet, quemadmodum resoluit Gigas. conf. 48. nu. 2. & conf. 49. n. 9. ideo concludendum est, Archiepiscopū, cū prædicta sententia declarasse, ius patronatus ecclesiarū Ceruariae, & termini eiusdem, tanquā spectans magistro hospitalis, & eius successorib⁹, iustis & legitimis titulis, eisdē reseruandū fore; prout reseruauit cum hac limitatione, & conditione, & nō aliàs: quòd tempore vacationum prædictarum ecclesiarum, clericos seculares tantū ad eas præsentare possent, ad euitādum, ne in euentum magistri prædicti, præsentarent ad eas fratres capellanos regulares, alterius cuiuscunq. ordinis; prout cōstat ex verbis dictæ sententiæ sequentibus: *Ita tamen, quòd semper teneantur præsentare idoneum clericum secularem &c.* Quæ dictiones *ita, &, tamen*, iunctæ, sunt restrictiue, & modificatiue præcedentium, quandò adsunt simul

iunctæ, probant tex. in clement. vni. versic. ita tamen, de foro competen. & text. in l. hac ædictali. versic. ita tamen. C. de secund. nupt. & tex. in l. vbi adhuc. versic. ita tamen, C. de iure dot. Paris. consil. 17. num. 17. & consil. 106. num. 9. vol. 1. Itaque magistri hospitalis, solum clericos seculares ad dictas ecclesias præsentare
 28 poterant: maximè cum dictiones, *ita*, et, *tamen*, iunctæ sint, cum verbo hoc, *teneantur*, quod præceptum, et necessitatem importat. iux. tex. in clement. 1. exiui de paradiso. versic. item ordo communiter sentit. de verb. signifi. et tex. in c. per hoc quod, et ibi glos. super verbo, *teneatur*, de hæret. lib. 6. & tex. in cap. statutum. §. siquid autem, et c. de duobus. ð rescript. lib. 6. & Mandos. in regul. cancell. 34. q. 75. n. 1. Quapropter, magistri prædicti, ius patronatus prædictum habebant, cum modificatione supradicta, nempè quòd solum clericos seculares ad dictas ecclesias præsentare possent: et similiter, cum eadem sententia pronuntiatum, et declaratum extitit. Episcopum, & eius successores, obligatos, & astrictos esse, ad admittendum clericos seculares, præsentatos per magistrum hospitalis, ad dictas ecclesias, et illis vti præsentatis à vero, & indubitato patrono, ecclesias collare, & conferre: quemadmodum plenè probant verba sequentia prædictæ sententiæ. *Et Episcopus illum teneatur admittere, & curam animarum sibi tradere teneatur*
 29 *&c.* Namque præter hoc quòd verbum, *teneatur*, inducit de per se præceptum, & necessitatem. iux. iura allegata. quia geminatur, cum iniungit Episcopo, obligationem admittendi tales præsentatos, et conferendi ecclesias eisdem, ostendit cum dicta geminatione verbi, *teneatur*, maiorem, et magis determinatam intentionem iudicantis. ita refert Mandos. in regul. cancell. 19. quæst. 16. num. 9. et exuberantius intentionem eiusdem profert.

Narra conf. 63. n. 15. & conf. 257. n. 5. & arguit præcisam, & deliberatam decissionē, & volūtatem iudicātis. idem Narrā conf. 110. n. 9. & Mandos. in reg. cancell. 32. q. 5. n. 5. iux. tex. in c. si quis iratus. iuxta glos. in verbo. iterare. 2. q. 3. His itaq. omnibus attentis, probatum manet magistros hospitalis veros et indubitatos patronos fuisse, Ecclesiarum villæ Ceruariæ, & termini eiusdem, à tempore quo expugnata fuit, & è manibus Sarraceno- rum erepta, & cum supradicta sententia, ita pronunciatum, et declaratum fuisse.

S. XII.

- 1 **T**ERMINVS dicitur de iure, signa quedam, fines locorum demonstrantia.
- 2 Terminus, alius dicitur terminans, & alius terminatus.
- 3 Terminus terminans, cedit termino limitato.
- 4 Termini, & fines territoriorum, sunt de ipsa terra terminata.
- 5 Termini, & limites territoriorum, quomodo probentur, & quid sint, consines, fines territoria, & limites.
- 6 Verba enuntiativa ad alium finem prolata, in instrumentis valde antiquis, probant fines, & terminos.
- 7 Dictio, infra, est inclusiva.
- 8 Dictio, in, etiam includit.
- 9 Ville sancti Matthæi, Traygarie de Calig, de Chret, de Canet, de Lana, & de Rossell, sunt constitutæ intra terminum ville Ceruariæ.



SUPEREST, nunc probare, quænam Ecclesiæ constructæ sint, intra terminum villæ Ceruariæ; ex quo per supradicta manet decissum, magistrum hospitalis, et eius successores patronos fuisse, et esse Eccle-

1 *fiarum villę Cernarię, et termini eiusdem. Ad cuius rei*
legitimam probationem, scias, terminum de iure dici,
 2 *signa quędam locorum fines demonstrantia, iuxt. text.*
in l. vlti. ff. termi. moto. Diuiditur autem terminus, in
terminum terminantem, & terminum terminatum; ter-
 3 *minus terminans dicitur ille, qui extra fines extendi-*
tur, & terminus terminatus, qui infra fines continetur,
 4 *iuxt. deducta per Bal. in l. si fines. C. de euictio. &*
Franciscum March. decis. 338. num. 3. p. 2. Et quamuis,
 5 *terminus terminans, dicatur, extra fines extendi, & ea*
propter videatur exclusiue capi, atuerd, cedit termi-
no limitato, & accessorie venit cum eo, docent ita Bal.
in rub. C. de contrahen. emptio. 4. q. Alber. in auth. quod
ius. C. de procurat. Franciscus Marc. vbi supra. n. 7. huius
modi termini, & limites, sunt de terra limitata, & fini-
ta, iux. tex. in l. qui fundum. ff. de euictio. & Archidia. in
c. Ecclesias 13. q. 1. Bal. in c. 2. §. si quis de manso. de
controuer. inuestit. quia limes cedit limitato, saltim in
parte iux. deducta per Archidia. & Bal. ibi. Et nota,
quod finis interdum ponitur pro termino, & e cõuerso.
& pariter, limes, terminus, & finis idem sunt; prout in §.
dictum. inst. quib. mod. ius pat. pot. sol. cõfinis differt à li-
mite, termino, & fine, quia nunq. cedit limitato, quia eo
ipso quod dicitur cõfinis, denotatur esse alterius. l. quod
sepè. §. si. l. cum seruo. ff. de contrahen. emptio. quia con-
fines prædiorum, cum quibus confrõtatur dicuntur esse
vicinorum, qui dicta prædia possident. Archid. in d. c. Ec-
clesias. 13. q. 1. & ea quę nascuntur in confinio, pro par-
te vtriq. confrõtantium acquiruntur, et cõmunia effi-
ciuntur. l. arbor. ff. commu. diuidun. l. aded. §. si. ff. de ac-
quir. rer. domi. limes. autem dicitur illud, quod est infra
limina intellectualiter, & protenditur de limite, ad li-
mitem, qui cedit limitato. l. patronus. §. sempronio.
ff. de leg.

ration

ff. de leg. 3. l. inter eos. ff. de acquiren. rer. dom. & dif-
 finitur, longitudo, seu latitudo, spatiū ab spacio distin-
 guens, qui quandoq. est strictus, et quandoq. in eo nihil
 potest consistere, vt quandò loco limitis lapis appositus
 est. ita explicat Francisc. Marc. decis. 336. nu. 1. p. 2. in
 Episcopatibus autem, & territorijs, limes non ita stric-
 tus est, cum montes, & flumina assignentur pro limiti-
 bus, iux. Abb. & Innocen. in. cap. super eo, de parrochijs.
 quibus præmissis, solum tractamus, de locis seu villis,
 constructis intra limites, fines, ac terminum terminantē
 villæ Ceruarię, ac de Ecclesijs in illis erectis, quarum: fi-
 nium, seu terminorum probatio, de iure fit per libros
 antiquos, famam, et instrumenta ab archiuo publico
 abstracta. est tex. expressus in ca. cum causam, de proba-
 tio. & super eo Abb. Feli. & omnes. & in c. ad audientiã.
 de præscript. docet latè Francisc. Marc. decis. 334. & decis.
 159. n. 1. p. 2. quia instrumēta ab archiuo publico abstra-
 cta, plenā fidē faciunt. authen. ad hæc. C. de fid. inst. si est
 in eodem territorio, secus autem extra. iux. ea quæ de-
 ducit Feli. in dictis c. cum causam. & c. ad audientiam.
 per argumenta etiam fit, talis probatio. ita docet glos.
 in c. si. Papa. de priuil. lib. 6. ac etiam probantur ex alia
 leui probatione. Abb. in c. cum olim. de censib. Deinde
 etiam aduertendum est, quòd instrumenta ab archiuo
 deprompta; vt verba eius enuntiatiua fines, & termi-
 nos probent, debent esse antiqua, & acta inter personas
 quarum principaliter terminatio interest: & tunc eo-
 rum verba enuntiatiua, etiam ad alium finem concepta
 probant. Ita referunt Francisc. Marc. decis. 335. n. 1. p. 2.
 specul. tit. de locato. §. nunc aliqua. vers. 57. tēpus autem
 antiquū dicitur in occurrenti casu. spatiū, cētū annorū.
 tex. in l. si. C. de sacros. Eccles. probantur etiam termini
 per libros historiales, & chronica, quibus à maioribus
 nostris,

nostris fides adhibita fuit iux. tex. in d. c. cum causam d̄
 probat. et ibi Abb. n. r. sequens. Bart. in l. r. ff. si cert. per.
 iuxta quam doctrinam; indubitatum est, villam sancti
 Matthæi constructam fuisse intra terminum villæ Cer-
 uariæ, cum ex verbis instrumenti, cum quo locus prædic-
 tus, concessus fuit ad construendum, et eius terminus
 ad colendum constet; situm esse intra limites termini
 Ceruariæ; quod instrumentum, adductum extitit in præ-
 cedenti. §. 9. n. r. r. quorū tenor sequens est. *Damus in per-
 petuum vobis Guillermo Colom, & Guillermo Fornerio, & Petro
 Clauigero, & vestris, & omnibus alijs populatoribus, quos ibi mis-
 seritis, ad populandum totum illum locum, qui nuncupatur sanc-
 tus Mattheus, qui est in termino de Ceruaria &c.* que verba
 cum sint dispositiua, & non enuntiatiua, & prolata in-
 ter personas, quarum principaliter intererat termina-
 tio, et ad finem designandi terminationem prolata in in-
 strumento antiquissimo, acto. 14. Kaleñ. Iulij. anno Do-
 mini. 1237. recondito in archiuis publicis almæ Sedis
 Dertuseñ. & castri Montesię: plenè probabunt. maximè
 cum sit fulsita huiusmodi probatio, alijs quam plurimis
 instrumentorum probationibus, et signanter, ex verbis
 dispositiuis sententię Regię late in Regio Valentineñ. cō-
 cilio, inter probos homines villæ Ceruarię ex vna, &
 probos homines dicte vniuersitatis sancti Matthæi ex al-
 tera. die 16. Feb. 1568. adductis in prædicto §. 9. n. r. te-
 noris sequentis. *Vndè molestè ferre non debet, vniuersitas sanc-
 ti Matthæi, si communem cum alijs legem patiat, & hoc præstet
 capiti baiulie, in recognitionem quod intrá terminum oppidi Cer-
 uaria, dictum oppidum sancti Matthæi, cum suo termino, cōstruc-
 tum est. prout alia loca mensa magistralis &c.* Vndè cum ver-
 ba supradicta, sint prolata in dicta sententia Regia, ab il-
 lo qui disponere potuit, et inter personas quarum intere-
 rat, & non enuntiatiua sint, sed dispositiua, limites pro-
 babunt.

babunt. ita docet Franciscus de Areti. conf. 42. incipien. viso consilio. iux. glos. in d. c. si Papa. de priuile. lib. 6. Celsus Hugo, conf. 10. n. 5. nec dubitandum est. cum per testes, & famam publicam inuiolabiliter cõstitit, nec dubium esse possit, ob immensum numerum instrumẽtorũ, tã antiquis temporibus, quã de recenti, illud probantiũ. Similiter etiam, villa de Calig constituta est, intra terminum de Ceruaria, patet enim, ex verbis instrumenti adducti in præcedenti §. 9. n. 9. quæ sunt tenoris sequentis. *Concedimus vobis Petro de Balagario, & vestris, & vobis Bernardo de Podio, fratri quondã Ioannis de Podio, & vestris, in perpetuũ duo loca que sunt infra terminos de Ceruaria &c. actum idus Iulij anno. 1234.* quæ dictio, infra ex sua natura includit, & de iure est inclusiua iux. tex. in l. scire. §. multa verò. ff. de excusat. tuto. tex. in cap. ab eo. de appellat. lib. 6. et in c. si aduersus. de restit. in integrum. eod. lib. 6. Oldrad. consil. 49. num. 5. et ita includit villam de Calig, et illam intra terminum villæ Ceruariæ sitam esse designant. Pari modo villa Rosselli. constituta est intra limites dicti termini Ceruarię, iux. instrumentum in sepe dicto §. 9. adducto. n. 12. cuius verba sunt hæc. *Damus licentiam in perpetuum vobis, Guillermo de Pellaga, & Petro Solerio, & Guillermo Grae, & vestris, & omnibus alijs populatoribus, quos ibi misseritis, ad populandum totum illum locum, qui nuncupatur Rossellus qui est in termino de Ceruaria &c.* quæ dictio, in, etiam inclusiua est, iux. text. in l. si in annos. ff. de condi. et demonstrat. docet Oldradus d. conf. 49. n. 9. & pariter etiam plenè constat, dictam villam inclusam esse intra limites termini Ceruarię ex glos. 1. in cap. abbate. sanè. de senten. & re iud. in 6. vbi pro indubitato supponitur, esse de dicto termino. Deinde etiam, villas Traygarię cum eius vico mansi dels stellers. de la lana cum eius

vico del Carrascal, de Chert, & de Canet, sitas esse intra terminum villæ Ceruarię, constat à notoriò cum nec fama, nec ad immacula in contrarium reperiantur, & pro indubitato habetur ab incolis, & habitatoribus eorundem, & in processu aditatio in curia Episcopi Dertu feni, in anno 1603. sup patronatu Ecclesię parochialis de Albocacer plenissimè probatum extitit, me patrocinate, & deffendete ius pertinens magistro Montesiã, & eò tunc domino nostro Regi, vti administratori perpetuo dicti ordinis; quod etiã probatur, ex eo quia omnes prædictę villæ sunt mensæ magistralis dicti ordinis, quod indubitatum est, & sententia Regia citata, & adducta in præsentis §. disponit; omnes villas mensæ magistralis, constitutas esse intra terminũ villæ Ceruarię, prout cõstat, ex sæpe adductis verbis supradictę sententię regię quæ sunt sequentia. *Et hoc præstet capiti baiulie, in recognitiõne quòd intra terminũ oppidi Ceruarie, dictũ oppidũ sancti Mathai, cum suo termino, constructum est, prout alia loca mensæ magistralis &c.* probatur etiam ex libris chronicorum, & historialibus iux. text. in cap. cum causam. de probatio. & ibi Abb. n. 1. quibus à maioribus fides tributa fuit. namq. Anto. Beuther doctor verax in suis chroni. de España, lib. 2. c. 29. refert, dictas villas cõstitutas esse, intra dictum terminum, & omnes inconcusse ita verum esse tenuerunt, & tenet, & plurimis instrumentis, ac sententijs probare potui, sic se habere: cum autem notorium sit, non indiget probatione. iux. glos. in clementi. appellanti. super verbis, à grauamine iudicis, de appellat. & ideo ea omnia omitto concludendo; villas sancti Mathai, Traygariã, cum eius vico mansi dels stellers, de Calig, de Iana, cum eius vico del carrascal, de Canet, & de Xert, ac Roselli, constitutas esse, intra terminum oppidi Ceruarię.

S. XIII.

- 1 **P** R A E S E N T A T I O probatur per literas institutio-
 nis Episcopi.
 2 Si in literis collationis, ordinarius asserit beneficium collare
 ad presentationem patroni, constat plenè presentationem
 effectum sortitam fuisse.
 3 Erectio seu constructio Ecclesie parochialis villæ de Canet,
 anno. 1282.
 4 Erectio, & prima collatio, & presentatio, Ecclesie parochia-
 lis de Calig. anno. 1312.
 5 Collatio Ecclesie parochialis Cernariæ.
 6 Suffraganea in parochialem erigi potest per Episcopum, cum
 consensu rectoris Ecclesie intra cuius limites suffraganea
 constituta est.
 7 Alià collatio Ecclesie Cernariæ eiusdem anni. 1312.
 8 Collatio Ecclesie parochialis de Canet anno. 1315.



NGENTI studio, ac solertia scruta-
 tus fui, scripturas & libros archivi pu-
 blici curiæ ecclesiasticæ Episcopi Der-
 tufen. ad indagandum: vtrum præsen-
 tationes factæ per magistros hospitalis
 ad ecclesias villæ Cernariæ, & termini
 eiusdem, in illis cõtinuatæ reperirentur. Cũ autem, ter-
 centum anni, vel circà transacti sint, à tẽpore quo, ordo
 militaris virginis Mariæ Montesię, successit in domi-
 nio, & iuribus villæ Cernariæ, & termini eiusdem, quæ
 immediatè ante illũ possidebant magister hospitalis, &
 eius ordo, prout infra patebit: ob tantã tẽporis antiqui-
 tatẽ, libri cõsumpti fuerũt, & scripturæ inueteratæ in tã
 rũ, quod plegi nõ possunt, & aliæ omninõ laceratæ &
 depditæ: ita vt licet libèrer, per spatiũ dimidij anni oc-
 cupatus fuerim, in dicto scrutinio, & indagacione, ibi,

nec in alijs archiuis publicis, nõ inuenij nisi literas collationum & præsentationum quæ sequuntur, registratæ in
 1 libris supradicti archiui, quæ literæ de iure probant præsentationes, si Episcopus in illis eas narrat. docet Bel-
 lam. decis. 211. & 311. Calder. conf. 2. de fide. instru. Rota decis. 11. de iure patronat. in nouis. Roc. de Curte
 2 de iure patronat. verb. honorificum. q. 50. n. 52. & com-
 munitè doctores teste Mascardo. conclus. 1216. n. 3.
 3 quia literis Episcopi attestantibus de præsentatione, & institutione creditur. In primis inueni in dicto archiuo instrumentum continens in se nouã erectionem, & constructionem Ecclesiæ villæ de Canet, factam sub inuocatione Beati Michaelis Archangeli, cum licentia, & permissu fratris Guillermi Monforiu Comendatoris villæ Ceruariæ, ordinis sancti Ioannis Hierosolymitanen. vti vices gerentis magistri hospitalis. patroni præfatæ Ecclesiæ, quod receptum fuit per Raymundum Goçalbo. die 4. mensis Ianuarij anni. 1288. & reconditum & in archiuo castri Montesiæ, in libro priuilegiorum. Successiue autem, cum Ecclesia villæ de Calig. sufraganea esset Ecclesiæ parochialis villæ Ceruariæ, & dicta villa de Calig. maximopere aucta foret, & tempore discriminoso difficile sacramenta ministrabantur incolis eiusdem morbo laborantibus; ob nimiam distantiam locorum, & huiusmodi incommodum, et alia sequerentur, licet cõstituta esset intra limites, et districtũ prædictæ parochialis Ecclesiæ Ceruariæ, in parochialem erecta fuit; & prima collatio facta ad præsentationem magistri hospitalis: prout constat cum literis collationis, reconditis in dicto archiuo curiæ Episcopi Dertusen. in libro intitulato, Liber ordinum, ab anno. 1312. vsq. ad annũ. 1316. tenoris sequentis.

4 **8. Kalen. Februarij. anno. 1312.**
 Dom. Franciscus Episcopus Dertusen. collauit ecclesiam de Calig, vacantem per mortem Arnaldi Nigri, rectoris Ecclesiæ Ceruariæ, cum de voluntate ipsius Arnaldi, esset parrochialis ecclesia effecta, Bartholomeo Magre, qui fuit primus rector in dicta ecclesia, ad præsentationem fratris Galcerandi de Calders, comendatoris Ceruariæ, procuratoris Raymundi de Impurijs, vices gerentis magistri hospitalis, ad præsentandum omnes vacantes ecclesias dictæ Comendatiæ.

Et similiter, immediatè in eodem libro reperiuntur literæ collationis Ecclesiæ Ceruariæ, cum simili præsentatione sequentes.

5 Eadem die, ad præsentationem eiusdem, dicto nomine, collauit Episcopus Ecclesiam de Ceruaria, vacantem per mortem dicti Arnaldi, Arnaldo Balaguer rectori de Vlldccona, procuratori Raymundi de Nauel clerici absentis.

6 Quæ erectio, suffraganeæ ecclesiæ villæ de Calig, in parrochiale, de iure legitimè facta fuit; causis, & rationibus præcedentibus, non solum cum consensu rectoris ecclesiæ parrochialis, & matricis villæ Ceruariæ, verum etiam absq. eo: licet suffraganea de Calig, erat intra limites districtus parrochiæ eiusdem, si causæ prædictæ vigeant. iux. doctrinam Abb. in c. ad audientiã. el. n. 1. 3. & 16. de eccles. ædifican. & Cæsar Lambert. in tract. de iur. pat. 15. art. 3. q. prin. 1. p. 1. lib. n. 3. in fin. Præterea etiam, in eodem libro adest alia collatio ecclesiæ Ceruariæ, ad similem præsentationem facta, in eodem anno, in modum sequentem.

Anno. 1312.

7 Die Lunæ quæ fuit pridie Kalen. Madij. in loco Burrianæ, fuit collata rectoria de Ceruaria, per d. dominum Franciscum Episcopum Dertusen. vacans per renuntiationem Raymundi de Nauel rectoris eiusdem, Arnaldo Rubei presbytero, ad præsentationem venerabilis, & religiosi domini, fratris Raymundi de Impurijs, ordinis hospitalis Hierusalem, gerentis vices in Castellania Empostæ, pro domino magistro eiusdem ordinis.

Ultimò etiam, in eodem libro inueni aliã collationẽ
Ecclesiã parrochialis de Canet, in modum sequentem.

Anno. 1315.

8 Die veneris, quæ dicebatur quinta kalen. Iulij, dominus Episcopus, admittit ad Ecclesiã de Canet, vacantẽ per mortem A. Balaguer rectoris quodã eiusdem, Michaelẽ Renart presbyterũ, ad præsentationem venerabilis Berengarij de Prato, prioris Dertusẽ, habentis potestatem, & licentiam præsentandi ecclesias vacantes, seu vacaturas, in comendarijs Ceruariã, & Empostẽ, à vener. & religioso fratre Martino Petro de Oros, Vicesgerente magistri hospitalis, sancti Ioãnis Hierosolymitanẽ, in castellania Empostæ: prout dicto domino Episcopo, per quoddam transumptum, manu publica scriptum, cuiusdam literæ dicti vicesgeretis extitit facta fides, & prædictum Michaelẽ per suum birretum dictus dominus Episcopus de eadem Ecclesia personaliter inuestiuit, & instituit in eadem.

Ex quibus literis constat, seruata dispositione sententiã late per Archiepiscopũ Tarraconẽ, inter Episcopũ & Capitulũ Ecclesiã Dertusẽ, ex vna, & hospitalarios ex altera (quã adduximus supra in §. 11. n. 1.) hospitalis magistrum, vti patronũ Ecclesiarum villæ Ceruariã, & locorũ termini eiusdẽ, præsentasse ad ecclesias Ceruariã, de Calig, & d. Canet, & Illas vigore dictarũ præsentationũ collatas fuisse, per Episcopum; quæ literẽ plenè probant, iuxta deducta supra n. 1. & cõfessio facta per Episcopũ in dictis literis, circa præsentationẽ & eius effectum, est bona probatio, prout docet Cæsar Lamb. de iure patt. in 4. art. 10. q. prin. 2. p. 2. lib. n. 3. vers. potest etiã, quibus omnibus concludenter probatis; dimittimus ei progressum, in puncto anni. 1315. nam eousq. nobis cõstat euidenter, ius patronatus ecclesiarum villæ Ceruariã, & locorum termini eiusdem, ad magistrum hospitalis spectasse iusto titulo, à Regno capto, vsq. ad præfatum tempus. Et ideò progredimur ad prosequendam materiam decimarum, & primitiarum, & iurispat. locorum

rúm de Xiuert, et ecclesiarum eorundé dimissum in præcedenti. §. 9. n. 7. in illo puncto, in quo magister Templi, cum fratribus, et militibus eiusdem, obsessit castrum de Xiuert concessum, et donatum dicto ordini, per dñm Regem Iacobum, huius nominis primum, et eius prædecessores, et Sarraceni eiusdem libenter, absque bellico conflictu, dictis magistro, et fratribus se submiserunt, et castrum eisdem tradiderunt.

§. XIII.

- 1 **C**ASTRUM de Xiuert, donatum fuit ordini Templariorum, per Reges Aragonum ante eius expugnationem.
- 2 Libris historialibus, & chronicis fides tribuitur.
- 3 Scripturis, & libris custoditis in archiuo publico, fides danda est.
- 4 Confessio non inducit nouum contractum, seu donationem, sed si similes contractus facti sunt, illos probat.
- 5 Probatio nõ requirit acceptationem, sed productionem, & similiter confessio.
- 6 Quidquid Princeps refert, verum omninõ est, & contra illud non admittitur probatio.
- 7 Id quod apud hostes est, dari potest, maxime sub conditione.
- 8 Castrum in se continet iurisdictionem, districtum, tus patronatus, & similia.
- 9 Castrum de Xiuert fuit concessum ad habitandum, & terminus eiusdem ad excolendum, per magistrum, & fratres Templi Sarraceni.
- 10 Instrumenta, quibus constat, magistrum, & fratres Templi concessisse ad excolendum terminos locorum de Alcalá, & de Alcoçuer, & ad habitandum in eis, quæ erant in termino de Xiuert.
- 11 Ville, & loca de Alcalá, de Alcoçuer, de Castell nou, & de Polpiç, erant intra terminum castri de Xiuert.



TA Q. sicuti diximus in præcedenti. §. 9. nu. 7. magister Templi, cum fratribus, & militibus eiusdem obsessit castrum de Xiuert, quod constitutum est, intra dictū Valentix Regnum, distans á villa, & castro Peneinsulæ spatio duarum leucarum. Et Sarraceni illius, deffensionis præpositi libenter subiecerunt se, dominio dictorum magistri, & fratrum, & castrum prædictum eisdem tradiderunt: quod erat de patrimonio, & dominio dicti ordinis, vigore donationum, quæ eidem factæ fuerunt per Reges Aragonum, nempè Ildesum, Petrum, & Iacobum primum, nec non per Comitem Raymundum Berengarium, eorum prædecessorem, abauum prælibati Regis Iacobi: quarum donationum instrumenta inuenies recondita, in archiuo castri Montesiæ, in libro quodam intitulado, de Concessions, Priuilegis, è Poblacions; quæ non adducimus hic, cum etiam per ea quæ sequuntur illud probatum satis plenè maneat. Namq. prout supra diximus, chronica, & libri historiales probant, prout referunt Bar. in l. 1. num. 22. ff. si certum petatur. & ibi Ias. num. 25. & glos. in c. inter dilectos. super verbo, magis. de fide instrumentorum. & glos. in c. venerabilem, in verbo transtulit, de electio. est rex. in c. cum causam. de proba. & super eo glo. Garcia de Hispan. nobil. glo. 18. num. 10. et idèd, supradicta probata manent iuxta relata per curitam, chronistam Regium, in annalib. Aragonū, lib. 3. c. 17. ibi sub his verbis. *Sabido que el Rey auia cobrado á Peniscola, el maestre del Temple fue sobre Xiuert, y el del espital sobre Ceruera; porque se auia hecho donacion, á estas ordenes, de estos lugares, en tiempo del Rey Don Alonso, y del Rey Don Pedro su hijo, y fueronles entregados con los castillos &c.* Idem etiam refert Beuther in chron. de España lib. 2. c. 29. vers. *Sabidas las nueuas &c.* & Miedes, in histo.

in historia Regis Iacobi primi, vulgari sermone scripta lib. 9. c. 19. quæ historiæ, annales, & chronica, concordant, & probant plenè; iuxta doctrinam adductam, maximè cum tractent de rebus antiquissimis, & eis fides à maioribus nostris tributa semper fuerit, et nunc etiam fides tribuatur. Probantur etiam prædicta, ex libro historiæ expugnationis Regni Valentiæ, exaratae per inclytum Regem Iacobum, huius nominis primum, recondita in archiuo ciuitatis Valentiaë, & iam typis mandata, quæ cum tomo priuilegiorum ciuitatis Valentiaë confuta, & in lucem ædita est in §. *quant hoyren* ibi sub his verbis, *quant hoyren lo mestre del Temple, è lo del Espital, que nos haniem Peniscala á poch dies, vèch lo mestre del Temple a Xiuert, è el mestre del Espital a Ceruera, perço com nostre pare, è nostre auiles los haniem donades, è que fussen de aquells ordens &c.* quæ historia & eius liber, abstractus est à suo originali authentico (authenticus enim est iuxta doctrinam Abb. in c. 1. n. 2. de fide instrum.) recondito in archiuo domus consilij ciuitatis Valentiaë, prout constat ex titulo dicti libri sequenti. *Comença la conquesta per lo serenissim è catholic Princep, de immortal memoria, don Jaume, per la gracia de Deu Rey de Arago &c. treta del registre authentic del archiu de la present ciutat &c.* quapropter omnia in eadem historia contenta fidem facient: namq. prout diximus iam, libri seu scripturæ repertæ in archiuis, tunc plenè probant, quando archiuo publico, in quo recondita sunt preest officialis publicus, & custodiuntur inter alias scripturas authenticas. docent latè Felin. in cap. ad audientiam. à n. 11. vsq. ad n. 15. de præscrip. & in c. cum causam. num. 7. de probationi. & Bal. in l. exemplo C. de probation. licet dictæ historiæ liber, sit transumptus à matrice recondita in dicto archiuo. iuxta relata per Felin. ibi n. 14. Et præter deducta, patet vera esse cõten-

ra in dicto libro historie, quia fuerunt exarata, & proprio calamo scripta, à prædicto Rege Iacobo primo, qui prædictum Regnum Valentiae expugnauit, quemadmodum apparet ex inscriptione quadam prædictæ historiae, quae sequitur in hunc modum: *Si nescias ego sum Rex Iacobus ille primus cognomento bonus, qui tribus Sarracenorum Regnis. Balearico primo, Valentino deinde, Murcia postremò, vi armorum à me subactis &c. sequentem hanc de me historiam. C. Caesaris exemplo, proprio calamo, sicut & ense, & depinxi, & contexui.* Pariter etiam constat ita se habere, ex verbis dispositiuis dictæ historiae, & signanter in principio progressus eiusdem, sub his verbis: *Nos estauem en nostre Regne en Arago, jugant, è deportant, è erem en Alcañiz &c.* Vbi prædictus Rex de se in prima persona loquitur. Vnde venit concludendum, quod cum dicta historia iuxta prædicta fatetur dominus Rex Iacobus primus, castrum de Xiuert donatum fuisse per patrem, & auum eiusdem, Aragonum Reges; ordini Templariorum; et magistrum, ac fratres eiusdem, è manibus Sarracenorum illud eripuisse. Quæ confessio, licet non inducat nouum contractum, seu donationem nouam, nihilominus, donationes, & contractus factos probat, iuxta dispositionem rex. in l. publicæ. §. finali. ff. depositi. docet Iacob. Rebus, in l. inter cartulas. C. de iure fisci lib. 10. & ibi Doctores. Et ita cum probatio non requirat acceptationem, sed sufficiat eam à parte inductam fuisse, ita & huiusmodi confessio, satis est quod à parte probetur, & eam videatur acceptare, allegando illam in sui fauorem; et non est necessaria acceptatio eiusdem in continenti, sed sufficit eam allegare pro sui utilitate, & releuat tunc ab onere probandi. sic resoluit Alciat. in tract. de præsum. reg. 3. præsum. 21. num. 8. Vnde, huiusmodi Regis Iacobi primi confessio, releuat ab onere probandi donatio-

6 nem deductam castrî de Xiuert, factam ordini Templariorum, per Reges Aragonum. Ac etiam quia quidquid Princeps refert, vel declarat, verum omninò est, & contra illud non admittitur probatio. docet Garcia, de nobili. Hispa. glos. 2. num. 22. vers. & est ratio. Nec mirum erit, quod Reges supradicti donassent ordini præfato, castrum prædictum de Xiuert, et si tempore donationum, esset sub Sarracenorum dominio: quia donationes prædictæ etiam valuerunt, licet videatur, quod id quòd apud hostes est, donari non potest: ex quo conditionatæ fuerunt, nempe ad tempus, quo in dominio christianorum fuissent. iuxta tex. in cap. Abbate sanè. §. allegabatur autem. de re iudi. in 6. et etiam iux. Bart. doctrinam desuper adductam in l. id quod apud hostes. ff. de lega. 1. quibus omnibus sic concludenter probatis: constat etiam, magistrum, & fratres prædictos, verum dominium, realem, et actuale possessionem dicti castrî, termini, iurisdictionis, districtus, iuris pat. & honoris eiusdem (hec enim omnia continent sub se, castrum, iux. doctrinam Rochi de Curt de iur. patron. verbo ipse vel is. n. 41.) adeptos fuisse post eius captionem, & expugnationem: quia de nouo concesserunt ad habitandum, & morandum in illo, & ad excolendum terminum eiusdem Sarracenis in illo commorantibus; cum oneribus, & retentionibus, eisdem magistro & fratribus beneuensis. Quæ omnia apparent cum sequenti instrumento. *In Dei nomine, notum sit cunctis, quod istam chartam mandat fieri, magister Templi, Raymundus Patot, & preceptor Ripariæ &c. Actum in castro Xiuerti, 4. kalen. Maij anno. 1234. Quod instrumentum receptum fuit, per Guillelmum Vidal notarium Dertusæ; et constat cum eo concessum fuisse Abdalla Sarraceno, & alijs Sarracenis in dicto castro commorantibus, tempore captionis, et expugnationis eiusdem,*

dem, ad morandum, et habitandum in eo; et ad excolendum terminum eiusdem; cum retentione tamen, decimarum, et primitiarum, et aliorum iurium: quod instrumentum authenticum inuenies in archiuo castri Montefixæ, in libro intitulado de Poblacions etc. Et quia in præcedenti. §. 12. diximus latè in num. 5. quomodo termini, et limites territoriorum probari possunt de iure, et conclusum fuit probari eos, per libros historiales, chronica, famam, instrumenta antiqua ab archiuo publico abstracta, acta inter personas quarum terminatio intererat: & per verba enunciatiua similitum instrumentorum, etiam ad alium finem concepta; videndum est quaenam loca constituta erant intra terminum, & territorium dicti castri, ita quod maneat probatum legitimè. In primis villa de Alcalá, vulgo dicta de Xiuert, constituta fuit, & est, intra terminum, et limites territorij castri de Xiuert, patet ex eo, quia magister, & fratres Tēpli cōcesserunt illā ad habitandum, & morandum in ea, & terminum eiusdem ad excolendum, & affirmant constitutam esse in dicto termino: prout apparet ex serie instrumenti sequentis.

10 In Dei nomine, nouerint vniuersi, quod nos frater Guillelmus de Cardona, magister domus militiae Templi, in Aragonia, & Cathalonia: & frater Guillelmus de Montefino, Comendator Dertulae &c. Assensu consilio, & voluntate, aliorum fratrum Templi, per nos & omnes successores nostros, presentes, atque futuros, cum hoc presenti publico instrumento, perpetuò valituro: damus, concedimus, & in presenti tradimus, vobis Petro de Orto, Raymundo de Bliola, Sancio de la Barca, Petro Rull, Bernardo Conill, Balagarij de Almenario, & Arnaldo Rubi, & omnibus alijs populatoribus, presentibus, atque futuris, ibidem viuentibus, vestris, & suis successoribus; ad populandum, morandum, & habitandum in perpetuum, quandam locum nostrum, qui dicitur Alcalá, qui est in termino e Xiuerti &c. actum nonas Martij anno 1250.

Quod instrumentum receptum fuit, per Petrum de Tamarito

marito notarium, & reconditum est in archiuo castri Montesiæ, in libro de Poblacions; vbi & aliud simile reperitur, cum quo Guillelmus de montañyana magister militiæ Templi, de consensu, & voluntate fratrum, concessit Raymundo Perpunterij, & Bernardo Conill, cum quadraginta socijs, ad morandum, & habitandum, locum de Alcoceuer, situm intra terminum de Xiuert, quod actum fuit 4. Idus Martij. anno Dñi. 1260. & receptum per Petrum de Tamarito notariū. Ex quibus instrumentis, remanet probatum, loca de Alcalá, & de Alcoceuer, constituta fuisse intra terminum de Xiuert, cum Illa custodita sint, in archiuo publico castri Montesiæ, et authentica sint, et inter authenticas scripturas recondita, et acta inter personas quarum intererat terminatio, et non solum antiqua, verum et antiquissima sint. Præterea etiam constat, loca de Alcalá, de Alcoceuer, de Castellnou, et de Polpiz, sita fuisse intra terminum castri de Xiuert, per ea quæ refert Doctor Beuther, in chroni. de España, lib. 2. c. 29. ibi sub his verbis. *Dieronse tambien Alcalá, Alcoceuer, y Castellnou, que son del termino de Xiuert, y luego a pocos dias se dio Polpiz, que es tambien deste termino &c.* de quo dubitandum non est, cum caput præceptorie sit Xiuert, et semper loca de Alcalá, Alcoceuer, Castellnou, et Polpiz, constituta fuerint, intra dictum terminum, et in omnibus libris, et instrumentis antiquis ita deductum inuenij, nemine contradicente.

§. XV.

CONTROVERSA inter Episcopum, & capitulum Deriuſen. ex vna, & magistrum, & fratres Templi, ex altera, super Ecclesijs, decimis, & primitijs castri de Xiuert, & locorum termini eiusdem.

- 2 *Compromissum, & sententia arbitraris super prædictis Ecclesijs, decimis, & primitijs.*
- 3 *Arbitrorum species quot sint.*
- 4 *Differentia inter amicabilem compositorem, et arbitratorem.*
- 5 *Ex modo procedendi cognoscitur, utrum ut arbiter, an vero ut arbitrator aliquis processerit.*
- 6 *Narratiua sententiæ antiquæ probat.*
- 7 *Arbitri, ad controuersias componendas eliguntur.*
- 8 *Sententia arbitri, laudum dicitur, & cum pronunciat, dicitur laudare.*
- 9 *Pæna solet, solum apponi, in compromisso arbitrorum, non autem arbitratorum.*
- 10 *Compromissum ualet, etsi in eo deficiat pæna.*
- 11 *Compromissum arbitrorum, requiritur quod scripto notetur, non autem arbitratorum.*
- 12 *Arbitrium quid imponat de iure.*
- 13 *Quanto tempore duret potestas concessa arbitris in compromissis, si in eo non est præfixum certum tempus, ad proferendum laudum.*
- 14 *Compromissi instauratiua de iure ciuili, triennio perit.*
- 15 *Solum possunt compromittere super rebus Ecclesiæ, qui alienare possunt eas.*
- 16 *Quomodo Episcopi, bona ecclesiæ alienare possunt.*
- 17 *Episcopus, & capitulum, transigere possunt super rebus Ecclesiæ, non tamen Episcopus sine capitulo.*
- 18 *Transigere, & compromittere equiparantur.*
- 19 *In alienatione rerum Ecclesiæ, ut legitimè fiat quid requiratur.*
- 20 *Subscriptio sollemnitas est, consensum demonstrans.*
- 21 *In sententia antiqua, sollemnitas extrinseca præsumitur, licet de ea non constet.*
- 22 *Gesta in antiquis, sollemniter gesta præsumuntur.*
- 23 *Tempus antiquissimum, dicitur spatium centum annorum.*
- 24 *Sollemnitas intrinseca etiam si sit principaliter in præiudicium tertij præsumitur ex antiquitate, nedum 40. sed & 30. ann.*

- 25 *Compromissum non dicitur completum proprie, ante arbitrorū acceptionem.*
- 26 *Episcopus, & capitulum transigere possunt, super bonis non dum unitis Ecclesia, absq. superioris autoritate.*
- 27 *Comendabile est, seruos Dei non litigare.*
- 28 *Laudum emologatum a partibus, executionem habet de iure civili, & Canonico.*
- 29 *Non sunt necessariae subscriptiones ad emologationem laudi de iure Canonico, sed sufficit tacita emologatio.*
- 30 *Ab emologatione laudi nascitur actio, procedens ex nouo pacto inito per emologationem, de obseruando disposita in laudo.*
- 31 *Sententia quantumcumq. nulla, potest ratificari a partibus, nō ut habeat vim sententia, sed vim pacti, ex nouo contractu.*
- 32 *Arbiter non potest cognoscere de alia re, nisi de expressis in compromisso.*
- 33 *Arbiter manum extendere potest, ad nō deducta in compromisso, dum modo ista adhæreant expressis in eo.*
- 34 *Fratres Templi, in anno. 1263. vigente eorum ordine, veri Ecclesiastici, & persone religiosa erant.*
- 35 *Vbi eadem ratio, idem ius militare debet.*
- 36 *Dictiones, ita, & tamen, iuncta sunt modificatiue præcedentium.*
- 37 *Vnum corpus, & vnum consilium dicuntur, prælati alicuius ordinis, & fratres eiusdem.*
- 38 *Quando in sp. spectat ad collegium fratrum, non possunt præsentare fratres, nisi cum concensu prælati eorum, nec e conuerso, nisi per consuetudinem ad prælatum spectare constet.*
- 39 *Præsentatio Ecclesiarum propria ad patronos spectat, quæ dicitur fructus iuris patronatus.*
- 40 *Magister & fratres Templi, erant veri, & indubitati patroni Ecclesiarum castri de Xiuert, & locorum termini eiusdem, nempe de Alcalá, de Alcoceuer, de Castellnou, & de polpiz.*



POSTquam in prædicto anno. 1260. fuit concessus per magistrum, et fratres Templi, locus de Alcoceuer, termini castri de Xiuert, ad morandum, et vitam degendum in eo, Raymundo Perpunterij, et alijs supradictis, et terminus peculiaris eiusdem, ad excolendum; reseruatis sibi decimis, et primitijs: magna suscitata fuit contro- uersia, inter Episcopum, et Capitulū Dertusæ ex vna, et dictos magistrum, et fratres Templi ex altera: super decimis, et primitijs, ac Ecclesijs Parrochialibus castri præ dicti de Xiuert, et locorum termini eiusdem. Super qua et alijs quam plurimis litibus, et cōtrouersijs inter eodē motis; cōpromisserunt in Arnaldū, Abbatem Popule- ti, et Arnaldum de Gualba, Archidiaconum Viceñ. Epif copus autem, et capitulum de iure suo deducebant; quemadmodum supra in §. 10. deduximus. Super deci- mis, primitijs, et Ecclesijs Ceruariæ, et locorum termini eiusdem. Et similiter magister, et fratres Templi, sicut magister et fratres hospitalis ibi: quod compromissum firmarunt, ad sedandas lites, et vitādos sumptus, cuius tenor; nec non et sententiæ arbitralis eius vigore late, sequitur in hunc modum.

NOVERINT vniuersi, quòd cum causa vertetur, inter Domi num Bernardum Dei gratia Episcopum, & Capitulum Eccle- siæ Dertusæ. ex vna parte, & fratrem Guillelmum de Pontonibus magistrum militiæ Templi, in Aragonia, & Cathalonia, & fratrem Dalmacium de Feniculario, comendatorem Dertusæ, & fratrem Bernardum de Altariya, comendatorem Ortæ, & fratrem Raymū- dum de Villalba, comendatorem Cantauetulæ, & fratres militiæ Templi, ex altera: super mutuis petitionibus, quas inter se faciebāt. Tandem pro bono pacis, & concordiæ, compromisserunt omnes dictæ partes in fratrem Arnaldum Populeti Abbatem, & Arnaldum de Gualba, Archidiaconum Viceñ. sub pœna mille aureorum, quam partes fuerunt adinuicem stipulati: Itaque quidquid ipsi duo, tam
de

de iure, laudo, vel quod amicabili compositione, inter eos duxerint ordinandum, simul, vel separatim, diebus feriatis, vel non feriatis; altera etiam parte absente, super omnibus controuersijs, quas contra se opponerent; ratum, & firmum, perpetuò ab ipsis habeatur, sub pœna prædicta. Pars verò quæ noluerit obtemperare arbitrio dicto, laudo, vel ordinationi prædictorum arbitrorum, parti obtemperanti; prædictos mille morabatinos soluat propœna. Et hæc omnia & singula suprædicta promisserunt dictæ partes, se attendere, & complere, & in nullo contravenire; sub pœna prædicta. Pro qua pœna obligauerunt, alter, alteri, sibi ad inuicem: omnia bona sua. Et super hoc renunciarunt omni iuri, & cõsuetudini, & priuilegio, siue priuilegijs, quæ, vel quibus possint se iuuare contra prædicta, vel aliquid prædictorum. Fuit etiam insuper adiectum à partibus, quod prædicti arbitri possint cognoscere de commissione pœnæ, ante sententiã, & post ipsam adiudicandæ parti acquiescenti. Quod est actum, quarto idus Madij anno Domini, millesimo, ducentesimo, sexagesimo tertio. Præsentibus, fratre Berengario de Concabella, Abbate Benifazani, fratre Matheo, monacho Populeti, Petro Paschasij, clerico Illerden. Bertrando de Acrimonte, Iuris perito. Bernardo de Linyerola, rectore Ecclesiæ de Tiuzia, & Guillermo de Richerio, rectore Ecclesiæ castri Asinorum. Coram quibus arbitris, dicti Episcopus, & capitulũ, suas petitiones posuerunt, sub hac forma. Petunt Episcopus & capitulum, à fratre Guillermo de Pontonibus magistro militiæ Tẽpli in Cathalonia, & Aragonia, & alijs fratribus eiusdem militiæ, duas partes decimarum, & omnes primitias castri de Xiuert, & de Algars; & omnium possessionum, quas habent in Borriana, & eius terminis, quas ipsi excolunt, vel etiam populatoribus excolendas dederint in locis antè dictis, secundum compositiones, inter dictos Episcopum, & Capitulum, & dictos fratres factas, ad quod dicti magister & fratres responderunt, se non teneri, cum sint tuti priuilegijs Romanorum Pontificum, & alijs quam plurimis deffensionibus. Item petierunt duas partes decimarum vallis de Batea &c. quibus petitionibus oblatis, & propositis, coram prædictis arbitris, & responsionibus ad quasdam earum sequutis prout in fine petitionis cuiuslibet continetur: vtraque pars, ad fundadam intentionem suam, produxit priuilegia, instrumenta compositionum, & alia instrumenta: & fuit renunciatum, & conclusum in causa. Et latum arbitrium in hũc modum. Nos frater Arnaldus Abbas Populeti, & Arnaldus de Gualba

Archidiaconus Viceñ. arbitri prædicti, arbitrando, componendo, seu laudando pro bono pacis, & concordia dicimus: sub pena mille marabatinorum in compromisso contenta. Super prima petitione Episcopi, & Capituli Dertuseñ. quod omnes Ecclesie parrochiales, que sunt, vel pro tempore fuerint, in castro de Xiuert, & eius termino, & in loco de Algars, & in loco qui vocatur sicco, in termino Burrianæ, subsint in temporalibus, & spiritualibus pleno iure, domino Episcopo Dertuseñ. & clerici, siue rectores prædictarum Ecclesiarum qui sunt, vel pro tempore fuerint in dictis locis, integre percipiant primitias à christianis, qui in prædictis locis habitauerint; Ita tamen, quod in prædictis Ecclesijs, cum vacauerint prædictus dominus Dertuseñ. Episcopus. Instituat personas idoneas, ad præsentationem fratrum Templi. Præterea, fratres Templi, de possessionibus, quas proptio nomine excolunt, in Xiuert, vel eius terminis, vel in Borriana, vel eius terminis, non teneantur dare decimas aliquas Episcopo, vel clericis, qui in prædictis locis Ecclesias habuerint parrochiales &c. de decimis verò omnium fructuum, qui prouenient vltra festum sancti Michaelis proximum venturum, de omnibus possessionibus de Algars, percipiant in perpetuum, dominus Episcopus Dertuseñ. dimidiam, & fratres Templi, aliam dimidiam, (excepta quadam vinea, & quodam orto, qui sunt in Algars, de quibus, nullam partem dictus Episcopus, & ecclesia Dertuseñ. percipiant: quando ea suis proprijs sumptibus excoluerint) & de decimis omnium fructuum, & de omnibus possessionibus, quas nunc excolunt, vel excoluerint, in futurum Christiani, in castro de Xiuert, vel eius terminis &c. hæc omnia, & singula supradicta arbitrando, laudando, & componendo dicimus. Iniungendo partibus, sub pena in compromisso contenta; quod prædicta, & singula sicut superius dicta sunt, perpetuò, & irrevocabiliter obseruent, & faciãt obseruari. Quo arbitrio prolato, dominus Bernardus Dei gratia Episcopus, & Capitulum ex vna parte, & dictus magister, & frater Dalmacius de Fentulario, comendator Dertusæ, & frater Bernardus de Altaripa comendator Oitæ, & frater Raymundus de Vilalba Comendator Cãtauet ullæ, ex altera: laudauerunt & approbauerunt, arbitriũ prædictum. Promittentes sibi ad inuicem, obseruare perpetuò, arbitrium prædictorum; & omnia, & singula in eo contenta. Acta fuerunt hæc, pridie idus Maij anno Domini, millesimo, ducentesimo, sexagesimo tertio, in palatio Domini Episcopi. Præsentibus fratre Berengario de Concabella, Abbate Benifazani, & fratre Arnaldo de Barberano, ordinis Prædicatorum, & Petro Paschasij Iuris perito, & Ber-

erando de Acrimonte Iurisperito, & Raymundo de Castelleto milite, & Berengario de Rajadello milite, & Guillermo de Richerio capellano Ecclesiæ castri Alinorum, & Raymundo de Vliola rectore Ecclesiæ de Orta, & Flamenco de Hospitali, & Petto Saluatoris de Orta, & Michaelae de Montornes. Ego Bernardus Dertusen. Episcopus subscribo. Ego Petrus de Podio Dertusen. prior, subscribo. Ego Bñ. de Binesar prior claustralis Sedis Dertuse subscribo. Ego Bg. G. Dertusensis canonicus subscribo. Sigñum Guill. Descamps canonici Dertusæ. Sigñum Geraldi de Ciutadia cantoris Dertusæ. Sigñum Dominici Camerarij. Ego Pocius de Vlmo, Decanus Dertusen. subscribo. Ego magister Iacobus Dertusæ Infirmarius subscribo. Sigñum Bernardi Archidiaconi. Sigñum Arnaldi Sacriste sedis Dertuse. Ego Bñ. nominis Dei, canonicus Dertuse subscribo. Sigñum G. de Tamarito hospitalarij. Sigñum fratris Guillermi de Pontonibus, magistri milicie Templi, in Aragonia, & Cathalonia. Sigñum fratris Dalmatij de Feniculario, comendatoris Dertuse. Sigñum fratris Bñ. de Altaripa, comendatoris Orte. Sigñum fratris Raymundi de Vilalba, comendatoris Cantauetule. Nos qui laudamus concedimus & firmamus: testesq. firmare rogamus. Sigñum fratris Berengarij de Concabella Abbatis de Benifazano. Sigñum fratris. A. de Barberano, ordinis Prædicatorum. Sigñum Petri Paschafij Iurisperiti. Sigñum Bñ de Acrimonte iuris periti. Sigñum Raymundi de Castelleto militis &c. testiũ. Sigñum Petri de Tamarito notarij publici Dertuse, qui hoc scribi iussit, & subscriptiones Arnaldi sacriste, & Guillermi Descarp canonici prædictorum, qui valitudine corporis laborantes, non potuerunt, subscribere, iussu eorundem &c.

3 Ad cuius arbitralis sententiæ, laudi, seu arbitrij enteleationem, deducendum venit: de iure tres esse arbitrorum species, quorum quidam dicitur arbiter simpliciter, & hic est in quem de partium cõcordia cõpromittitur, imposita pæna parti contrauenienti. Alter verò arbitrator; & hic est qui amicabiliter litem dirimit, defacto potius quàm de iure; & non seruato iuris ordine. Tertius verò dicitur, iuris arbiter, quia de iuris necessitate eligitur, vt verbi gratia, quando eligitur ad cognoscendum super suspicionibus contra iudicem allegatis; ita resoluit Maranta, in specul. aur. in 4. p. distin. 14.

n. 2. cum seq. Cancer in var. resolut. c. 21. nu. 1. 2. & 3. p. 1. & Abb. in c. quinquaginta. nu. 7. de iure iuran. & doctores super eò, & signanter Imola ibi in vers. an au. ē sit aliqua. & c. dicens differentiam, inter arbitros, & amicabilem compositores esse, quia arbitri, p̄ arbitramētū debēt causam diffinire; amicabilem enim compositores, debent reducere partes ad concordiam, absq. eò quod ipsi pronuncient. quod tenet Bar. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitris. & Bal. ibi. Et nota quod aliquandò, iura loquentia de arbitro, comprehendunt arbitratorē docet Abb. in c. quinquaginta. n. 37. de iur. iuran. iux. text. in c. exposita de arbi. Quibus premissis scias etiam, quod ex modo procedendi, colligitur vtrum pronuncians fuerit arbiter, iux. Abb. in c. quinquaginta. num. 42. de iur. iuran. Bar. in l. 1. n. 5. ff. de iudicijs. & in l. si seruus. §. si numerus. n. 4. ff. de leg. 1. Mohed. decis. 229. nu. 3. & quia Abbas, & Archidiaconus prædicti sententiam tulerunt, auditis partium prætensionibus, regulariter, & visis instrumentis, & priuilegijs partium, & in forma iuridica, vt arbitros declarasse dicendum est: namq. arbitri procedere tenentur, iuris ordine seruato, & arbitratores nō. doctrina est Innocen. in d. c. quinquaginta. n. 42. de iur. iuran. & Abb. ibidem. n. 42. Iodoc. Damhou. in prac. ciui. c. 203. n. 4. 21. & 22. Iasonis. in §. omnium. vers. quidam. de action. Petr. Iac. in prac. tit. de recur. ad arbit. boni viri. in prin. tum etiam infertur concludentes, vt arbitros, & non vt arbitratores. seu amicabilem compositores pronunciaſſe, ex narratiua facta per eosdem arbitros, in principio dictæ sententiæ, sub his verbis. *Nos frater Arnaldus Abbas Populeti; & Arnaldus de Gualba Archidiaconus Viceñ. arbitri prædicti & c.* Et etiam quia idem arbitri, in sententia arbitrari dicunt se inter dictas partes arbitrari, & partes cōpromittentes dictam sententiam arbitrium

- 6 bitrium vocant, prout ex verbis narratiuæ prædictæ apparet: quæ in huiusmodi sententia arbitrarij, lata tertentis & quadraginta ab hinc annis, vel inde plus probat. & idem tenendum est, iuxta doctrinã Cassador, decis. 3. n. 3. de procuratoribus. desuper latè adductam. Tum etiã plenè constat vt arbitros pronunciaffe, ex his verbis in fine sententiæ prædictæ contentis. *Hec omnia, & singula sic prædicta arbitrando, laudando, & componendo decimus &c.*
- 7 Arbitri enim, ad lites, & controuersias componendas, & finiendas eliguntur iux. tex. in l. quamuis arbiter. ff. de recep. arbi. & Iod. Damhou. in prac. ciui. c. 203. num. 2.
- 8 Tum etiam quia arbitri cum pronunciant, dicuntur arbitrari, seu laudare, & eorum sententia laudum dicitur constat ex notatis per Abb. in c. cum dilectus. n. 3. de arbi. & in c. 1. n. 2. eodem tit. Celsum Hugo. conf. 97. n. 2. & conf. 22. n. 3. & Cancer in var. resol. p. 1. cap. 21. nu. 4. deinde etiam, colligitur vt arbitros pronunciaffe, ex verbis compromissi desuper adducti, sequentibus. *Fuit etiam insuper adiectum a partibus quod prædicti arbitri possint &c.* & similiter, in eodem instrumento compromissi, seu verbis eiusdem immediatè sequentibus in modum sequentem. *Coram quibus arbitris, dicti Episcopus, & capitulum, suas petitiones proposuerunt &c.*
- 9 Finaliter autem concludimus, vt arbitros pronunciaffe quia in compromisso, imposta erat pœna pecuniaria, parti contrauenienti, quæ tantũ apponi solet, cũ cõpromittitur in arbitrũ. docet Iod. Dãhou. in prac. ciui. c. 204. n. 1. & 2. & Azon. in sum. lib. 2. tit. de arbi. n. 9. Et nota quod nõ idè quia in compromisso pœna deficiat irritũ est, nã illa in eo nõ est itã necessaria de iurè, quòd ea difficiente, claudicet cõpromissũ. nãq. absq. ea dari potest, et firmũ manebit. iux. Inno. in c. quin
- 10 tauallis. num. 4. de iur. iuran. Quod compromissum arbitrorum, scripto notandum est, vt authenticetur, &
- 11

- arbitratorum compromissum non. Damhoude. ibi. n. 4.
 12 §. & 6. Cumque arbitrium nihil aliud sit, quam potestas
 voluntariè data alicui, & recepta ad pronuncian-
 dum in lite, prout arbitro visum fuerit, aliquandò certa pœna
 vallata, & certis terminis limitata. iuxta relata per Ho-
 stien. in sum. lib. 1. tit. de arbitra. n. 1. & in præfenti nos-
 tro negotio, data fuerit potestas prædictis Abbati, & Ar-
 chidiacono arbitris, per compromittentes, in instrumento
 compromissi vallato cum pœna mille aureorum, ad pro-
 nunciandum super controuersijs dictorum compromit-
 tencium, & illud fuerit scriptis notatum: concludendù
 13 est, vt arbitros declarasse. Nec dicendum est, in aliquo
 deficere compromissum hoc, ex quo in eodem non est
 præfixum certum, & limitatum tempus, intra quod ar-
 bitri laudum proferre deberent, iuxta diffinitionem su-
 pra adductam: namque si à partibus forsan non præfin-
 gitur tempus certum, intra quod arbiter laudum pro-
 ferre teneatur, quemadmodum in huiusmodi compro-
 missis; ratum & firmum manebit, non obstante di-
 cta temporis incertitudine, quia de iure, tanto tempo-
 re durat potestas arbitri, quanto durat actio; nisi tacitè
 vel expressè reuocetur à partibus prædicta potestas. ita
 resoluit Abb. in c. quinta uallis. nu. 3. de iur. iuran. iuxta
 dispositionem authenticæ. si tamen in medio. C. de tem-
 14 po. appell. & c. et tex. in clemen. quamdiu, de appella. In
 stantia autem, non perit de iure canonico coram arbi-
 tro, per lapsum triennij, sicut resoluit Abb. in cap. cum
 dilectus. n. 21. de arbitris. licet de iure civili, triennio pe-
 reat. iux. doctrinam Bar. in l. si de meis. §. ex compromis-
 so. nu. 3. ff. de recep. arbit. iuxta quam dispositionem, tã
 iuris canonici, quã civilis, nec instantia periuic coram
 arbitris antèdictis, nec potestas eorum extincta fuit,
 tempore quo laudum protulerunt: namq. 4. idus Madij
 anno

anno 1293, fuit à partibus compromissum firmatum.
 nempè die. 9. prædicti mensis. et ipsius vigore, laudum
 latum fuit, pridie idus madij eiusdem anni: nempè die
 12. mensis prædicti: itaque intrà spatium trium dierū,
 post cōpromissum firmatum, arbitri laudauerunt. Nūc
 super est videre, vtrum partes supradictæ, compromif-
 15 sum prædictum firmare potuerunt. Et certè de iure, so-
 lum compromittere possunt super rebus ecclesiæ, illi
 qui alienare possunt eas. vide Abb. in c. cum tempore n.
 3. de arbitris, et cū Episcopus solus, non possit bona Ec-
 clesiæ alienare. seu Ecclesiã perpetuò obligare. iux. tex.
 in c. sinè exceptione. 12. q. 2. & c. 1. de his quæ fiunt à præ-
 latis. nec indirectè poterit, scilicet compromittendo
 iux. tex. in c. peruenit. de arbit. et Specul. eodem tit. §. re-
 stat. vers. sed nunquid clericis. §. finitur. vers. sed nun-
 16 quid prælatus. et Abb. conf. 62. n. 1. p. 1. Benè autè de iu-
 re, Episcopus, et capitulū simul, cōpromissū firmare pos-
 sunt: super rebus ecclesiæ. iux. Abb. doctrinam in c. tem-
 pore n. 3. de arbit. idè scilicet, quia eò modo res eccle-
 siæ alienare possunt, prout constat ex text. in cap. sinè
 exceptione 12. quæst. 2. & in cap. 1. de his quæ fiunt
 à præla. cum alijs tex. concordantibus. et ita, licet dicti
 Episcopus, & capitulum, firmando supradictum com-
 promissum, indirectè viderentur bona Ecclesiæ Der-
 tuseñ. alienare, iuxta iura deducta, legitimè illud firma-
 17 re potuerunt, quia & directè alienare poterant. Et ea
 de causa, Episcopus sinè capitulo transigere non
 potest, benè tamen cum eo. iux. tex. in cap. contingit.
 de transaction. & docet Hostien. in summa. §. quis po-
 test transigere. vers. sed quærit an prælatus. tit. de tran-
 factio. & si transigere non potest nisi cum capitulo, ergo
 18 nec cōpromittere. Quia transigere, et compromittere
 æquiparantur. Et modus requisitus in vno, similiter re-
 quiri-

19 quiritur in alio. docet latè Hostien. in summa tit. de ar-
 bit. §. impeditur etiam. n. 7. in fine. Et quia argumentum
 de transactione, ad compromissum benè procedit iux-
 doctrinam Felin. cons. 51. nu. 5. ex quibus infertur, tot
 requisita interuenire debere in firmando compromif-
 sum, seu trāsactionem super rebus Ecclesiæ, quot in ea-
 rum alienatione; in qua requiritur consensus Episcopi,
 & capituli, cum subscriptione canonicorum, præceden-
 te tamen tractatu. iux. tex. in c. sinè exceptione. 12. q. 2.
 & in c. 1. de his quæ fiunt à præla. & ibi Abb. communi-
 ter receptus, iux. notata per Nauarr. in consil. 5. num. 5.
 tit. de reb. eccle. alienan. lib. 3. tom. 1. quæ requisita, in
 20 huiusmodi compromisso adsunt. Namque de consen-
 su Episcopi, & capituli, satis constat, ex narratiua prædi-
 cti compromissi, & ex subscriptione Episcopi, & cano-
 nicorum, quæ solennitates extrinsecæ sunt, demonstnan-
 tes etiam consensum subscribentium. docet Abb. in c.
 21 per tuas. num. 9. de arbit. De tractatu autem habito in-
 ter dictum Episcopum, & capitulum, ad firmandum di-
 ctum compromissum, nullatenus constat: at uerò cum
 compromissum, & laudum eius vigore latum, sint acta
 antiquissima, pro validitate eorum, præsumendum est
 interuenisse, seu præcessisse tractatum prædictum: quia
 est de solennitatibus extrinsecis prædictæ sententiæ ar-
 bitralis, et compromissi: iuxta notata per Bart. in l. scien-
 dū. n. 2. ff. de verborum oblig. quia cum reperiantur cō-
 promissum, et laudum legitimè facta præsumendum
 est in antiquis (quemadmodū hæc, quæ non solum anti-
 qua, verum et antiquissima sunt) præcessisse ad firman-
 dum illa, tractatum suprædictum, tanquam præparato-
 rium fundamentum, et solennitatem necessariam. do-
 cet Felin. in cap. sicut. nu. 33. de sen. et re iud. et alij ad
 22 hunc propositum desuper citati. Et quia gesta in anti-
 quis

quis solenniter gesta præsumuntur. Rota in nouissi. de-
 cif. 340. n. 2. p. 2. quod antiquitus gesta dicantur supra-
 23 dicta, constat; quia tempus non solum tercentorum an-
 norum, verum & centum, dicitur antiquissimum, prout
 refert Ceph. conf. 250. n. 18. vol. 2. Mascard. de proba-
 tio. conclu. 103. num. 1. vbi resoluit, hanc opinionem re-
 ceptiorem esse. & Crauet. de antiqui. tempor. in princ.
 nu. 4. & consil. 141. nu. 3. vol. 1. Et quia tercentis, & qua-
 24 draginta ab hinc annis, laudum, & compromissum ges-
 ta fuerunt, legitime facta censi debent. Et in tantum
 procedit præsumptio huiusmodi, quòd etsi sit in præiu-
 ditium tertij, solennitatem extrinsecam in eis interue-
 nisse præsumendum est, ex antiquitate nedum centum,
 verum, & 40. vel. 30 annorum. ita resoluit Cassador.
 decis. 3. de procurat. num. 1. nec obest opponere quòd
 compromissum claudicat, ex quo in eo non constat de
 de subscriptionibus Episcopi, & capituli, namq. cõpro-
 missum, partium petitiones, & successiuè laudum, vno &
 eodem instrumento clausa, & subsignata fuerunt, & vni-
 co contextu exarata: ideò subscriptiones Episcopi, &
 25 canonicorum in fine laudi appositæ, consensum omniũ
 præcedentium demonstrant, & per consequens, com-
 promissi, cum præcedat. Tum etiam quia, compromis-
 sum dicitur contractus celebratus inter compromitten-
 tes, & arbitrum: vt onus arbitrandi acceptet, post com-
 promissum firmatum, & propriè non est completum,
 & perfectum, antè arbitratorum acceptationem, iuxta
 deducta per Celsum Hugo. consil. 30. num. 12. allegan-
 tem Bal. in l. si cum dies. ff. de arbitris. & cum non con-
 stet de acceptatione arbitratorum, aliter quàm per lau-
 dum per eos latum, & tunc solum dici possit compro-
 missum perfectum; sufficiet dictas subscriptiones, post
 laudum continuatas fuisse, cum antè illud non con-

fiet de arbitratorum acceptatione, & ea propter compromi-
 ssum perfectum non esse, nisi post laudum dici possit,
 maximè cum vnico contextu, et in eodem instrumēto,
 sub vna, & eadem clausura exarata sint, laudum, & par-
 26 tium petitiones, & compromissum. Et omnibus his
 additur; Episcopum cum capitulo transigere posse, su-
 per bonis nondum vnitis, & incorporatis Ecclesiæ absq.
 superioris autoritate, et si Episcopus iurauerit non
 alienare bona Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice;
 ità resoluit Natta consil. 44 r. num. 12. & docet Bal. in
 l. præses. vers. item secundū quosdam C. de transactio.
 cumq. res super quibus cōpromissum huiusmodi firma-
 runt Episcopus, & capitulū, adhuc vnitæ non essent Ec-
 clesiæ Dertusenē. nēpè decimæ & primitiæ, ac præsentia-
 tio, seu ius patronatus Ecclesiarū castri de Xiuert, & lo-
 corū sui termini; legitimè potuerunt compromittere, &
 iuxta deducta cōpromissum validū, & firmū est; & ità in
 similibus cōtrouersijs procedendū est ad sedandas lites
 & vitādos sumptus, et alia incommoda, quæ ex litibus
 27 insurgunt; Et prælati ità se habere debent, cum canoni-
 cis, quia comendabile est, seruos Dei non litigare. text.
 in cap. 1. de syndico, & actio. Prætereà cum arbitri vi-
 gore prædicti compromissi laudum suum legitimè pro-
 28 ferre possent, de eius validitate tractandum est. Ad quod
 præmittimus, laudum emologatum à Partibus executio-
 nem habere; tam de iure ciuili, quàm canonico. iuxt.
 text. in cap. per tuas de arbit. & ibi Abb. nu. 4. hoc affir-
 mans, & Innocen. constat autem huiusmodi lau-
 dum, emologatum fuisse à patibus ex subscriptionibus
 partium, quæ sunt solennitates extrinsecæ, ad demonstrā-
 dum eorum emologationem. Adb. in dicto. c. per tuas
 29 num. 9. de arbit. quæ subscriptiones, ad emologatio-
 nem laudi necessariæ non erant de iure canonico, sed
 suffi.

sufficiebat tacita emologatio: quæ inducitur, quando partes non contradicunt intra decem dierum spatium, ita docet Abb. ibi num. 9. & Innocen. ibi. num. 2. asserit quosdam dixisse sufficere emologationem absq. subscriptione secundum canones; mouetur autem Abbas ex eo quia; in dicto cap. per tuas Summus Pontifex nihil de subscriptione dicit, sed solum disponit; quod si arbitrium fuerit receptum, habeat executionem: nihilominus, licet subscriptio requiratur ad legitimam emologationem; laudum hoc emologatum fuit, ex eo quia à partibus subscriptum extitit, et intra decem dies non contradixerunt, & multo fortius; quia præter subscriptionem, & taciturnitatem; purè & simpliciter, ac etiam expressè partes illud approbauerunt: prout constat desuper in calce instrumenti laudi. Quamobrem datur actio cuiq. ex partibus. contra eam quæ noluerit obseruare disposita in dicto laudo, quæ nascitur tacitè ex nouo pacto inito, de obseruando omnia disposita in laudo. Abb. in dicto. cap. per tuas. num. 15. et Inno. ibi num. 2. Et mouetur Abb. hac potissima ratione, nam sententia lata à iudice, quantumcumq. sit nulla, potest ratificari à partibus, non vt habeat vim sententiæ, sed vim pacti ex nouo contractu. vt probatur in l. 2. C. commu. vtriusq. iud. et notat Bart. in l. vnica. C. qui pro sua iu. & Canonistæ. post. glos. in c. significasti. de foro comp. et idèd pari ratione potest ratificari sententia arbitri, vt non agatur ad eius obseruationem propter illà, sed ex tacito pacto, et quodam modo, ex nouo contractu: quia propter cum post laudum hoc Episcopus, et capitulum ex vna, et magister, et fratres Templi ex altera, purè et liberè approbauerint illud, et promisserint se adinuicem obseruare omnia contenta in eodè, prout apparet ex sequenti clausula instrumenti de super adducti:

quo arbitrio prolato. dominus Bernardus Dei gratia Episcopus, &
 capitulum ex una parte, et dictus magister & frater & c. ex alte-
 ra, laudarunt, & approbarunt arbitrium prædictum: promittentes
 sibi ad inuicem obseruare perpetuò arbitrium supradictum, & om-
 nia, & singula in eo contenta & c. necessario concludendum
 est, eorum quolibet, agere posse vigore pacti initi, post
 laudum latum, contra nolentem adimplere, & obserua-
 re contenta in eodem: quo remedio vti non oportuit,
 cum omnia, & singula, in dicto laudo disposita, obserua-
 ta fuerint à partibus inuicem, quæ arbitralis sententia
 nouum ius non induxit, sed quod ad partes spectabat
 declarauit. iuxta desuper latè dicta adhuc propositum
 per relata à Gigante conf. 48. n. 2. & conf. 49. n. 9. & per
 eam plenum ius, & nō nouum, inductum remansit par-
 32 tibus, Feli. in c. cum venerabilis. nu. 29. de expection. Et
 obijcere non possunt, quòd arbitri prædicti excefferunt
 fines potestatis eis concessæ in compromisso: declaran-
 do, & laudando circà ius patronatus, seu præsentatio-
 nem ecclesiarum parrochialium castri de Xiuert, & lo-
 corum termini eiusdem, ex quo arbiter, non potest cog-
 noscere de alia re, quā sit in compromisso expressa. iux.
 33 tex. in c. cum dilectus. de arbit. quia de iure textus hic,
 hanc limitationem sibi consonam habet, scilicet arbi-
 tros posse extendere manum, ad non deducta in com-
 promisso, dummodo ista adhæreāt expressis in eo, præ-
 fertim si causa principalis diffinire commodè non pos-
 sit. iux. glos. secundam. in d. c. cum dilectus. de arbit. &
 ibi Abb. n. 19. & Innocen. in c. ex parte. n. 1. vers. sed di-
 ces. eodem tit. & glos. in l. non distinguemus. in §. de
 officio. ff. de arbit. quare necessario arbitri supradicti de-
 buerūt pronunciare iuxta seriem compromissi, super iu-
 repatronatus ecclesiarum prædictarum, cum rectori-
 bus earum, primitiæ super quibus lis vertebatur adiu-
 dicatæ

dicatæ fuerint, & collatio dictarum ecclesiarum, Episcopo reservata, ad præsentationem fratrum Templi, accessorie enim declarandum veniebat, dicti rectores, quomodo instituendi erant in dictis ecclesijs; & quamvis dubium aliquod ex hac declaratione resultare posset, ex eo quia arbitri compromissi facultatem excefferunt; illud è medio tollit, pactum expressum per partes firmatum de observando omnia, & singula in laudo contenta, & declarata. Nunc superest videre vtrum magister Templi, cum consensu fratrum eiusdem ordinis, compromissum prædictum firmare potuerit. et sciendum est, quod tempore quo firmarunt dicti fratres, & magister Templi cõpromissũ hoc, ordo præfatus vigeat, & vigit post illud per spatiũ quadraginta annorũ, vel inde plus, prout inferius latè dicemus; quo tempore veri religiosi erant iux. tex. in c. cum et plantare. in princip. de privilegi. ibi sub his verbis: *Fratrum autem & coepiscoporum nostrorum conquestione comperimus, quod fratres Templi, & hospitalis, & alij religiosi &c.* ac etiam erant, personæ ecclesiasticæ, quemadmodum constat ex notat. per Nauarr. in apolog. lib. de reddit. ecclesie. q. 1. monito. 55. num. 1. Cumq. personæ ecclesiasticæ, et religiosæ essent, necessariò dicendum est, bona ordinis eorum ecclesiastica fuisse, quia erant de patrimonio ecclesiasticæ, seu religiosæ communitatis: et ità cum eadem ratio militet, cũ dictis Templarijs, ac cum Canonicis et Episcopo Dertuseñ. ex quo verè religiosi fuerunt, et nunc sunt canonici prædicti, regulares scilicet ordinis diui Augustini, qui profitètur sicuti alij veri religiosi, et tria vota emittunt; idè in firmãdo compromissum supradictũ, et in emologatione laudi, virtute eiusdem, per arbitros lati, idem ius militare debebat, et eadem solennitates interuenire: iuxta illud vulgatum iuris, quod vbi eadem

ratio militat, idem ius militare debet, tex. in l. illud. ff. ad l. aquil. et l. à titio. ff. de verb. oblig. et ea propter cōcludendum venit. Laudum legitimè emologatum fuisse, per dictum magistrum Templi, et fratres eiusdem ordinis, & compromissum firmatum: cum totidem solennitates, quot inueniuntur in illis, pro parte Episcopi, & capituli, tot adsint in eisdem pro parte magistri, & fratrum prædictorum: & cum firma remanserint, laudū, & cōpromissum in quantū ad Episcopū, & Capitulū, à paritate rationis, firma remanere debebant. in quantū ad magistrum, & fratres prædictos: itaque prout ex dispositione supradicti laudi infertur, dimidiam partē decimarum castri de Xiuert, & locorum termini eiusdem, adiudicatam fuisse Ecclesiæ Dertuseñ. siuè Episcopo, & Capitulo eiusdem, & aliam dimidiam magistro, et fratribus Templi, & primitias rectoribus Ecclesiarum locorum ducti termini, & ius patronatus etiam ecclesiarū locorum prædicti castri de Xiuert, & termini eiusdem, reseruatam, & adiudicatum fuisse fratribus Templi cōcludendum est, prout cōstat ex verbis laudi sequentibus. *Ita tamen, quod in prædictis Ecclesijs, cū vacauerint, prædictus dñs Dertuseñ. Episcopus, instituat psonas idoneas,*

36 *ad præsentationē fratrum Tēpli &c.* Quæ dictiones ita, et tñ, iunctæ, sunt restrictiuæ, et modificatiuæ præcedentium. iux. text. in clemen. vnic. vers. ita tñ. de foro cōpe. et in l. hac edictali. C. de secundis nup. et in l. vbi adhuc. §. ita tñ. C. de iure dot. et restringunt institutiones dictarum ecclesiarum ad præsentationes fratrum Tēpli. et ibi arbitri eas apposuerunt, quia ante eas laudando statuerūt Ecclesias prædictas pleno iure, in spiritualibus, et temporalibus Episcopo Dertuseñ. subiectas esse, cū modificatione præcedēti: quæ verba, scilicet, *Ad præsentationem fratrum Templi &c.* in instrumento laudi cōtenta, videntur appli-

applicare ius patronatus prædictum, capitulo fratrum et vniuersitati eorum. Similiter loquitur Summus Pontifex in c. 1. de capellis monach. ibi sub his verbis. *Sed capellamus qui populum regat. ab Episcopo per concilium monachorum instituat* &c. quibus constat. consilium vniuersitatis monachorum debere præcedere institutioni prædictæ, quemadmodum præsentatio debet præcedere, in institutionibus ecclesiarum prædictarum, iuxta laudi dispositionem; et nota quod nõ ad solos monachos dictũ consilium prædicti, cap. 1. seu præsentatio contenta in laudo, ad solos fratres Templi, pertinere dicendum est, 37 sed ad prælatos eorum, simul cum eis. Nam vnum cõsiliũ, vnum corpus, et vna vniuersitas dicuntur, prælatus et fratres eiusdem ordinis. est tex. expressus in c. nouit. de his quæ fiunt à præla. in principio in hunc modum. *Nouit tuæ discretionis prudentia, qualiter tu, & fratres tui vnum corpus sitis* &c. Et in simili casu, quo arbitri in laudo disposuerunt circa dictum ius patronatus, loquitur, & disponit Summus Pontifex, in cap. vnico. de capellis monach. in 6. ibi. *Presbyteri, qui ad curam populi, per monachos in eorum Ecclesijs presentantur* &c. per monachos, idest per vniuersitatem monachorum, quæ est monachi, cum prælato. & ita venit concludendum, prædictam præsentationem, ad magistrum, & fratres Templi spectasse, in vim laudi, & dispositionis eiusdem: non obstante quod arbitri, ad fratres solos, dictam præsentationem spectasse, arbitrati fuerint, nulla facta mentione de magistro. Sed nunquid, 38 quid huiusmodi ius patronatus ad iudicatum fuit fratribus, et ea propter spectauerit ad collegium, seu vniuersitatem eorum; idẽ poterant præsentare ad dictas ecclesias absque consensu prælati, seu magistri eorum: non equidem: quia in huiusmodi casu

ius patronatus seu præsentandi pertinet ad collegium, seu vniuersitatem fratrum, fratres prædicti præsentare non possunt, nisi cum consensu sui praelati. tex. in c. ea noscitur. de his quæ fiunt à praela. et super eo Abb. ex hoc, quia praelatus et fratres vnum corpus sunt: iux. tex. citatum de super, in c. nouit. dicto tit. benè tamen praelatus potest solus præsentare, si de consuetudine illud habuerit, iuxta dispositionem dicti c. ea noscitur, & super eo Abb. itaq. prædictæ parrochiales ecclesie, collandæ veniunt, ad præsentationem dictorum fratrum templi. Quæ verba ius patronatus ad dictos fratres pertinere declarant, quia præsentatio rectorum, ad ecclesias vacantes, propriè ad patronos spectat. iux. tex. in c. consultationibus. c. transmissæ. et c. significasti de iure pat. et tex. in c. filius. cap. decernimus. 16. q. 7. et præsentare ad ecclesias, nihil aliud est, quàm fructus iuris patronatus. vt per Abb. in dicto c. consultationibus. nu. 3. de iur. pat. & glos. in c. cum Bertholdus, super verbo, quodam iure, & super verbo, patrono, de senten. et re iudica. ac etiam est effectus iuris patronatus. Lamberti. de iure pat. in 2. art. 1. q. prin. 1. p. 2. lib. num. 2. & 3.

40 Et concludimus dicendo, quod ex quo loca de Alcalá, Alcoceuer, de Castellnou, & Polpiz, erant constituta, intra fines terminorum castri de Xiuert, prout supra probauimus, ius patronatus ecclesiarum eorundem, declaratum fuisse per arbitros antedictos, cum prædicto laudo ad fratres Templi pertinere; & ea propter magistrum, & fratres prædicti ordinis, veros, et indubitatos patronos illarum fuisse.



§. XVI. & ultimus.

- M**AGISTER, & fratres ordinis Calatraue, in expugnatione Regni Valentie, auxilium præbuerunt inclito Regi Iacobo. 1.
- 2 Decima & primitia, & etiam Ecclesia, castri & villa de Couis de Vinromano, in Regno Valentie, & locis de la Salzadella, cum terminis eorum: ad magistrum, & fratres Calatraue pertinnerunt, post expugnationem dicti Regni.
- 3 Controuersia inter Episcopum, & capitulum Dertuseñ. ex una: & magistrum, & fratres Calatraue ex altera: super Ecclesijs decimis, & primitijs castri, & villa de Couis, & loci de la Salzadella, & terminorum suorum.
- 4 Laudum latum super dicta controuersia, per Petrum Archiepiscopum Tarraconen. arbitrum electum.
- 5 Petrus Archiepiscopus, fuit verus arbiter, per dictas partes electus, & ut talis laudum protulit.
- 6 Arbiter procedit ut iudex ordinarius, seruato iuris rigore.
- 7 Sententia iudicis ordinarij, qua requisita continere debet, ad eius validitatem.
- 8 Compromissum præsumitur præcessisse in laudo valde antiquo, licet de eo non constet.
- 9 In antiquis, pro mādato præsumitur, sicut etiā pro cōpromisso.
- 10 Pro sententia antiqua præsumitur, absq. processu.
- 11 Subscriptiones partium, consensum demonstrant.
- 12 Ex approbatione laudi à partibus facta, pcedit actio vnicuique earum, contra nolentem obseruare disposita in eo.
- 13 Quomodo potest prelatus compromittere, transigere, & alienare ecclesiasticas res.
- 14 Iudex ordinarius alicuius, ab eodem in arbitrum eligi potest.
- 15 Ius patronatus Ecclesiarum, villa, & castri de couis de Vinromano, & loci de la Salzadella, & terminorum eorum: pertinuit ad magistrum, & fratres Calatraue & ex tribus partibus decimarum, duas, & ex quatuor partibus primitiarum, tres.

- 16 *Villa, & loca de Albocacer, de la Salzadella, de Tirig, de la Serratella, de la Torre den Dumenge, de Vilanova, sunt, & fuerunt constituta, intra terminum ville, & castri de Couis de Vinromano.*
- 17 *Post fratres Calatraue, quot domini successerunt in dominio ville, & castri de Couis de Vinromano, & locorum sui termini, vsq. ad annum. 1294.*
- 18 *Permutatio dictorum castri, & locorum, cum certis iuribus Ciuitatis Dertusæ, in anno. 1294.*
- 19 *Fratres Templi, vigore concambij consequuntur dominium, predictorum locorum.*
- 20 *Ius patronatus, transit cum vniuersitate temporali vendita, aut permutata, accessorie.*
- 21 *Castrum, & villa dicuntur, quid vniuersale, & continent sub se, districtum, iurisdictionem, & ius patronatus &c.*
- 22 *Vendens rem annexam spiritualibus, seu illam permutans cum re profana, simoniam committit.*
- 23 *Ius patronatus, est annexum spiritualitati, & ita si vendatur, aut cum re profana permutetur, simonia committitur.*
- 24 *Natura dictionis, cum, est coniungere, & facere rem accessorie venire, & sic cum ea legitime transit ius patro. accessorie, cum re profana.*
- 25 *Bona Templaricam, fuerunt apprehensa & administratoribus tradita, in Regno Valentie, in anno 1307. & Templarij omnes capti.*
- 26 *Ordo Templi, abolitus fuit in anno. 1312. & eius bona vnita ordini hospitalis, exceptis illis, quæ in regnis corona Aragonum aderant.*
- 27 *Collatio Ecelesie parrochialis villa de Albocacer, termini ville, & castri de Couis de Vinromano: ad presentationem administratorum bonorum, quæ fuerunt militie Templi.*
- 28 *Sequester, est custos, & administrator rei sequestrate.*
- 29 *Sequester, potest presentare, & eius presentatio est valida.*
- 30 *Administrator dicitur vice dominus, custos bonorum debet presentare, nam si non presentat tempore vacationis, videtur dissipare bona.*

- 31 *Curator furiosi, presentare potest, & valet presentatio & similiter tutor, & curator pupilli, modo sit minor, modo sit maior septennio.*
- 32 *Curator furiosi, ad bona administrandum eligitur.*
- 33 *Literis collationum Episcopi attestantibus de presentatione, creditur.*
- 34 *Ius patronatus Ecclesiarum, villæ, & castri de Couis de Vinromano, & villarum et locorum termini eiusdem, à tempore quo Regnum Valentie expugnatum fuit, vsq. ad annum 1315, ad quos dominos pertinuit.*



PRÆTER magistros ordinum Templi, & hospitalis Hierosolymitanenſis, & fratres ac milites eorundem: in expugnatione prædicta Regni Valentie, acriter pugnauerunt, opemq. tulerunt inclito Regi Iacobo primo, magister, & fratres ordinis Calatrae cum suis militibus, ita testantur Beuther in chron. lib. 2. c. 22. & Miedes in historia prædicti Regis, sermone vulgari exarata. lib. 9. c. 7. curita in annal. lib. 3. c. 16. Et ita bello prædicto sedato, & regno Valentie capto fratres Calatrae in remunerationem laborum, nacti fuerunt inter alia, decimas & primitias, ac etiam ecclesias castri & villæ de Couis de Vinromano. seu viciniam Roma, & loci de la Salzadella, & terminorum eorundem idq. ex regia cõcessione, in vim promissionis, per Regem Iacobum ordinibus prædictis factam, de qua supra egimus. Quapropter magna lis, & controuerſia suscitata fuit tunc temporis; inter Episcopum, & capitulum Ecclesie Dertusenſis. ex vna, asserentes prædictas decimas, primitias, et Ecclesias, ad eos pertinuisse et spectasse de iure, & alias vigore concessionum tempore priorum: et magistrum & fratres Calatrae ex altera parte. Cupientes autem prædictas partes, lites di-

rimere, & expensis, sumptibus ac laboribus parcere cōpromisserūt in dominum Petrum, tunc metropolitanæ Ecclesiæ Tarraconē. Archiepiscopum; qui assumpto onere prædicti compromissi, vt arbiter à prædictis partibus electus, et nominatus, auditis earū deductionib⁹, & earum iuribus perpensis, & consideratis; fuit per eundem prolatum laudum tēnoris sequentis.

4 CVM inter venerabilem Poncium Dei gratia, Episcopum, & Capitulum Ecclesiæ Dertusē. ex parte vna: & Lupum Martini, comendatorem de Alcanicio, & fratres ordinis Calatrauæ ex altera, super Ecclesijs decimis & primitijs, & alijs iuribus Ecclesiasticis, castrorum, & villarum, de Couis de Vintomano, de Pulpicio, de Salzadella, ac terminorum suorum, controuersia verteretur. Tandem partes, volentes per viam pacis, & concordie incedere: in dominum Petrum Dei gratia, Tarraconē. Archiepiscopum, super præmissis compromisserunt. Promittentes sub pœna quingentorum aureorū, inuicem stipulata: se tenere, & obseruare perpetuò, per se, & successores, quidquid dominus Archiepiscopus supra dictus, iure, laudo, consilio, vel voluntate, seu etiam amicabili compositione, super præmissis duxerit statuendum. Nos igitur, Petrus Dei gratia, Tarraconē. Archiepiscopus, finem litibus imponere cupientes, volentes & parcere laboribus partium, & expensis, memorato Episcopo, & Petro de Podio Camerario, & procuratore Capituli Dertusē. & Petro Palayz, Michaelē de Lobera, & Ioanne Ioannis, fratribus ordinis Calattauæ & procuratoribus, in nostra præsentia constitutis. Habito diligenti consilio, & tractatu de communi partium voluntate, sic duximus ordinandum. Quòd venerabilis Episcopus, & Ecclesia Dertusē. habeant, & percipiant, tertiam partem, omnium decimarum, & quartam primitiarum, locorum prædictorum, & terminorū suorum; liberè & immuniter, quod indè, nullum seruitium facere teneantur. Si tamen primitiæ, quas nunc laici possident, ad manus ipsorum comendatoris, & fratrum poterint peruenire. Comendator verò, & fratres prædicti, ac eorum successores, duas partes habeant, & percipiant, in decimis, & tres partes in primitijs supra dictis: de quibus donetur, & assignetur vicarijs, seu rectoribus, clericis scilicet secularibus, Ecclesiarum prædictorum locorum, congruam & sufficientem partem, vndè seruitium faciant, & hospitalitatem teneant, sicut decet in Ecclesijs memoratis. Et omnia alia faciant, quæ per clericos

Dertuseñ. diœcesis, vicarios scilicet, & rectores, sunt fieri consueta. Dicimus etiam, quod comendator, & fratres prædicti; ac eorum successores, memorato Episcopo, et eius successoribus, vicarios, seu Rectores, clericos seculares idoneos, ad curam dictarum Ecclesiarum præsentent, qui de manu eiusdem Episcopi, si idonei fuerint, curam recipiant animarum. In quibus dictus Episcopus, & successores sui, habeant correctionem, visitationem, & tres procuraciones, ratione visitationis debitas quolibet anno, cum duodecim equitantibus, & alia iura Ecclesiastica spectantia ad legem iurisdictionis, & Dioecesañ. sicut in alijs Ecclesijs diœcesis Dertuseñ. ijdem etiam clerici Archidiacono, & Camerario Dertuseñ. Ecclesiæ, iura sua prout moris est, dare similiter teneantur. Decimæ vetò & primitiæ supradictæ, per baiulos Episcopi, & fratrum prædictorum, in vnum locum fideliter congregentur, & post modum diuidantur, secundum modum superius compræhensum. Loca autem ad opus Ecclesiarum, & cimiteriorum, in dictis locis idonea assignare præcipimus; secundum canonica instituta. Quia verò à tempore compromissi in nos facti, fructus dictorum locorum sequestrari præcepimus. Volumus quod memorato Episcopo, & Ecclesiæ, detur pars sua, sicut superius est expressum. Si quæ autem in dicto compromisso posita sunt ambigua, vel obscura, declarationem, & interpretationem, de voluntate partium, nobis penitus reseruamus. Hoc actum est octauo idus Decembris anno Domini 1248. Ego Petrus Tarraconeñ. Ecclesiæ Archiepiscopus subscribo. Ego Põcius Dertuseñ Episcopus subscribo. Sig†num G. Prioris. Ego Bernardus de Oliuella subscribo. Sig†num Petri Dertuseñ. Camerarij. Sig†nũ A. Sacristæ. Sig†num G. de Tamarito canonici. Ego Dominicus Prior claustralis subscribo. Sig†num P. præcentoris Dertuseñ. Sig†num Laurentij presbiteri & canonici. Sig†num G. de Scarp. canoni. Sig†num Lupi Martini comendatoris de Alcanicio. Sig†num Blasij Petri. Sig†num Sancij Ortiz. Sig†num Ioannis Pardi. Sig†num Pereñij Muñoz, prædicti comendatores, & fratres, firmauerunt & approbauerunt compositionem prædictam præsentibus testibus inferius nominatis. Sig†num Ioannis de Brusca testis. Sig†num Petri de Alzina testis. Sig†num Bernardi Renardi capellani sancti Matthæi, qui firmamenta comendatoris, & fratrum prædictorum recepit. Præsentibus testibus supra scriptis. Sig†num Petri Palaiz prioris de Alcanicio. Sig†num J. Ioannis comendatoris de Monterubeo. Sig†num Michaelis de Lobeta comendatoris

mendatoris de Couis de Vinroman. procuratorum. Ego. A. de Acuta Archidiaconus Tarraconeñ. subscribo vt testis. Ego. G. de Alarico notarius domini Archiepiscopi supradicti, mandato eiusdem, hoc scripsi, die & anno præfixis.

Quæ sententia arbitralis recondita est, in archiuo capituli almæ Sedis Dertuseñ. & à quodam libro pergamenæo antiquo, coopertis ligneis munito, in eodem eustodito, & recondito, abstracta, & in forma authentica redacta, per notarium scribam, et dicti archiui libros regentem, michi tradita. In §. præcedenti egimus latè quid sit arbiter, & de iure quæ requirantur ad id vt aliquis, vt verus arbiter processisse dicatur. Et iuxta deducta in eo est dicendum Petrum, Tarraconeñ. Archiepiscopum, verum arbitrum fuisse, inter Episcopum, & capitulum Dertuseñ. ex vna, et fratres Calatraux ex altera: quia arbiter dicitur, qui de partiũ cõsensu eligitur, et in eũ imposita pænâ parti cõtraueniẽti cõpromittit: & causam cognoscit cõpromisso firmato, ita Abb. in c. quintaualis. n. 7. de iur. iuran. et super eo DD. & Canc. in var. resu. c. 21. n. 1. p. 1. Tum etiam verus arbiter fuit, quia processit iuris ordine seruato. iuxta deducta per Innocen. in d. c. quintaualis. n. 4. & Abb. ibi dicto n. 7. et nu. 42. Iod. Damhou. in prac. ciui. c. 203. n. 4. 21. et 22. et Ias. in §. omnium inst. de actio. vers. quidam: itaq. cum electus fuerit Petrus Archiepiscopus, de consensu ambarum partium, et cum assignatione pænæ parti cõtrauenienti impositæ, et per illas stipulatæ; dicendum est, vt arbitrum pronunciaffe. Præterea constat etiam, ex verbis narratiuis dictæ sententiæ sequentibus. *Nos igitur Petrus Dei gratia Tarraconeñ. Archiepiscopus. finem litibus imponere cupientes &c.* vt arbitrum pronunciaffe, quia ad finiẽdas, & componendas lites futuras, & inceptas eliguntur arbitri. iuxt. tex. in l. quamuis arbiter. ff. de recep. arbi. & iux. notata per Iod. Damhou. in prac. ciui. cap.

203. num. 2. deinde etiam cum arbiter procedere debeat, iuxta deducta, sicut iudex ordinarius, dicendum est prædictū Archiepiscopū, vt arbitrū declarasse. Quia sententia iudicis ordinarij, sex requisita continere debet, iux. doctrinā specula. in tit. de senten. prolat. §. qualiter autem iux. finem. scilicet nomen iudicis, & qualitatem eiusdem, vtrum sit delegatus arbiter, vel ordinarius. Secundum nomina litigatorum. Tertium tenorem petitionis in iudicio porrectæ. Quartum substantiam processus. Quintum quod fiat mentio in sententia, partes fuisse præsentem, vel alteram præsentem, & alteram absentem, citatam & contumacem. Sextum quod contineat cōdemnationem, vel absolutionem, vel aliquid æquiualens. Et capropter cum ista sex requisita adsint, in laudo prolato per dictum Archiepiscopum, vt arbitrum sententiam protulisse affirmandum est: quia arbitria redacta sunt, ad similitudinem iudiciorum. iux. tex. in d. l. 1. ff. de recep. arbi. & l. à titio. de verbo. oblig. & huiusmodi laudum ad similitudinem sententiæ iudicis ordinarij, in omnibus requisitis latum fuit. Nihilominus tamen si ita est, quod arbiter dicitur ille in quem compromittitur per partes pœna imposita. iux. deducta supra num. 5. dicendum est, quod vbi de cōpromisso non apparet sententia arbitri erit nullius roboris, cum ex cōpromisso efluat potestas, & iurisdictio arbitro p partes data; & hac de causa cū non constet de instrumēto compromissi, firmati per partes supradictas, in fauorem prædicti Archiepiscopi, cuius vigore laudū supra adductum protullit; dicendum est, illud nullum esse ex defectu potestatis & iurisditionis arbitri: cū de eadē non cōstet. Ad cuius obiectionis solutionem scias; cōpromissum, sicut & mādatur, dici de iure sicut supra diximus, solēnitates extrinsecas, & præparatoria fundamēta actus sententię. iux. doctri. Bar. in l. scien-

1. sciendum. nu. 2. de verb oblig. et aliorum super ea et
 Abb. in c. sicut. nu. 33. de senten et reiudi. quo præsup-
 posito, licet verum sit, quod solennitas extrinseca non
 præsumatur de iure in actis iuxta Alciati doctrinam in
 tract. de præsum. in reg. 3. præsum. 10 n. 3. et Bart. in l.
 sciendum. n. 15. de verbor. oblig. et canonist. in c. cum
 in iure. de offi. delegat. et per consequens, in prædicto
 laudo, cum non constet de compromisso, per partes fit-
 mato; pro eo præsumendum non sit, nihilominus tamen
 8 non ideò prædicti laudi robur corrui. Quia quandò
 sententia est valdè antiqua, solennitas extrinseca præ-
 sumitur interuenisse. et cum huiusmodi laudum, non so-
 lum valdè antiquum, verum et antiquissimum sit; cum
 tercentis et quinquaginta ab hinc annis, et indè plus
 prolatum fuerit. iux deducta, et allegata ad hunc propo-
 situm in §. 15. n. 23. et 24. Venit ea propter dicendum,
 quòd licet de compromisso non constet, pro eo præsu-
 mendum esse, quæ procedunt iux. Abb. doctrinam in c.
 sicut. n. 33. de senten. et re iud. et Cassador decis. 3. tit. de
 procurato. n. 2. & Francis. Marci. decis. 439. per tot. &
 9 & But. conf. 24. Et similiter etiam, licet non constiterit
 de mandato, per Episcopum, & capitulum Dertusæ. Pe-
 tro de Podio camerario attributo, nec de mandato fra-
 trum Calatrauæ, qui nomine procuratorio in dicto lau-
 do interuenerunt, pro eo præsumendum est, sicut &
 pro compromisso. ita Cassador. vbi supra. et Felin. in
 cap. sicut. nu. 33. de senten. & re iudic. et Innocen. in c.
 cum in iure num. 5. de offic. et potest. iud. deleg. et Bart.
 conf. 24. quæ doctrina procedit cum hac limitatione,
 quod non appareat scriptura, ex qua possit deprehendi
 defectus, quia eotunc, cessat talis præsumptio, sicut
 Felin. refert, in suprascripto c. cumq. non appareat in hoc
 nostro laudo, nec alibi, scriptura contrarium inducens,
 præsumptio

- præsumptio compromissi, et mandati erit indubitata, et ideò laudum validum, et firmum erit, maximè cum arbiter prædictus, in narratiua laudi præfati, procuratores esse dixerit dictos camerarium, et fratres Calatrava; cui narratiuæ, ex quo laudum valdè antiquum est, licet instrumenta mandatorum non reperiantur, stare debemus. iux. dicti Cassado. doctrinam, dicta decis. 3.
- 10 de procurato. n. 3. cui laudo, ob tantam eius antiquitatem etiam standum est, licet absque processu sit. vide Bart. in dict. l. admonendi. n. 43. de iure iur. Rot. in nouissi. decis. 1302. p. 3. et Cassador. vbi suprà. Quod laudum emologatum extitit per partes, prout constat cui-
- 11 denter, ex earum subscriptionibus; quæ de iure consensus, & emologationem demonstrant, ita resoluit Abb. in c. per tuas. nu. 9. de arbit. vbi docet dictas subscriptiones necessarias omninò non esse, sed sufficere tacitam emologationem, scilicet quòd partes taceant, &
- 12 non contradicant intrà decem dierum spatium. Ex qua laudi approbatione, & emologatione, pura, & libera, p vtramq. partem facta, & absq. pœnæ appositione in dicta approbatione, & ex pacto inito inter partes, de obseruando illud, datur actio vnicuiq. earum, contra nolentem obseruare disposita in eo. docet Abb. in cap. per tuas. nu. 15. de arbit. & Innocen. ibi. n. 2. quia laudum si à partibus est approbatum, ex dicta approbatione resultat actio, & pactum pro obseruantia contentorum in eo. resoluit Celsus Hugo. conf. 22. num. 3. quæ actio, in præsentì nostro casu, competit vnicuique ex partibus, cum à die prolationis vsque nunc, obseruata fuerint contenta in laudo prædicto, sicut inferius patebit.
- 13 Deinde etiam, huiusmodi compromissum legitimè firmatum fuisse, per dictos Capitulum, & Episcopum dicendum est: quia hi possunt compromittere super rebus

Ecclesiæ, qui possunt alienare eas. iuxta doctrinam desu-
per relatam Abb. in cap. cum tempore n. 3. de arbitris.
Vndè cum Episcopus, & capitulum, præcedente tracta-
tu, res ecclesię cathedralis alienare possint, iux. tex. in
cap. finè exceptione. 12. quæst. 2. & cap. 1. de his que
fiunt à prælatis &c. & ibi Abb. communiter receptus.
iux. notata per Nauarrum in consil. 5. num. 1. de re-
bus Ecclæ. alien. lib. 3. idè prædicti Episcopus et ca-
pitulum potuerunt compromittere super dictis de-
cimis, et primitijs, ac Ecclesijs, maximè cum vnità
non essent, nec incorporatæ eius mensæ, et præceden-
te tractatu; quę solennitas extrinseca est in dicto com-
promisso; et idè præsumendum est præcessisse, iuxta
relatam doctrinam Felin. in cap. sicut. num. 33. de sen-
tent. et re iud. et aduerte quod compromittere, et tran-
sfigere æquiparantur, et modus requisitus in vno, in alio
etiam requiritur. docet Hostien. in summa. tit. de ar-
bitris. §. impeditur etiam. num. 7. et ità cum Episcopus,
et capitulum, præcedente tractatu possint transfigere su-
per rebus nondum Ecclesiæ vnitis, et incorporatis, pro-
ut resoluit Bal. in l. præses. col. 2. vers. item secundum
quosdã C. de transactionibus. quem refert Natta cons.
441. num. 12 dicendum est, Episcopum, et Capitulum,
legitimè compromissum supradictum firmasse, cum
res, super quibus controuersia vertebatur, ecclesiæ in-
corporatæ non essent; maximè præcedente tractatu, in
quibus nullatenus Episcopus contrauenisse videtur, dis-
positioni tex. in c. vt super. de rebus Ecclæ. non alienan.

14 Et Notandum etiam venit, quòd licet Archiepiscopus
Tarraconen. vti metropolitanus Episcopi Dertusen. sit
iudex ordinarius eiusdem. vti suffraganei. sicut docet
Abbas in capit. pastoralis. num. 2. de officio ordi. et in
capit. antiqua. num. 3. de priuilegijs. et in capit. postu-
lacio

latio. nu. 11. de clerico excom; nihilominus tamen, licet ordinarius erat dicti Episcopi, de iure canonico in arbitrium eum eligere potuit; docet idem Abb. in c. cum
 15 tempore. nu. 5. de arbitris. Itaq. cum dicto laudo declaratum extitit, ius patronatus ecclesiarum, villarū, et locorum de Couis de Vinromano, de la Salzadella, ac terminorum eorum spectare, ad fratres Calatrauæ constat ex verbis dicti laudi sequentibus. *Decimus etiam, quod commēdator, & fratres predicti, ac eorum successores, memorato Episcopo, & eius successoribus Vicarios, seu Rectores, clericos, seculares, idoneos, ad curam dictarum Ecclesiarum presentent &c.* quæ verba, & illorum dispositio, inducunt ius patronatus prædictum, spectasse ad dictos fratres Calatrauæ, cum hoc tamen, quod tantummodò clericos seculares, & non regulares ad eas præsentare possent; namq. præsentare clericos, seu Rectores ad ecclesias, ad patronos propriè spectat, constat ex tex. in c. ex consultationibus, & in c. cū autem. et in c. nobis. et in c. per nostras. de iur. pat. et ferè per totum tit. et c. filius. c. decernimus. 16. q. 7. docet Cęsar Lāber. in 1. art. 3. q. prin. 2. p. 2. lib. n. 1. de iur. pat. imò et præsentatio est effectus iuris pat. idem Lamber. in 2. ar. 1. q. prin. 1. p. 2. lib. n. 2. et 3. de iur. pat. Animaduendum tamen est, quod sententia non inducit nouum ius, propter quòd supradictum ius pat. fratribus Calatrauæ acquiratur, prout docet Gigas consil. 49. num. 9. sed quòd iam erat declarauit, et ità cum ius patronatus dictarum ecclesiarum, vigore priuilegij Urbani. 2. ad fratres Calatrauæ, aut ex propria acquisitione dictorum locorum, aut ex donatione remuneratoria, per itelytum Regem Iacobum, huius nominis primum in eorum fauorem facta pertineret; remansit hoc ius competens dictis fratribus, per supra dictum laudum decisum, & declaratum; iuxta ea quæ notat Felin. in c.

cum venerabilis. num. 29. de exception. et si benè perpendantur verba supra adducta dicti laudi, super iure patronatus; quæstio non vertebatur inter dictos Episcopum, & capitulum ex vna, & fratres Calatrauæ ex altera parte, imò supponebant tanquàm indubitatum, dictos fratres patronos esse, sed quòd clericos seculares ad ecclesias prædictas, præsentare poterant quòd forsan recusabant. Et hoc decisũ remansit cum dicto laudo, pronunciando clericos seculares, ad eas vacantes præsentare astrictos fuisse dictos fratres Calatrauæ, & eorũ successores. Præterea etiam. cũ dicto laudo adiudicatę fuerũt, ex tribus partibus decimarũ dictorum locorum, & villarum de Couis, de Vinromano, & de la Salzadella, & terminorum earum, duę fratribus Calatrauæ, & altera Episcopo, & Ecclesiæ Dertuseñ. et ex quatuor partibus primitiarum; tres prædicis fratribus. cum hoc quòd præstarent cõgruã sustentationem, rectoribus dictarum Ecclesiarum. & quarta pars Episcopo, et Eccles. Dertuseñ. Et quia constet quæ sint villa, & loca constituta intrà dictos terminos, de quibus laudum supradictum loquitur, est præmittendum. quòd in §. 12. deduximus circa probationem terminorum, & limitum territoriorum, imò contenta in eodem non refero, sed ad hærendo doctrinæ ibidem adductæ, dicendum est; intrà limites termini terminati vulgariter in Regno Valentia dicti, tenentia villæ, & castri de Couis de Vinromano, constituta esse, & fuisse, loca & villæ sequentes: nēpè de Salzadella, de Tirig, d̄ Vilanoua de Alcolea, olim Alcolea, Albocacer, Serratella, & de Torre den Dumenge: constat primò, quia iux. Abb. doctrinam in cap. cum causam. num. 1. de probationibus. & aliorum quæ in dicto §. 12. fuerunt allegati. termini, & limites territoriorũ probatur per libros historiarũ, & chronicorum.

17 rú, quib⁹ à maioribus noltris fides tributa fuit, & ità cū chronicis doctoris Antonij Beuter fides semper adhibita fait, illis stādum erit, maxmè cum res in contrarium non appareat, qui in c. 23. lib. 2. dicit sub his verbis. *Las cuevas de Vinromano (de quien hablamos ya muchas cosas en el primer libro) con sus terminos, que son, Albocacer, la Salzadella, Villanueva, Tirig, y la Serratella &c.* quòd ità se haberi probabimus subsequenter, per instrumenta, & alias probationes indubitatas. Successiue autem, postquam dicti fratres Calatrauæ, dictū laudum approbauerunt in anno supradicto. 1248. castrum, & oppidum de Couis, de Vinromano pettinuit, & spectauit ad nobiles Artalem de Alagon, & dominam Tereziam Perez, qui ad habitandum dictum oppidum, & excolendum eius terminum concesserunt Petro Comin, Berengario Comin, & alijs, cum instrumento acto in dicto oppido, die vndecimo Nouembris anni. 1281. & recepto per Ioānem Perez: quod reconditum est, in archiuo castri Montesiæ, in libro intitulado de Poblacions, y stabliments. Et similiter in anno. 1276. in mense Decembris, locus de la Salzadella pertinebat & spectabat, ad nobilem Blasium de Alagon, qui cum instrumento, sub dicto Calendario recepto, & custodito, ac recondito, in dicto libro archiuu castri Montesiæ: concessit & donauit terminum de la Salzadella, ad habitandum, & excolendum, videlicet Petro Alzina, & Michael Azcō. Et hæreditatem dictam de Albocacer, quæ ad eum etiam spectabat, tunc, cum instrumento sequenti cōcessit ad excolendum, & habitandum. *Notum sit cunctis presentibus, & futuris, quod nos Blasius de Alagon, cum hac presenti scriptura perpetuò valitura; damus vobis Ioanni de Brusca, ad populandum, quandam hereditatem nostram, que est in termino, de Couis de Auinromano, que hereditas dicitur Albocacer ità quod &c.* quòd instrumen-

tum actum fuit in villa Morellæ, Dioecesis Dertusenſi, octauo kalen. Februarij anni. 1277. & reconditum est in libro, et archiuo vltimò dictis. Præterea etiam successit in dicto dominio caſtri & oppidi de Coues de Auinroman, & locorum tenentiæ, & termini eiusdem, & in iuribus vniuerſis pertinentibus ad ordinem & fratres Calatrauę in eiſdem: inclytus Aragonum Rex Iacobus, huius nominis ſecundus, cognomento iuſtus, cumque eodem regnante anno 1294. ordo militiæ templi & fratres eiusdem, haberent dominum quoddam, & certam iurisdictionem in ciuitate Dertusenſi. et eius terminis, permutauit dictam villam de Couis de Auinromano, cum caſtris, villis & locis, conſtitutis in eius tenentiâ. & termino, videlicet villas dela Salzadella, de Albocacer, & Vilanoua, de Tirig, & de la Serra, & alias villasiura, et pertinentias; illasq. titulo dicti concãbij tradidit dictis fratribus militiæ Tẽpli, pro dictis dominio et iuribus, quæ in dicta ciuitate, et termino Dertusæ habebãt prout conſtat, inſtrumento permutationis, quod reconditum vidi, et perlegi in archiuis regio Barcinonæ, et baiuliæ Dertusæ, necnon etiam domus conſilij eiusdem. authenticum. & fide dignum, quod apud me habeo: et quia nimis prolixum est, ad demonſtrandum noſtri facti ſubſtantiam, illius partem refferam; cuius tenor ſequitur in hunc modum.

18 **I**N Dei nomine, ſit om̄ibus manifeſtum, quod nos frater Berengarius de Cardona, domorum militiæ Templi, in Aragonia & Cathalonia, magiſter humilis. Attendentes per nos, ſeu fratres dictæ militiæ. non poſſe in ciuitate Dertusæ iurisdictionem, & iuſticiam vt expedit plenariè exercere, & propterea, iura dictæ militiæ Templi diſminui, & diuerſimodè deperiti. Aduertetes per ſpecialiter, melius

et vtilius

& vtilius fore nobis, & dictæ militiæ, iurisdictionem, dominationem, ac dominium, quam, & quod dicta militia habet, in dicta ciuitate, & terminis suis, in alium transferre, ad vtilitatem, & commodum dictæ militiæ; quam penes se inutiliter retineri. Habita super hoc, & obtenta plena, & libera potestate, à Reuerendo in Christo patre, ac domino, fratre Iacobo de Molay, Dei gratia sacre militiæ Templi magistro, habente, & gerente plenam, & liberam potestatem, à conuentu dictæ militiæ; cum charta indè facta, bulla ipsius conuentus sigillata. 6. Kalend. Septembris, anno Incarnationis Domini. 1394. Habito etiam pluries, pleno & diligenti tractatu, & deliberatione, ac consilio: tam in nostro capitulo generali, quam aliàs, cum comendatoribus, & fratribus magistratus nostri. Idcirco auctoritate qua supra: per nos, & successores, ac fratres dictæ militiæ Templi, præsentis, & futuros, de consilio, assensu, & voluntate, fratris Eximeni de Lerida, comendatoris de Cantauella, fratris Raymundi de Bello loco, comendatoris Dertusæ, fratris Petri de Tous, comendatoris domus Templi Osce, fratris Arnaldi de Turricella, comendatoris de Asconis, fratris Petri de Vilalba, comendatoris Miraueti &c. non vi, vel metu compulsi, dolo, vel errore inducti, seu in aliquo circumuenti, sed gratis, & ex certa scientia, cum testimonio vniuersi publici instrumenti, perpetuo firmiter, & vbique valeturi. Permutamus, & excambiamus, in perpetuum, & iure, seu titulo permutationis, & excambij, concedimus, & tradimus, seu quasi tradimus, pro libero, & franco alodio; vobis illustrissimo domino Iacobo, Dei gratia Regi Aragonum, Sicilia, Maioricæ, & Valentia, ac Comiti Barcinonæ, & successoribus vestris, & cui, seu quibus volueritis in perpetuum; pro castris, villis, & locis vestris, inferius nominandis, totam ciuitatem Dertusæ, cum castro seu çuda ipsius ciuitatis, & cum fortitudinibus eiusdem, & cum Castellanis, militibus, dominabus, ciuibus, & alijs hominibus, & fœminis, christianis scilicet, Iudeis, & Sarracenis, ibi habitantibus, et habitaturis. Et cum toto pleno dominio, iurisdictione, et dominatione; et cum mero et mixto impetio; quam et quos, nos dicti fratres habemus, et habere debemus, et possumus, in dicta ciuitate, et in cunctis, et singulis locis termini eiusdem. Videlicet in Benifallero, Aldouer, Xerta, Tiuens. Et in vniuersis, et singulis alijs locis, terminorum eiusdem ciuitatis, & cum calonijs, iustitijs, poenis ciuilibus, criminalibus, & quibuslibet & alijs &c. Prædictum siquidem con-

cambium

§. XVI.

cambium, & permutationem facimus vobis dicto domino Regi, de tota dicta ciuitate Dertusæ, & alijs supradictis: pro castris, villis, & locis vestris subsequētib; & inferius nominatis. videlicet, pro castro & villa de Peniscola, cum aldeis eiusdem, vocatis de Benicarlo, et Vinalaros; et pro castro, & villa de Ares, cum mansis, et alijs locis, & terminis eiusdem: & pro tota tinentia de Couis de Auin romano, cum villis, & locis sitis in suo termino: videlicet villa, & castro de Couis, & villa de la Salzadella, & villa de Albocacer, & Villanoua, & loco qui dicitur de la Serra, & villa seu loco, qui dicitur Tirig', & omnibus alijs locis, alcareis, & mansis, ad dicta loca, & castra pertinentibus, &c. Versa vice. Nos Iacobus Dei gratia, Rex Aragonum &c. Recipientes à vobis venerabile fratre Berengario de Cardona, magistro militiæ Templi prædicto, ciuitatem prædictam Dertusæ, & alia omnia, et singula supradicta, prout superius sunt notata. In concambium, et permutationem eorum, per nos, et successores nostros, presentes et futuros, permutamus; et excambiamus, et iure seu titulo permutationis, et concambij concedimus, et tradimus, seu quasi tradimus, vobis magistro prædicto, et comendatoribus, et fratribus supradictis, et alijs fratribus dictæ militiæ Templi, tam presentibus, quam futuris, et quibus volueritis in perpetuum, pro franco et libero alodio: Castrum et villam de Peniscola etc. Itē totam tinentiam de Couis de Vinromano, cum castris, villis, et locis, sitis in termino eiusdem; Videlicet villa, et castro de Couis, et villa de la Salzadella, et villa de Albocacer, et Villanoua, et villa, seu loco qui dicitur de la Serra, cum terminis, et pertinentijs eorundem etc. Prædicta omnia, et singula castra, et villas, et loca, et alia supradicta, quæ vobis permutamus, damus, et concedimus vobis dicto magistro & fratribus, dictæ militiæ, cum omnibus locis alcareis, mansis, ad dicta loca pertinentibus, et cum omnibus eorum terminis, per mare, et terram, et cū fortitudinibus, militibus, dominabus, infansonibus; et cum alijs hominibus, et sēminis christianis videlicet, Iudæis, Saracenis, ibi habitantibus, et habitaturis: et cum toto pleno dominio, et cum mero, et mixto imperio, et cum omnibus iustitijs, ciuilibus, et criminalibus, penis calonijs, leſdis, pedagijs, maris, et terre, vsaticis herbativis, coronagijs, piscationibus, venationibus, inuētionib⁹, siue trobes, et cum salinis etc. et cum toto moneratico, mensuraticis, pensis, decimis, & primitijs iure patronatus, furnis, molēdinis etc. Quod est actum Dertusæ. 16. Kalend. Octobris, anno Domini 1294. etc.

Ex cuius instrumenti dispositione, & iuxta contenta in eodem plenè probatum manet, villas & loca de Al-
 bocacer, Villenouç, Tirig, Salzadelleç, & la Serra, con-
 stituta esse, intra terminum terminatum villæ de Co-
 uis de Vinromano, maximè cum in eodem constet
 per verba enuntiatiua, ad finem demonstrandi, &
 designandi tenentiam, & terminum de Couis de Vin-
 romano prolata; quæ in instrumentis antiquis (quemad-
 modum est præsens instrumentum concambij. quod ac-
 tum fuit tercentis abhinc annis, & indè plus) probant
 iuxta doctrinam desuper adductam, Fran. Marc. decif.
 335. nu. 1. & aliorum. Nec non etiam apparet, ex eodè
 instrumento, prædicta loca, & villas, cum vniuersis eo-
 rum iuribus, & pertinentijs; pertinuisse ad dictum Re-
 gem Iacobum, huius nominis secundum, cum decimis
 & primitijs terminorum earundem; & iure patronatus
 Ecclesiarum, & successisse in iuribus pertinentibus in
 19 eisdem, ad fratres, & ordinem Calatrauæ: et vigore di-
 cti cõcambij, fratres militiæ Templi, adeptos fuisse do-
 minium locorum, & villarum, tenentiæ, & termini de
 Couis, de Vinromano. Oportet tamen scire, vtrum de-
 cimas, & primitias, et ius patronatus Ecclesiarum, villa-
 rum, & locorum termini prædicti, transferint ad fratres
 Templi, eo modo quo fratres Calatrauæ, antè illos ob-
 tinebant; in locis dictæ tenentiæ: ad quam declaratio-
 nem præmitto. Quod ius patronatus, transit cum vni-
 20 uersitate temporali vendita, aut permutata accessoriè
 iuxta. tex. in cap. ex litteris. de iure patro. & ibi Abb. n. 1,
 21 & Innocen. & alij. Et castrum, & villam dici, quid vni-
 uersale continens sub se, districtum, iurisdictionem, &
 ius patronatus etc. Ita Roch. de Curt. super verbo, ipse,
 vel is, num. 45. de iur. pat. & Abb. in dict. cap. ex litteris.
 num. 10. et ibi Doctores communiter. Vndè, cum vni-

- ueritates dictorum locorum, & villarum transferunt ad fratres Templi, in vim dicti concambij, dicendum est transiisse necessario cum eisdem, ius patronatus
- 22 Ecclesiarum. Opponi tamē poterit, quod ius patronatus non potuit transire cum dictis vniuersitatibus permutatis, ex quo permutans rem temporalem, cum spirituali, aut annexa spiritualibus simoniam committit, iux. doctrinam Abb. in c. veniens. el. r. n. r. notab. 2. de testib. & ibi Felin. & Deci. post alios & DD. in c. præterea de transactionibus, & Felin. in c. quantò de simonia. & latè Roc. de Cur. in tract. de iur. patro. in verbo, & vtile. n. 9.
- 23 & r. c. cū sequen. & in verbo, ipse, vel is, nu. 27. Et ità cū ius patronatus, sit quid annexum spiritualitati, iux. tex. in c. quantò de iudi. & in c. de iure vero. de iur. patro. & cadat simonia in annexis spiritualibus iux. tex. in cap. præterea. el. r. de transact. & cap. quæsitum. de rer. permut. dicendū erit quod commisit in prædictis Rex Iacobus secundus simoniam, ex quo simul cum vniuersitatibus temporalibus, & profanis, expressis in supra adducto concambij instrumēto, excābiauit etiā ius patronat. prout
- 24 apparet ex eiusdem instrumēti dispositione. Cui obiectioni ità satisfaciendum venit: scilicet, quod ius pat. principaliter, neq. vendi, neq. permutari potest pro re temporali, & profana, quia hoc modo simonia cadit, at uerò accessorie potest transire cū re, aut vniuersitate tēporali, vendita, aut permutata, licet de eodē in permutatione, aut vēditione rei tēporalis, expressa mentio fiat, quæ solutio verificatur ex his: nam natura dictionis, cum, est cōiungere. iux. tex. l. 2. de penti. leg. & §. si quis ancillas, instit. de leg. & facere rem accessorie venire, non principaliter, et ea propter quia accessorie transiit dictum ius patronatus, vigore dictionis, cum, prout apparet ex verbis dicti concambij sequentibus, *Predictaq. omnia, & singula castra villas, & loca, & alia supradicta, quæ vobis permuta*

*mus; damus & concedimus vobis dicto magistro &c. cum pensis
 decimis & primitiis iurepatronatus &c. dicendū est simoniæ
 labe affectum non fuisse dictum concambium ita docet
 Abb. in ca. querellam. n.6. de simo. latè Roc. de Cur. in
 trac. de iur. pat. in verbo, ipse, vel. is, n. 50. Nauar. conf. 3.
 de iur. pat. tom. 1. idè magister, & fratres Templi suc-
 cesserunt legitimè in iurepatronatus dictarum eccle-
 siarum, locorum & villarum, termini, & tenentiæ villæ
 de Couis d̄ Vinromano, vigore cōcābij supradicti. Quo
 peracto in anno 1294. obtinuerunt dicti fratres militiæ
 Templi decimas, & primitias, sicut et ius patronatus ec-
 clesiarum dictæ tenentiæ, villarum, & locorum eiusdem,
 25 vsque in annum 1307. Quo anno in Regnis Aragonum,
 & Valentia, ac Principatu Cathalonix vniuersa bona
 dictæ militiæ, & ordinis Tēpli fuerūt sequestrata, & fra-
 tres milites capti, & incarcerati; iuxta tenorem provisio-
 nis æditæ per inclytum Regem Iacobum huius nomi-
 nis secundum, & expeditæ cum literis Dat. Valentia.
 die tertio Decembris prædicti anni 1307. ita testatur
 çurita in annal. Aragonum. lib. 3. ca. 73. & Carbonell. in
 chro. de España. c. del Rey en laume segõ, fill del Rey en
 Pere, de la pau dels Francesos in fine. & Pineda in 3. p.
 Monarchiæ Eccles. lib. 22. c. 21. §. 4. & Illescas, in Pontifi-
 cali c. 1. lib. 6. p. 2. et frater Franciscus Diago, in histo-
 ria de la prouincia de Aragõ, de la orden de Predicado-
 26 res. lib. 1. c. 8. Et successiuè causa et negotio dictorū fra-
 trum disceptatis in anno 1312. ordo prædictus militiæ
 Tēpli, fuit abolitus. casatus. et annullatus. in Cõsil. Vien-
 nensī, assistēte in eodē, Clem. Papa. 5. tūc cathedrā sancti
 Petri gubernante. ita testatur çurita in annal. lib. 5. c. 93.
 et 99. et bona omnia, ac etiam vniuersa iura quæ
 fuerunt dominij dictorum fratrum et ordinis predic-
 tis; fuerunt vnita, et incorporata ordoni militari
 sancti*

sancti Iohannis Hierosolymitanenſis, exceptis illis, quę exiſtebant in Regnis & dominio Aragonum, Portugaliz, & Caſtellę: quę vnita non fuerunt ordini hoſpitalis, ob cõtradictionem factam, per legatos dictorum Regum, et ita, bona in eiſdem exiſtentia, remanſerunt apud adminiſtratores, curatores, & gubernatores per Sedẽ Apõstolicam deputatos, & diſpoſitio dictorum bonorum, & iurium fuit reſeruata Sedi Apõstolicę iux. notata p̄ cõſuetudinem dicto c. 99. lib. 5. cuius diſpoſitionis vigore, in Regnis Aragonum, fuerunt electi adminiſtratores, curatores, & gubernatores bonorum, & iurium in eiſdem exiſtentium, quę antè prædictum conſilium fuerunt ordinis militię Templariorum, per Sedem Apõstolicam: videlicet Guillermus tunc Archiepiſcopus Tarraconenſis, & Raymundus Ep̄ſcopus Valentinenſis. qui bona prædicta vigore apõstolicę cõmiſſionis ſupradictę, adminiſtrabant, non ſolum antè prædictum conſilium Viennenſis, ve
 27 rum poſt illum conſtat ex his. Namq. cum in anno. 1315. vacaret eccleſia parrochialis villę de Albocacer, dioceſis Dertuſenſis. conſtituta intra terminum villę de Couis de Vinromano, & iuſpatronatus eiufdem, iuxta deſuper adducta, pertineret ad fratres Templi, & per conſequens, ad dictos adminiſtratores. præſentauerunt ad eam ſic vacantem, Michaelẽ Eguacer clericum dioceſis Dertuſenſis, & vigore dictę præſentationis, Franciſcus, tunc Ep̄ſcopus Dertuſenſis. contulit eam dicto præſentato, quod conſtat ex literis præſentationis & collationis, tenoris ſequentis.

DIE Martis quę celebratur quinta kalendis Nouembris. Michael Eguacer, clericus dioceſis Dertuſenſis. comparuit coram Reuerendo Patre, & domino, domino Franciſco, diuina prouidentia Dertuſenſis Ep̄ſcopo, & præſentauit eidem domino Ep̄ſcopo, in caſtello ſuo Ledonis, quandam literam Reuerendi patris, & domini domini, Raymundi

mundi Dei gratia, Valentineñ. Episcopi, aperram & suo sigillo sigillatam seriem huiusmodi continentem. Reuerendo in Christo patri, domino Francisco Dei gratia Dertuseñ. Episcopo. Raymundus miseratione diuina, Valentinus Episcopus, administrator, curator, & gubernator, bonorum quondam militiæ Templi, vnà cum Reuerendo patre, & domino, domino Archiepiscopo Tarraconeñ. per Sedem Apostolicam deputato: Salutem, & sinceram in domino charitatem. Literas dicti Reuerendi patris, & domini, domini, Guillelmi, Diuina prouidentia, sanctæ Tarraconeñ. Ecclesiæ Archiepiscopi, eius sigillo sigillatas, sub hac forma, nos noueritis recepisse. Guillelmus miseratione Diuina, sanctæ Tarraconeñ. Ecclesiæ Archiepiscopus, ac administrator, & curator, bonorum ordinis quondam Templi, in Regnis, & terris Illustris domini Regis Aragonum existentiũ; vnà vobiscum per Sedē apostolicam deputatus. Venera. Fratri, & in Christo sibi dilecto, Raymundo Dei gratia Valentineñ. Episcopo, salutem. Cum intellexerimus fidedignorum relatione, quod ecclesia de Albocacer, Dertuseñ. diocesis (cuius collatio, seu presentatio, ad ipsum ordinem, vt dicitur pertinebat) vacet ad præsens, de iure, & de facto, sicque nos, ad quem vna vobiscum, cura, & administratio dictorum bonorum pertinet vt est dictum, vellimus, quod dicta Ecclesia prouideatur de idoneo seruitore, per quem eidem deseruiatur laudabiliter in diuinis. Fraternalitati vestræ cōcedimus in his scriptis, quatenus vice, & nomine nostro, & vestra tanquam dictorum bonorum administrator, prouideatis de dicta Ecclesia, cum omnibus suis iuribus, Michaeli Eguacer clerico Dertuseñ. diocesis: si ipsum ad prædicta idoneum inueneritis, & capacem, vel aliter secundum quod, vobis videbitur faciendum: vestram super hoc conscientiam onerantes. Nos enim super prædictis omnibus, vobis comittimus locum nostrum, ac ratum habebimus, atque firmum; quidquid per vos, in causa prædicta fuerit ordinatum. Dat. Tarraconæ. Tertio Idus Octobris, anno millesimo, tercētesimo decimo quinto. Sanē cum Ecclesia præfata de Albocacer vestræ diocesis (cuius ius patronatus, ad Templarios cum statum suum retinebant vt prædicitur pertinebat) vacet ad præsens, & cura, gubernatio, administratio & regimen omnium, & singulorum Prioratum, hospitalium, domorũ, & grangiarum, locorum, possessionum, & ceterorum bonorum, tam mobilium, quam immobilium, ac se mouentium, & iurisdictionum, ac iurium ordinis memorati, in spiritualibus, & temporalibus, in Regnis, & dominio illustris domini Regis Aragonum cōsistentium,

fit autoritate Apostolica, nobis & dicto domino Tarraconeñ. Archiepiscopo commissa. Et ex vigore administrationis prædictæ præsentatio eiusdem Ecclesiæ de Albocacer, ad nos, & ad dictum dominum Archiepiscopum pertinere noscatur. Idcirco, ne diutius prædicta vacet Ecclesia, autoritate vt prædictum est, nobis in hac parte commissa, & nostra pariter, quam à Sede Apostolica obtinemus; nomine dicti domini Archiepiscopi, & nomine etiam nostro; vobis, ad dictam ecclesiam de Albocacer, discretum Michaellem Eguacer, clericum vestræ dioecesis Dertuseñ. autoritate præsentium præsentamus. Propterea paternitatem, & amicitiam vestram affectuosè rogamus: quatenus dictum Michaellem, aut eius procuratorem, ad dictam Ecclesiam admittatis, & ipsum instituatis in ea, curam, & regimen animarum, eidem vt moris est, nihilominus cõmittentes. Nos enim eundem Michaellem, ad prædicta nouimus fore dignum, quantum humana fragilitas nosce finit. Dat. in loco de Albalato, nostræ Valentineñ. dioecesis, decimo quinto Kalen. Nouembris, anno Domini. 1114. qua litera præsentata, & lecta, dictus dominus Episcopus, ad præsentationem prædictam, admisit ad prædictam Ecclesiam de Albocacer iam dictum Michaellem Eguacer, & ipsum in eadem instituit, & per bñrretum suum eundem personaliter inuestiuit.

Quæ literæ præsentationis, et collationis, reconditæ sunt, in archiuo curiæ ecclesiasticæ Episcopi Dertuseñ. in quodam libro intitulado de Ordens, et per me abstractæ fuerunt, et in authenticum redactæ per notarium, et scribam dictæ curiæ, et archiuu. Nunc autem videntum est vtrum præsentatio facta per Archiepiscopum Tarraconeñ. et Episcopum Valentineñ. administratores qui fuerunt bonorum prædictæ militiæ Templi, ad ecclesiam supradictam de Albocacer, valuerit de iure:

28 Ad quam declarationem præmittendum est, sequestru nihil aliud esse, quã administratorem, et custodem rei sequestrate iux. doctrinam Fran. Mar. decis. 4. num. 2. et

29 decis. 443. n. 1. p. 1. Et vt talis casu quo aliqua vniuersitas, villa seu oppidum, apud illum sint sequestrata, si habent ius patronatus annexum, potest præsentare et præsen-

præsentatio valebit de iure doctri, est Felin. in c. cum
 Bertoldus. n. 30. de sen. et re iud. et Fran. Mar. decis. 4.
 n. 2. p. 1. Inno. in c. examinata. de iudicijs, in prin. vbi do-
 cet, quod vicedominus debet præsentare, dum lis ver-
 titur super patronatu. Vndè cum dicti Archiepiscopus,
 et Episcopus essent administratores, hoc est vicedo-
 mini bonorum, quæ fuerunt militiæ templi, antè consi-
 30. lium Viennensium. In Regnis Coronæ Aragonum, cum ad-
 ministratores dicatur, qui res alterius administrat, et re-
 git; loco, et vicedomini earum; iuxta declarationem
 Accursij in rub. C. de admin. reipub. lib. 11. et dicta bo-
 na, neq. vnita, neque incorporata essent militiæ hospi-
 talis Hierosolymitanensium. neq. Sedi apostolicæ, sed ad in-
 stantiam Regis Aragonum tradita, ad administran-
 dum prædictis administratoribus, per Sedem aposto-
 licam nominatis, et deputatis; iuxta. d. doctrinam. præ-
 sentatio prædicta, ad illos pertinuit, et legitimè facta
 fuit, cum vicedomini essent, hoc est administratores,
 et custodes. Idem resoluit Roch. de Curt. in tract. de iur.
 patro. in verbo. ipse, vel. is. nu. 71. q. 32. et rationem hanc
 reddit: quia sequester, aut custos est, aut possessor, si
 custos prout docet Fran. Mar. decis. 443. num. 1. p. 1.
 præsentare debebat, quia erat fauor rei custoditæ,
 aliter enim esset dissipare fructus rei quam sub sua
 custodia habebat / præsentatio enim, prout sæpe dic-
 tum est, fructus iuris patronatus est, iuxta. doctri.
 Abb. in cap. consultation. num. 3. de iur. patronat.
 et aliorum, ibi ad glos. in cap. cum Bertoldus super
 verbo, quodam iure. et super super verbo, patrono, de
 sct. & re iud. Si possessor dubiū nō est quod poterat præ-
 sentare, ergo dictos sequestros, et administratores, cū
 custodes fuerint concludendum est, potuisse, imò de-
 buisse præsentare. Præterea cum sequester nihil aliud
 sit

fit, quàm administrator legitimus fructuū iux. doctrina
 Fran. Mar. decis. 4. n. 2. p. 1. si præsentatio facta per se-
 questrum valida est, etiam valuit præsentatio per admi-
 nistratores facta, quia sequester administrator est, iux.
 doctrinam desuper adductam. valuit etiam de iure præ-
 sentatio præfata, ex eo quia dicti Archiepiscopus, &
 Episcopus, se nominant curatores bonorum quæ antea
 31 fuerunt militiae Templi. Quia propter cum etiam præ-
 sentatio facta per curatorem furiosi valeat. iux. doctri.
 Cæsar Lamb. de iur. patro. in 17. art. 2. q. prin. 1. p. 2. lib.
 32 à fortiori valuit huiusmodi præsentatio, cum curator
 furiosi detur ad administrandum bona quia ipse non
 potest iux. §. furiosi. insti. de curato. & Archiepiscopus,
 & Episcopus, bona supradicta administrabāt, ob defec-
 tum domini; idem etiam docet. dictus Lambertinus in
 dicto tractatu, in 10. art. 2. q. prin. 1. p. 2. lib. n. 2. vbi dicit
 quod vbi pupillus est patronus ratione patrimonij,
 quod tutor & curator potest præsentare, modo sit ma-
 ior septennio, modo minor; ex eo quia administrat pa-
 trimonium: qua propter, cum dicti Archiepiscopus,
 & Episcopus dictum patrimonium, quod antea fuit fra-
 trum militiae Templi, administrarent, dicta præsentatio
 legitima, & valida fuit, quæ literæ præsentationis, & col-
 lationis Ecclesiæ de Albocacer desuper adductæ, pro-
 bant ius patronatus prædictæ Ecclesiæ, antè abolitionem,
 & annulationem ordinis militiae prædictæ, ad fratres
 eiusdem pertinuisse, veros, & indubitatos patronos fuis-
 se, & per consequens ius patronatus dictæ Ecclesiæ de
 Albocacer, spectasse ad dictos administratores bonorū,
 33 quæ fuerunt dictæ militiae. Quia literis Episcopi, attes-
 tantibus de præsentatione, & institutione, de iure cre-
 dendum est. iux. doctri. Gemini. conf. 57. col. 3. & per
 dictas literas præsentatio plenè probata manet. Bella-
 mera

mera decis. 211. & 311. Calder. conf. 2. de fide instru. & cōmunem dicit Par. Flam. de resig. benef. lib. 8. q. 9. nu. 38. & 39. Et rationem hanc adducunt; quia Episcopus credendus est de his quæ pertinent ad eius officium. Vndè cum in huiusmodi literis collationis, & præsentationis, per Episcopum factis, constet Ecclesiam parochialem villæ de Albocacer, legitimè collatam fuisse ad præsentationem dictorum Archiepiscopi, & Episcopi, modo fuissent administratores modò sequestri, seu curatores bonorum dictæ militiæ Templi, eis est credendum, et probant plenè; maximè cum ex præmissis constet, ius patronatus ecclesiarum villæ de Couis de Vinromano, villarum, et locorum termini eiusdem, intra quem continetur villa de Albocacer, ex primo origine fuisse fratrum militiæ Calatrauæ, secundo verò loco pertinuisse, ad inclytum Regem Iacobum huius nominis secundum, et tertio loco ad fratres militiæ Templi: et post dictæ militiæ abolitionem, & extinctionem, ad curatores, & administratores supradictos, per sedem apostolicam deputatos, et electos.

COMPENDIVM EO- RVM OMNIVM, QVAE RESULTANT EX DEDVC-

tis in hac Prima parte huius

Turis responsi.

TAQ. manet probatum ex omnibus supra adductis in hac 1. parte huius responsi; ius patronatus ecclesiarum, villarum, & locorum Ceruarix Regni Valentix, Dioecesis Dertusen. & termini eiusdem, pertinuisse, & spectasse, à Regno

Cc

Valentix

Valentiæ captò vsq. ad annum 1316. ad Magistrum ordinis sancti Ioannis Hierosolymitanè. quarum numerus sequens est. Nempè, Ecclesia parochialis prædictæ villæ Ceruariæ, & Ecclesiæ, villarum, & locorum, quæ constitutæ sunt intra terminum eiusdem; scilicet sancti Matthæi de Canet, de Xert, de Iana, de Calig, & Rosselli, cum suffraganea de la Senia, & villæ Traygariæ, de qua Ecclesia suo loco tractabimus, cum ius parochiale vnitum sit ad præsens, & incorporatum clero, seu collegio clericorum eiusdem. Deinde etiam similiter dicto tempore, dictum ius patronatus Ecclesiarum villæ & castri de Xiuert diocesis Dertusè. & villarum et locorum sui termini scilicet de Alcala, Alcoceuer. Castellnou, & Pulpiz, constitit pertinuisse, & spectasse ad fratres militiæ Templi. Præterea etiam ius patronatus Ecclesiarum villæ de Couis, de Vinromano, diocesis Dertusè. villarum, & locorum termini eiusdem, scilicet de la Salzadella, Albocacer, Serra, aut Serratella, Tirig, & Villanouæ: pertinuisse post regnū captū immediate ad fratres ordinis militaris Calatrauæ: secūdo verò loco, ad inclytum Regem Iacobum, huius nominis secundum; et tertio loco, ad fratres & Magistrum, ordinis militiæ Templi: quarto, & vltimo loco, et post abolitionem, et annulationem ordinis Templariorum; ad custodes, sequestros, seu administratores bonorum eiusdem. Hæc omnia infalibiliter vsq. in annum 1316. ita se habuerunt, quo tempore, nouus ordo militaris, Virginis Mariæ Montesiæ, institutus fuit prout inferius in 2. p. latè constabit.

SECUNDA PARS.

§. I.

- 1 **I**NCLETTVS *Iacobus Rex Aragonum, secundus huius nominis, studuit novum ordinem militare institueret, de bonis quae ordo Templi ante eius abolitionem habebat in Regno Valentia. & illud obtinere non potuit à Clemente. 5.*
- 2 *De sancto Clemente. 5. novus ordo militaris Montefia instituitur à Ioanne. 22. ad instantiam dicti Regis Iacobi.*
- 3 *Bulla foundationis ordinis Montefia.*
- 4 *Erravit frater Pineda, in sua Monarchia Ecclesiastica, circa institutionem ordinis supralicti.*
- 5 *Vicianus in suis Chronicis civitatis, & Regni Valentia errat etiam circa litem motam, super loco de Rosell, qui est de patrimonio ordinis Montefia.*
- 6 *Bona quae ordo hospitalis habebat in Regno Valentia, fuerunt unita ordine Montefia, exceptis domo, & Ecclesia, quas in civitate Valentia habebat, & loco de Torrent.*
- 7 *Ius patronatus Ecclesiarum villa Cernaria, villarum, & locorum, termini eiusdem, ante institutionem ordinis Montefia, pertinuit ad magistrum hospitalis, & post illum ad magistrum Montefia.*
- 8 *Res unita retinet sua privilegia, et statum quem habebat tempore unionis.*
- 9 *Dictio, quidquid, idem importat, quod dictiones, illud quod.*
- 10 *Dictio, quacumq, importat omnimodam generalitatem.*
- 11 *Exceptio alicuius rei, in unione, seu donatione facit comprehendere ea, quae alias non comprehenderentur.*
- 12 *Ius patronatus, transit accessorie cum universitate donata, aut incorporata, licet de eo mentio non fiat.*
- 13 *Ius patronatus si transit accessorie cum universitate, aut de per se in locum religiosum, dicta translatio seu donatio non indiget Episcopi consensu.*

- 14 *Omnia bona que habebat ordo militiae Templi, tōpore abolitionis, & extinctionis eiusdem, fuerunt donata, incorporata, & unita ordini Montesia, in Regno Valentia.*
- 15 *Dictio, omnia, est uniuersalis, & nihil dimittit.*
- 16 *Dictio, alia, includit omnia ommissa in precedentibus.*
- 17 *Per donationem, unionem, & incorporationem honorum ordinis Templariorum, ordini militari Montesia factā, Magister, & fratres Montesia fuerunt patroni Ecclesiarum, ville & castri de Couis de Vinromano; & locorū termini eiusdem & similiter ville, & castri de Xiuert, villarum, & locorum termini eiusdem.*
- 18 *Magister Montesia, ut patronus indubitatus Ecclesiarum, villarum, & locorum, quae referuntur in numero precedenti, & m. 7. actus legitimos patroni exercuit, constat per plura instrumenta collationum, & presentationum, quae subsequuntur ab anno. 1328. vsq. ad annum 1507.*



ITAQ. cum bona supradicta Templariorum, post abolitionem ordinis eorundem, existerent sub custodia, & administratione curatorum, seu administratorum, quae à Sede Apostolica destinati fuerunt, in Regnis Coronae Aragonum, quemadmodum in §. precedenti probauimus: Iacobus Rex Aragonum, huius nominis secundus, ingenti solertia studuit quod huiusmodi bona applicarentur, & vnirentur cuidam ordini militari instituendo, ad defendendum, & ruendum incolas Regnorum, & dominij eiusdem, ab incursu Saracenorum, & infidelium: & ita pluries misit legatos suos ad sanctam Sedem Apostolicam, quam eò tunc administrabat, & gubernabat Clemens Pontifex, huius nominis V. cui pluries pro parte domini Regis supradicti humiliter supplicarunt, quatenus dictum nouum ordinem

2. dinera institui dignaretur, quibus supplicationibus annuere noluit. ita refert Illescas in Pontif. 2. p. cap. 1. lib. 6. et curita in annal. cap. 101. lib. 5. et late narratur in bulla foundationis ordinis Montesiæ, quam inferius in præsentis §. adducemus. Cumq. successiue vita functus fuisset Clemens V. in mense Aprilis anni 1314. iuxta relata per Illescas in cap. 1. successit in dicto Pontificatu, et electus fuit in mense Augusti in anno. 1316. Ioannes Pontifex. 22. teste dicto Illescas in cap. 2. d. lib. 6. & post varias legationes per dictum Regem missas, ad suprascriptum effectum: ordo nouus militaris Virginis Mariæ Montesiæ, institutus fuit à prædicto Pontifice Ioanne. 22. interuenientibus, et consentientibus, ac etiã supplicantibus; Vitali de Villanoua legato, per dictum Regem ad prædictum negotium specialiter destinato, et electo: & fratre Leonardo de Libertis Priori Venetiarum generali visitatore, et procuratore ordinis hospitalis; et alijs fratribus, et Prioribus dicti ordinis: prout constat de his omnibus latissimè in bulla foundationis, et institutionis ordinis prædicti Virginis Mariæ Montesiæ: quæ sequitur in hunc modum.

3. **I**OANNES Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Pia mater Ecclesia cura de fidelium salute sollicita, sic in palmitibus fidei catholicæ dilatatis, accensa charitatis ardoribus delectatur; solerter inuigilat, & fructuosi operis pro persecutione laborat, sic vias, & modos exquirat, quibus hostium ipsius fidei conatibus obuiat, vires reprimat, & hi præsertim fidei Catholicæ cultores, quos loci vicinitas eiusdem hostis appropinquat, opportuna tuitionis muniti præsidijs, ab eorum impugnationum incurfibus, iuuante domino præseruentur. Dudum liquidem, sælicis recordationis Clemens Papa Quintus, prædecessor noster, quendam ordinem militiæ Templi Hierosolymitanè, propter nefandos errores, & scelera varia, & diuersa, quibus erant dicti ordinis personæ resperæ, ipsiusque statum, habitum, atque nomen in consilio Viennensi, eodem

dem approbante consilio, irrefragabili, & perpetuò valitura, sub-
tulit sanctione. Illum prohibitioni perpetuò supponendo, ac inhi-
bendo districtius, nequis ex tunc dictum ordinem, vel habitum eius,
suscipere, seu defferre, vel pro Templario se gerere, quomodolibet
attentaret. Bonis omnibus dicti ordinis, apostolicæ Sedis ordina-
tioni, cum inhibitione, & decreto, autoritate apostolica reseruat.
Demum vero, idem prædecessor attentè considerans, quod fratres
ordinis hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, pro recuperatio-
ne maximè ipsius terræ sanctæ, ducebant, sicut & ducunt pericula
quælibet in contemptum, post deliberationem super hoc cum fra-
tribus suis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, necnon Patriar-
chis Archiepiscopis, Episcopis, & Prælati alijs, & nonnullis Princi-
pibus, & Illustribus viris, ac Prælatorum absentium, capitulorum
quoque atque conuentuum, ecclesiarum, & monasteriorum procu-
ratoribus, tunc in dicto consilio constitutis præhabitam diligentè.
Omnia bona, dicti quondam ordinis Templariorum, quæ idem
ordo tempore, quo magister, & nonnulli ex fratribus dicti ordi-
nis, in Regno Franciæ, communiter capti fuerunt, videlicet; anno
Domini. 1308. in mense Octobris, per se vel per quoscunque alios
habebat, tenebat, & possidebat vbilibet, vel ad ipsum ordinem, &
prædictos magistros, & fratres ipsius ordinis pertinere poterant, &
debent: præfato ordini hospitalis, & ipsi hospitali, donauit, & con-
cessit, vniuit, incorporauit, applicauit, & annexuit in perpetuum, de
apostolicæ plenitudine potestatis. Bonis illis, quæ idem ordo Tem-
plariorum, in Regnis & terris charissimorū in Christo filiorum nos-
trorum, Castellæ, Aragonum Portugalix, & Maioricarum Regum
Illustrium, extra Regnum Franciæ habebat, seu possidebat, & ad eū
debitè poterant quomodolibet pertinere, dumtaxat exceptis, quæ
dictus prædecessor, non nullis de causis, quæ tunc pro parte Regum
ipsorum prætensa fuerunt, à donatione, concessione, vniōne, incor-
poratione, applicatione, & annexione prædictis excepit specialiter,
& exclusit: eis nihilominus, apostolicæ dispositioni & ordinationi re-
seruatis. Postmodum autem, ne propter prætentionem causarum
huiusmodi, ordinatio prædictorum bonorum, in prædictis Regnis, &
terris, existentū; teneretur diutius in suspensio: prædecessor ipse certū
peremptoriū terminū, dictis Regibus per apostolicas literas assigna-
uit: in quo per procuratores, seu nuntios idoneos, plenū, & speciale
mādarū habētes ab eis, cū omnib⁹ rationib⁹ & monumētis ad causas
pertinētibus memoratas; apostolico se cōspectui præsentarēt infor-
maturi

maturi eū de causarū veritate, & essentia prædictarū suęq. super illis
 ordinationis beneplacitum, audituri. Cum q. dictus Rex Aragonum
 propter hoc, ad prædecessoris eiusdem, & subsequenter ad nostram,
 (postquam sumus, domino permittente, ad statum Apostolicæ dig-
 nitatis assumpti) præsentiam, nuntios suos, diuersis vicibus destina-
 set, qui causas, & rationes varias allegarunt, propter quas bona ip-
 sa, in Regno suo sistentia vniri, & incoaporari non posse, memorato
 ordini hospitalis, absq. ipsorū Regis, & regni euidenti præiudicio, &
 dispendioso periculo asserabant. Tandem post longam, & diutinam
 altercationē super hoc habitam, cum dilecto filio nobili viro, Vitali
 de Villanoua, nuntio & procuratore dicti Regis Aragonum, adhoc
 sufficiens, plenum, & speciale mādaturū habente, cuius quidem mā-
 dati copiam præsentibus inferi iussimus ad cautelam, ipsiusq. Regis
 nomine consentiente, præsentibus quoq. atque consentientibus, in
 quantum tangi poterant, dilectis filijs fratribus Leonardo de Liber-
 tis priore Venetiarum, generali visitatore, & generali procuratore, ac
 multis ex prioribus, & fratribus dicti ordinis hospitalis, eiusdem or-
 dinis nomine. De fratrum nostrorum consilio, in modum qui sequi-
 tur duximus ordinandum. Cum enim illa sc̄da sarracenorum natio,
 & impia Christiani nominis inimica, in frontaria Regni Valentie
 (quod est ipsius Regis Aragonum) constituta, Regnum ipsum, eiusq.
 fideles, in summi Regis offensam, per successus, ab olim temporum
 diuersorum angustijs multarum tribulationum afflixerit, discrimi-
 nibus subiecerit vanē, & crudelior propriam impietatem armauerit.
 Sicut & adhuc armatē conatur, in exterminium eorundem. Nos
 igitur eisdem Regi, regno, atq. fidelibus, aduersus huiusmodi hosti-
 les incurtus perspicacientes, dicti Regis supplicationibus inclinati,
 monasterium in Castro de Montesia, Valentini diocesis, infra dic-
 tum Valentie Regnum constitutum, de prædictorum fratrum nos-
 trorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis ordinamus de
 nouo, ad honorem Dei, & exaltationē Catholicę fidei, ac depressio-
 nem ipsorum infidelium, constitutum in quo fratres ordinis Calatra-
 uensis (ad quos Rex ipse non parum affixidicitur, & de quorum es-
 trenuitate cōfideat vt fertur) pro defensione dicti Regni Valentie, ac
 fidelium incolarum ipsius, ab hostium dictę fidei eiusdem vicinantiū
 periculosis insaltibus, debeant collocari. Vt sic eisdem Regnum, & fi-
 deles, eo feruentius dictis hostibus resistere valeant, quo pluriū vi-
 ribus constatis in vnum maiori potentia salciatur. Cui quidem mo-
 nasterio plena super hoc cum eisdem fratribus nostris deliberatione

prehabita, & de ipsorum cōsilio, ac eiusdē plenitudine potestatis ducti,
 præsertim dicti Regis instantia, ex nunc, ex causa præmissa, omnia,
 & singula bona, immobilia quæcunq. & in quibuscunq. sistentia,
 nomina, actiones, iura, iurisdictiones, & honores, homines, & vas-
 sallos quoslibet, & alia quæcunq. que, quæ dictus quondam ordo Tē-
 pli, tempore captionis prædictæ habebat, & habere debebat. Et quid
 quid etiam, idem ordo hospitalis habet ad præsens, & ad eum perti-
 nere potest, & debet, quacunq. ratione, vel causa, in eodem Regno
 Valentix, nec non parrochialem Ecclesiam dicti castri de Montesia,
 apostolica autoritate donamus, incorporamus, applicamus, annecti-
 mus in perpetuum, & vnimus: Domo tamen, ecclesia, censibus, &
 redditibus, quos idem ordo hospitalis sancti Ioannis habet in Ciui-
 tate Valentix, & eius territorio, per mediam leucam circum circa, &
 castro etiam, loco seu villa de Torrent, dictæ Valentineñ. diocesis,
 cum iuribus, & pertinentijs suis, ab huiusmodi donatione, vnione,
 incorporatione, & applicatione dūtaxat exceptis, quæ hospitali præ-
 dicto volumus remanere. Decernentes irritum, & inane, si secus su-
 per his, à quoquam, quauis autoritate scienter, vel ignoranter, conti-
 gerit attentari. Et nihilominus, concedentes magistro, & fratribus
 supradicti ordinis, qui pro tempore fuerint, quòd omnibus, & sin-
 gulis priuilegijs, immunitatibus, & libertatibus gaudeant; quæ ma-
 gistro & fratribus eiusdem ordinis, in dicto Regno Castellæ consis-
 tentibus, sunt ab apostolica Sede concessa, quodque ipsi magistri, &
 fratres eiusdem Ecclesiæ de Montesia, curam gerere valeant, per
 idoneum presbiterū ipsius ordinis professorē. Volumus autē, quòd
 magister, & fratres eiusdē monasterij cōstruendi, qui pro tēpore fue-
 rint, pro dictis bonis vt prædicitur cōcessis eisdem, ea quæ dicti hos-
 pitalis, & quondam Templariorū fratres facere debebant, cū bona,
 tenebant, prædicta facere teneantur. Quodq. dictus Rex Arago-
 num, omnia seruitia, & iura regalia, quæ tam ipse, quam sui, ab hos-
 pitalis, & quondam ordinis Templi prædictis fratribus, dum ordo
 ipse Templariorum subsistebat, necnon & hominibus, atque bonis
 ipsorum habebant, & habere consueuerant temporibus retroactis,
 habere valeat, à magistro, & fratribus prædicti monasterij constru-
 endi, sibiq. & suis eiusdem hominibus, & bonis, salua, & illibata ser-
 uentur, & integra, iura, & seruitia supradicta; nec super ipsis eidem
 Regi, vel suis aliquod præiudicium generetur. Statuimus insuper, &
 etiam ordinamus, quòd præfatum monasterium taliter constru-
 endum, eidem ordini de Calatraua, hoc sit modo subiectum: videlicet,

quod

quod magister ipsius ordinis de Calatrava qui est, & pro tempore fuerit; possit per se, vel per alium, seu alios dictum monasterium semel in anno, vel pluries si necesse fuerit, visitare, & in eodem corrigere quæ fuerint corrigenda. Ita tamen, quod ipse magister de Calatrava, cum voluerit in eodem nouo monasterio, huiusmodi visitationis officium exercere; diem aduentus eius, dilecto filio Abbati monasterij Sanctarum Crucum, ordinis Cisterciensis, diocesis Tarracon. per tantum tempus antè ipsius magistri, vel illius quem ipse magister, ad ipsius visitationis officium destinabit debeat nuntiare, quod idem Abbas Sanctarum Crucum, ipso die aduentus præfati magistri, vel illius, quem ad hoc idem magister vt prædicitur destinabit, pro visitatione prædicta, possit esse paratus. Vel si forsan ipse vacare non possit, dilectus filius Abbas monasterij Sanctæ Mariæ de Vall digna, eiusdem Cisterciensis ordinis, dictæ Valentinen. diocesis, valeat in dicta visitatione, cum dicto magistro, vel alio pro visitatione huiusmodi destinando, suam præsentiam exhibere. Nec magister ipse in eodem monasterio nouiter construendo, absque consilio, & consensu, alterius Abbatum prædictorum, correctionem vel ordinationem possit aliquam exercere. Quod si forte neuter Abbatum ipsorum, ad præfatum monasterium nouum, die visitationis huiusmodi possit accedere, dicto magistro visitationem exercere liceat supradictam. Volumus autem quod administratores noui monasterij, supradictis Abbati, & magistro de Calatrava præfatis, pro personis, & rebus eorum, dicta visitatione durante, teneantur in victualibus prouidere. Cæterum, prouisionem de primo magistro dicto nouo monasterio faciendam, dispositioni nostræ, & sedis Apostolicæ reseruamus, qui cum creatus extiterit, recipiendi fratres ibidem quos voluerit, & viderit expedire, plenam, & liberam habeat potestatem. Ad quorum informationem, idem magister, & Abbas eiusdem monasterij Sanctarum Crucum, decem fratres eiusdem ordinis de Calatrava, in eodẽ ordine approbatos, de quibus eis visum fuerit commodabunt. Statuimus etiam, auctoritate prædicta, quod magistro ipsius noui monasterij, qui pro tempore fuerit, cedente, vel etiam decedente, conuentus seu fratres eiusdem monasterij, eligendi sibi, & eidem monasterio magistrum aliquem de ipso ordine Calatravensi, liberè infrà trium mensium spatium, ad tarduis habeant facultatem. Qui eo ipso quod electus fuerit, pro confirmato, si in plena concordia electus fuerit habeatur, & sine confirmatione alia, liberè administret. Quod si fortè idem conuentus, & fratres, infrà dictum

tempus magistrum non elegerint, antedictus prefatus magister de
 Calatrava, cum consilio, & assensu alterius Abbatum predictorum,
 possit de magistro dicto nouo monasterio prouidere. Cætera uero
 bona omnia, & singula, quæ dictus quondam ordo militiæ Templi,
 tempore captiõis predictæ, in eodem Regno Aragonum, & terris
 alijs Regi predicto subiectis habebat, possidebat, & habere poterat,
 & debebat, & quæ ad illum poterant rationabiliter pertinere, quæ
 uero per dictum Regem Aragonum, uel alium quemlibet detineban-
 tur, & detinentur in Regno, & terris eiusdem, assentiente predicto
 Vitali, nomine dicti Regis, ordini, & hospitali predictis, donanda,
 concedenda, unienda, incorporanda, annectenda duximus, & per-
 petuò applicanda; certis modis adiectis, quos pro plena securitate ip-
 sorum Regis, & Regni Aragonum, & ad propellenda imminencia
 sibi quæ pericula uidimus expedire, prout in nostris certi tenoris li-
 teris, super hoc confectis, (quas in suo volumus robore permanere)
 plenius continetur. Quæ omnia, & singula, idem Vitalis nomine pro-
 curatorio dicti Regis Aragonum; nec nõ Visitator, Procurator, Prio-
 res, & fratres dicti ordinis hospitalis presentes inibi eiusdem ordi-
 nis nomine, in quantum uidelicet qualibet pars exinde tangeba-
 tur, & tangi poterat, & debebat, acceptauerunt, & approbauerunt ex-
 pressè, rata habuerunt, & grata. Nihilominus promittentes se bona
 fide effecturos, & curaturos, quod Rex & ordo predicti, ea omnia,
 & singula, prout ad unumquemque pertinebit, pertinere poterit,
 & debeat, acceptabunt, & probabunt, rata habebunt, & grata,
 eaque seruare, & adimplere curabunt, vllò vnquam tempore in con-
 trarium non venturi. Tenor autem procurationis dicti Vitalis, talis
 est. Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentia, Sardinia, &
 Corcica, ac Comes Barcinonæ, confidentes de legalitate, & iudici-
 a vestri dilecti consiliarij, & familiaris nostri, Vitalis de Villanoua
 militis; cum testimonio presentis publici instrumenti; constituimus,
 & ordinamus, vos dictum Vitalem presentem, & hanc procuratiõ-
 nem sponte suscipientem, certum, & specialem procuratorem nos-
 trum ad tractandum, concordandum, & conueniendum, pro parte
 nostra, cum Sanctissimo in Christo Patre, & Domino, Domino
 Ioanne, Diuina Prouidentia, Sacrosanctæ Romanæ, ac vniuersalis
 Ecclesiæ Summo Pontifice, super ordinatione per ipsum Dominum
 Summum Pontificem facienda, de bonis quæ ordo quondam Templi
 habebat infra limites Regnorum, & terrarum nostræ ditioni sub-
 iectarum. Et ad consentiendum nostro nomine, ordinationi de dic-

tis bonis, per dictum Dominum Summum Pontificem faciendæ, prout idem dominus Summus Pontifex voluerit ordinare: & super huiusmodi ordinatione, cum ipso domino Summo Pontifice, potetis concordare, & ad firmandum ex parte nostra quamcunq. dispositionem, seu ordinationem, quam dictus dominus Summus Pontifex fecerit vt prædicitur, de bonis prædictis. Et ad obligandum vos nostro nomine, dicto domino Summo Pontifici, quòd ordinationẽ prædictam faciendã per eum, de bonis præmissis; tenebimus, & sequemur, per nos & lucessores nostros, nec contraueniemus eidem. Dantes, & concedentes vobis dicto Vitali, potestatem plenariam, & generalẽ administrationẽ, cum libera facultate tractandi, concordãdi, & conueniendi, cū dicto dño Summo Pontifice in prædictis. Et consentiendi cuicunq. ordinationi de ipsis bonis, per eum vt prædicitur faciendæ, ac formandæ ordinationem prædictã, in personã nostram admittendi, & recipiendi, quęcunq. ad nos spectauerint, ex ordinatione iam dicta, ad nostri, & Regni, nostri satisfactionem, & omnia alia faciendi in & super prædictis, prout vobis videbitur, quęcunq. nos in prædictis, & eorum quolibet possemus facere, si præsentem essemus, ratum, & firmum habere promittetes perpetuò, per nos & nostros, quidquid, per vos dictum Vitalem nostro nomine, in prædictis tractatum, concordatum, conuentum, & firmatum fuerit, nullo tempore reuocare, sub bonorum nostorum omnium hypoteca. In cuius rei testimonium, præsens scriptum nostrum inde fieri iussimus, sigilli Maiestatis nostræ munimine roboratum. Quod est actū Barcinonæ decimo quinto kalendas Martij anno Domini millesimo, tercentesimo, decimo sexto. Signum Iacobi Dei gratia Regis Aragonum, Sardinia, & Corcica, ac Comitum Barcinonæ; qui hæc concedimus, & firmamus. Testes sunt qui prædictis præsentem interfuerunt, Gondifalbus Garcia miles, consiliarius. Petrus Marti Thesaurarius, & Guillelmus Oulomari Iudex curiæ domini Regis prædicti. Signum mei Bernardi de Agarfone, dicti domini Regis Notarij publici etiam auctoritate sua, per totam terram, & dominationẽ ipsius dñi Regis, qui mandato suo hæc scribi feci, & clausi, loco, die, & anno prefixis. Nulli ergo omninò hominũ liceat, hanc paginã nostræ ordinationis, incorporationis, applicationis, annexionis, vnionis, voluntatum, constitutionum, cõcessionis, & reseruatiõis, infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præsumpserit. Indignationẽ omnipotētis Dei, & beatorũ Petri, & Pauli Apostolorũ eius, se nouerit incurfurũ. Dat. Auinio. 4. Idus Iunij Ponti. nostri an. r.

- 3 Ex cuius Bullæ dispositione constat, & signanter ex data eiusdem ordinem præfatum militiæ Montesiæ, institutum fuisse anno primo Pontificatus Ioannis vigesimi secundi, hoc est, in anno millesimo, tercentesimo decimo sexto, quia electus fuit in Pontificem dicto anno: teste Illescas in pontifi. in 2. p. lib. 6. c. 1. in fin. & c. 2. qui licet in fine. d. c. asserat tertio anno Pontificatus dictum ordinem institutum fuisse, ex dat. Bullæ supra adductæ, euidenter probatum manet, primo anno Pontificatus prædicti institutum fuisse. Et errauit omninò Pineda in sua Monarchia Eccles. 3. p. lib. 22. c. 22. §. 3. referendo ordinem militare supradictum, institutum fuisse per Iacobum Aragoniæ Regem nuncupatum el conquistador, & confirmatum, per Gregorium Papam, huius nominis nonum, in anno 1227. cum ex Bulla supradicta appareat, in anno. 1316. seu 1317. institutum fuisse ad instantiam Iacobi Regis Aragonum, huius nominis secundi, per Ioannem vigesimum secundum, Pontificem maximum, sic refert etiam Gurita in annal. lib. 6. c. 26. & Illescas in Pontifi. 2. p. c. 2. in fin. frater Hieron. Roman. in tract. de las republicas cap. 7. lib. 7. p. 1. itaq. omninò errauit circà tempus foundationis, & circà Pontificem Romanum, & Regem Aragonum, tempore institutionis regnâtes. Pariter etiâ, quidam Viciana, in lib. intitulado Chronica de la inclita y coronada Ciudad de Valencia, y su Reyno. ca. del monasterio de nuestra Señora de Benifaça, falsò asserit inter Abbatem monasterij de Benifaça, & magistrum Montesiæ, litem exortam fuisse, super dominio loci, siue villæ de Rossell, termini Ceruariæ, nam temporibus, quibus lis supradicta suscitata, & decisa fuit in Romana curia, ordo Montesiæ adhuc institutus non erat, nec septuaginta forsan ex indè annis, sed ventillabatur eò tunc, inter Abbatem & fra-
- 4
- 5
- tres

- tres dicti monasterij ex vna, & magistrū, & fratres hospitalis Hierosolymitanē. ex altera parte, vti dominos villæ Ceruariæ, & locorum termini eiusdem, intrā quem constituta est, villa de Rosell: probat hoc euidenter, tex. expres. circa dictā litem, & eius decissionē conditus. in c. abbate sanē. de re iud. in 6. & ibi glos. in prin.
- 6 itā refert Beuther, in chron. lib. 2. cap. 23. in fine. Tum etiam ex dictæ Bullæ dispositione latē, & euidenter probatū remanet, bona omnia quæ tēpore foundationis, & institutionis prædicti ordinis habebant, & possidebant magister & fratres hospitalis, fuisse vnita, & incorporata nouo ordini Mōtesiæ, exceptis loco, & castro de Torrent, ac etiā ecclesia, & domo, quas possidebant in ciuitate Valentix, cum censibus, & redditibus earundem.
- 7 Pariterq. ius patronatus Ecclesiarū, villarum & locorū Ceruariæ, & termini eiusdem, cum ex supradictis in prima parte huius responsi cōitet, ad magistrum hospitalis pertinuisse, & verum, & indubitatum patronum fuisse, prout euidenter apparuit etiā ex instrumentis, & actis desuper adductis: & signanter ex præsentationibus factis, per dictum magistrum, in anno 1312. & 1315. ad ecclesias parrochiales villæ Ceruariæ, et villarū de Calig, et de Canet, quarum fit lata mentio, in p. 1. §. 13. n. 4. et 5. 7. et 8. concludendum, et dicendum est, post dictam institutionem noui ordinis militaris Montesiæ, ad magistrum eiusdem pertinuisse, et spectasse: quia prout apparet ex dispositione Bullæ supra adductæ omnes villas, castra, iurisdictiones, et quæ ordo hospitalis habebat tēpore dictæ institutionis noui ordinis Montesiæ, vnita applicata et incorporata fuerunt, dicto nouo ordini: ex
- 8 ceptis loco, domo, et ecclesia supradictis: quōd de iure procedit, ex eo quia res vnica, retinet sua priuilegia, et statum quem habebat tempore vnionis. ita docet Re-
- buf.

bus, in praxi benef. p. r. tit. de translatio. Episcop. et aliorum etc. n. 11. adducens Lapū allegat. 68. incipiens. que-
ris an liceat etc. verificantur præterea hæc omnia, nēpe
vniuersa bona, quæ habebat ordo hospitalis, tēpore in-
stitutionis noui ordinis Montesiæ applicata fuisse, cum
vniuersis iuribus, per verba dictæ bullæ sequentia. *Et
quidquid etiā idem ordo hospitalis habet ad presens, & ad eum
pertinere potest, & debet, quacunq. ratione vel causa: in eodem*

9 *Regno Valentie &c.* Ille enim dictiones, *quidquid*, de iure
idem operantur, ac si dixisset, illud quod, iux. doct. Bar.
in l. ballista. n. 1. ff. ad senat. cōsult. trebel. itaq. illud quod
ordo hospitalis, tēpore vnionis possidebat in Regno Va-
lentiæ, præter excepta, vnitū, et incorporatū extitit no-
uo ordini Montesiæ, etsi diuersis titulis, rationibus, vel
causis ad dictū ordinem hospitalis spectarent. probant
hæc verba supradictæ bullæ sequētia, *quacunq. ratione, vel*
10 *causa*, quia dictio illa, *quacūq.* importat omnimodam ge-
neralitatem. iux. tex. in c. solitæ benignitatis. circa finē,
et ibi glo. super verbo, quodcūq. de maiorit. et obedien.

11 et ibi Abbas. in vltim. notab. Deindē etiam, præter de-
ducta, cōstat vniuersaliter omnia bona, & iura dicti or-
dinis hospitalis, vnita, & incorporata fuisse nouo ordi-
ni Montesiæ, ex eo quia, exceptio illa facta in dicta bulla
vnionis, & foundationis, de castro de Torrent, & alijs re-
bus in dicta bulla expressis, ad eō ampliat dictam vnio-
nem, & incorporationem, in non exceptis, vt cōprehen-
di faciat, ea quæ aliās non cōprehenderentur. iux. tex. in
c. dñs. iuncta glo. 1. 32. q. 7. & in l. nam quod liquidē. §.
fin. ff. de penu lega. et in l. quæsitum. §. denique. ff. de fun-
do instructo. sic docent latē Mandos. in regul. cancel.
regul. 27. quaest. 11. n. 5. et regul. 32. q. 23. n. 5. et Natta.
conf. 159. num. 31. et conf. 113. n. 4. Itaq. exceptio supra-
dicta in tantum ampliat vnionem, & incorporationem

supra

- supradictam, vt nihil dimittat, quod incorporatum non
 12 extiterit. Et quamuis ius patronatus ecclesiarum villarum
 Ceruarie, villarum & locorum termini eiusdem, nõ ex-
 primatur in bulla; nec de eo mentio facta fuerit, transi-
 uit cum vniuersitatibus, & locis vnitis, & incorporatis,
 accessorie, quod latè in 1. p. huius respõsi decisum extitit
 iux. doctri. Roc. de Cur. in tracta. de iur. patro. super
 verbo, ipse, vel is, n. 1. & Cæsaris Lamber. in 16. art.
 13 2. q. principalis. 2. p. 1. lib. nu. 10. Nec indiget Episcopi
 consensu, ex quo accessorie transiit cū vniuersitatibus,
 & locis vnitis, & donatis, et in locum religiosum. doctri.
 est Abb. in c. illud prætereundū. n. 4. d. iur. patro. & Roc.
 de Cur. in verbo, pro eo quod. n. 4. Cæs. Lāber. 2. art. 1. q.
 prin. 2. p. 1. 1. lib. n. 2. vsq. ad 4. et casu quo tali consen-
 su, et autoritate indigeret, non deficit in occurrēti casu
 cū autoritas Põificis maximi interuenerit teste institu-
 14 tionis bulla. Similiter etiā omnia et singula bona & iura
 quæ ordo militiæ Tēpli habebat, immediatè antè aboli-
 tionem, & captionem, fuerunt donata, vnita, et incorpo-
 rata, ordini nouo militiæ Montesiæ eà scilicet bona, &
 iura, quæ exstebāt in Regno Valentie, prout cõstat eui-
 denter, ex bulla foundationis prædicti ordinis: nihil ex di-
 ctis bonis deducto, prout patet ex verbis bullæ sequēti-
 bus. *Ex nunc, ex causa præmissa omnia & singula bona immobi-
 lia quæcumq. & in quibuscumq. sistentia, nomina, actiones, iura,
 iurisdictiones, & honores homines & vassallos quoslibet, & alia
 quæcūq. quæ dictus quōdā ordo Templi tempore captionis prædic-
 tæ habebat &c. autoritate apostolica donamus, incorporamus, applle-*
 15 *camus &c.* dictio enim illa, omnia, est vniuersalis, et deno-
 rat, nihil d. dictis bonis detraxisse iux. tex. in l. textorib.
 et in l. Julianus. ff. de leg. 3. & glos. in c. vt circa. in verbo
 aliorum, de election. lib. 6. D. Paulus ad Hæbreos cap. 2.
 ad declarandum verba hæc Psal. 8. *Omnia subiicisti sub pe-*
digis

dibus eius. in hunc modum dicit: in eò quòd omnia ei subiecit, nihil dimissit non subiectum; ex quibus verbis apparet vniuersaliratem dictionis prædictæ, *omnia*, & eò quia, Summus Pontifex vniuit, & incorporauit, omnia bona, & iura quæ ordo Templi habuit in Regno Valentia, ac etiam donauit ordini nouo Montesiæ, visus fuit nihil dimississe, ex dictis bonis, in prædicto Regno, quod donatum, vnitum, et incorporatum non esset, cum dicta institutionis, et foundationis bulla, noui ordinis Montesiæ. Et casu quo dictio illa, *omnia*, non ita vniuersalis esset dictiones hæc, *alia quæcumq.* quæ sunt clausulæ institutionis bullæ de superadductæ comprehendunt, & absolutè amplectuntur, quidquid haberet, & habere posset tempore captionis. Namq. dictio, *alia*, includit omnia ommissa, in præcedentibus verbis, vt nihil remaneat Bal. in l. conuenticulam. col. 5. C. de Episco. & cleri. DD. post glos. in authen. ex testamento. C. de collatio. & in l. fugitiui. C. de furtis. & in c. sedes. de rescrip. Cardin. Paris. conf. 92. n. 5. et dictio, *quæcumq.* etiam omnes comprehendit. Paris. conf. 1. n. 100. vol. 3. Alber. in l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. Et ità venit concludendum, quòd vniuersa bona, iura, & iurisdictiones &c. existentia in Regno Valentia, quæ tempore captionis earum, fuerunt militiae Templi, nihil ex eis detractò, pertinuisse, et spectasse, ad nouum ordinem Montesiæ, in continenti postquam institutus fuit, vigore donationis, vniõnis, et incorporationis factæ in bulla foundationis eiusdem. Et ea propter cum ius patronatus ecclesiarum, villæ, et castri de Couis de Vinromano, villarum et locorum termini, et tenentiæ eiusdem; villæ, et castri de Xiuert, villarum, et locorum, termini eiusdem, eo tempore pertineret, et spectaret, ad fratres militiae Templi, concludendum est, vigore dona-

dona.

donationes, & incorporationes prædictæ, pertinuisse, & spectasse post institutionem, & foundationem ordinis prædicti Montefiæ, ad Magistrum, et fratres eiusdem ordinis Montefiæ, succedentis in dictis bonis, & iuribus, vigore annexionis, donationis, vnionis, & incorporationis supradictarum. Et ea propter post dictæ religionis foundationem, & postquam Magister, et fratres Comendatores, bona, iura, & reliqua dicti ordinis administrarunt, rebus omnibus iam in suo tramite positis, & regulatis, actus legitimi supradictum dominium demõstrantes exercebant. Præsertim Magister Montefiæ, parum post institutionem dicti ordinis, vt verus, & legitimus patronus, ecclesiarum villæ Ceruatix, villarum, & locorum termini eiusdem, nempe sancti Matthæi, de Xert, de Canet, de Calig, de la Iana, & Rosselli, & suffraganearum earundem, et villæ de Couis de Vinromano, villarum, et locorum, termini, et tenentiæ eiusdem, nempe de la Salzadella, de Tirig, de Albocacer, de la Serratella, et Villenouç, et suffraganearum illarum, et villæ, & castri de Xiuert, villarum, et locorum termini eiusdem, scilicet de Alcalá, Alcoceuer, Castellnou, et Polpiz, et suffraganearum illarum, actus veros & legitimos indubitati patroni exercuit: præsentado ad prædictas parrochiales, tempore vacationum earundem; et presentati obtinuerunt eas, vigore præsentationum, que per dictum Magistrum factæ fuerunt prout patet: ex instrumentis antiquissimis præsentationum, & collationum dictarum ecclesiarum parrochialium, maximo studio, et nimio labore adinuentis p me, in libris, processibus & scripturis recõditis, in archiuo ecclesiastico curiæ Episcopi Dertuseñ. in quorum perquisitione, per plures dies consumpsi quorum sumaria hic recenseo, attento quod ius Regiæ Maiestatis, cum eisdem fulsitum omnino manet: & sunt necessaria

cessaria, & fundamentalia instrumenta: tam ad facti, quam ad iuris huius responsi robur.

Itaque vacante Ecclesia parrochiali villę de Couis de Vinromano, in anno. 1328 (duodecim annis parum plus post institutionem dicti ordinis Montesię) per obitum Dominici Porcar, rectoris eiusdem Berengarius Episcopus Dertuseñ. contulit eam, Beręgario Marques clerico Kalendis Martij, dicti anni. 1328. ad presentationem, nobilis Petri de Tous magistri noui ordinis Montesię, et eo nomine patroni indubitati.

Et successiuę octauo kalen. April. an. 1330. nobilis Petrus de Tous magister Montesię, cum cōsensu fratrum, & Commendatorum dicti ordinis, cōcessit facultatem incolis loci de Polpiz, termini villę de Xiuert ædificandi, & construendi ecclesiam in illo.

Similiter etiam vacante ecclesia parrochiali villę sancti matthęi constitutę intrā terminum villę Ceruarię per obitum Laurentij Mariner rectoris. Fuit collata per Beręgariū Episcopū Dertuseñ. Bernardo de Oliuis, ad presentationem nobilis Petri de Tous magistri Montesię. & eo nomine patroni indubitati seu illius procuratoris, decimo kalendis Septembris anno 1330.

Postea autem, vacauit ecclesia parrochialis villę de Xert constituta, intrā terminum villę Ceruarię, per obitum. N. Ciutadella rectoris eiusdem, & ad eam vacantem, nobilis Petrus de Tous magister Montesię, & eo nomine patronus indubitatus, presentauit Nicolāū Corrali clericum, cui vigore dictę presentationis, per Berengarium Episcopum Dertuseñ. fuit collata dicta Ecclesia, & eam obtinuit 3. Kalen. Octob. anni 1330.

Constructa nouiter ecclesia de Polpiz termini de Xiuert, Frānciscus Treuinyo Decanus Ecclesię Dertuseñ. & Petrus Marsans rector villę Gandesię dioecesis Dertuseñ. procuratores, nobilis Petri de Tous Magistri.

Mōtesie, quarto nonas Decēbris, anni. 1330. reperto Berégario Episcopo Dertuseñ. in loco de la Senia, prædictę diœcesis, in domo Simonis Corui præsentarunt ad dictam Ecclesiam Petrum Aulomar, dicti ordinis montesie, & retento termino ad deliberandum super dicta prouisione, transactis tribus diebus, existenti in villa S. Matthei, contulit dictam ecclesiam dicto præsentato.

Ex quibus præsentationum, & collationum instrumentis constat euidenter; magistrum montesie post dicti ordinis fundacionē, & institutionem præsentasse ad ecclesias termini villæ Ceruariæ, ac etiam terminorum, villarum de Couis de Vinromano, & de Xiuert: et pro legitimo, & indubitato patrono segesse, parum post dicti ordinis fundacionem. Namq. bulla fundacionis datæ fuit in anno. 1316. & præsentatio prima dicti Magistri; fuit anno 1328. transacto scilicet, spatio duodecim annorum, quod tempus consumptum fuit forsan, ad reducendum ad statum debitum, res, & patrimonium dicti ordinis montesie, nouiter instituti.

Continuando igitur dictos actus præsentationis, Ioannes Borboix, Rector ecclesiæ villę de Albocacer, termini villę de Couis de Vinromano, intendens permutare præfatam ecclesiam, cum ecclesia parochiali loci de Cabra, diœcesis Tarraconeñ. quam obtinebat Stephanus Bernardi, impetrauit literas à Berengario Episcopo Dertuseñ. 9. kalen. Aprilis, anni 1335. cum quibus prædictus Episcopus, concedit eidem licentiam permutandi cum consensu, tamen magistri Montesie, patroni indubitati ecclesiæ de Albocacer, & non aliter.

Vacante etiam, ecclesia prædicta de Polpiz, per renũtiationem factam per Petrum Aulomar ordinis Montesie, præsentauit ad eã, procurator nobilis Petri de Tous, Magistri dicti ordinis, fratrem Iacobum Orta, dicti ordinis

& Berēgarius Episcopus Dertuseñ. noluit dictam præsentationem admittere, afferendo quòd licet magister prædictus, esset indubitatus patronus, debebat autem præsentare clericum secularē, cū ecclesia secularis esset, quod constat cum literis dat. 14. kalen. Septēbris, anni 1338. & vndecimo kalen. Septembris eiusdem anni.

Et deinde vacante ecclesia parrochialis villę de Rosfell, termini Ceruarię, quia eadem priuatus fuit Guillelmus Pellicer Rector eiusdem; Iacobus Dertuseñ. Episcopus contulit eam, ad præsentationem nobilis Petri de Tous magistri Mōtesię, patroni indubitati Berengario, Moratò, cū literis dat. in castro Ledonis, septimo kalen. Septembris. anni. 1350.

Necnon etiam, cum Ecclesia villę de la Salzadella, vacaret per obitum Rectoris, fuit collata ad præsentationem nobilis Petri de Tous magistri Montesię, et patroni Petro Siurana clerico, die 1. Octobris 1362.

Pari etiam modo, permutatio per Guillelmum Carbonell. Rectorem villę Ceruarię diocesis Dertuseñ. de eadem ecclesia, cum ecclesia villę de Nulles. eiusdem diocesis, quam obtinebat Reynaldus de Vlmo, fuit facta, interueniente consensu nobilis Petri de Tous, Magistri Mōtesię, et patroni ecclesię Ceruarię, constat cū literis expeditis, die vltimo Septembris. 1366.

His præterea additur, quòd Guillelmus, Episcopus Dertuseñ. cum literis expeditis, die 11. Iunij. 1378. cōmissit Iacobo Episcopo Valētineñ. permutationē Ecclesię villę de Albocacer, quā intēdebat facere Petrus Clariana rector eiusdem, cum ecclesia de Peñáguila, cum hoc tamen, quòd interueniret consensus magistri Montesię patroni indubitati ecclesię de Albocacer, & non aliter.

Et cum literis prouissis per Bernardum Pallares officialem

cialem, & Vicarium generalem, Vgonis Episcopi Dertuseñ, expedit. die 22. Iunij. 1389. constat in eisdem facti, præsentationē Ecclesiæ parochialis villæ de Xerr, ad magistrum Montesiæ spectare.

Prætereà etiam vacante Ecclesia villæ de Calig, per obitum Ioannis de Alfaro rectoris eiusdem Franciscus Rubei, locum tenens Officialis, & Vicarij generalis Episcopi Dertuseñ, contulit eandem, Gilaberto de Corbaria, die 6. Augusti anni 1430. ad præsentationem Petri de Garreto presbiteri, procuratoris magistri Montesiæ, indubitati patroni.

Ioannes Alfonsi de Sunyer, Vicarius generalis Episcopi Dertuseñ, admisit permutationem quam faciebat Guillermus Calonge, rector Villæ de Rossell, & suffraganeæ de la Senia, de eadem, cum Ecclesia villæ de Ares, eiusdem dioecesis, interueniente cōsensu magistri Montesiæ, patroni indubitati Ecclesiæ de Rosell, & eius suffraganeæ, prout constat cum literis. Dat. die, 7. Ianuarij. 1433.

Deinde etiam, Petrus Desbrull regens Vicariatum per Ottonem de Montecateno Episcopum Dertuseñ, admisit præsentationem Ecclesiæ Vallisbonæ, dictæ dioecesis, quam obtinebat Ioannes Xauelli, cum Ecclesia ville de Couis de Vinromano, interueniente consensu magistri Montesiæ indubitati patroni.

Postea verò, cum Ecclesia villæ de la Salzadella, vacaret per liberam resignationem, factam in posse Ottonis de Montecateno Episcopi Dertuseñ, per Bernardū Matamoros medicine magistrum, procuratorem Antonij Matamoros presbyteri rectoris illius, fuit collata Ioanni Ballester, die 20. Decembris anni 1435. ad præsentationem magistri Montesiæ dictæ Ecclesiæ indubitati patroni.

Cumq. Ecclesia parrochialis villæ Ceruariæ, vacaret per obitum Petri Iuñeda, Antonius Oliuer Officialis, & Vicarius generalis Ottonis de Montecateno Episcopi Dertuseñ. contulit eandem, die 17. Aprilis, anni 1437. Bernardo Oliuer, ad præsentationem Raymundi de Torres, procuratoris magistri Montesiæ, patroni indubitati dictæ Ecclesiæ parrochialis.

Eodem modo etiã, cū Ecclesia villæ de Albocacer, vacaret per obitū Antonij Miralles rectoris eiusdem, comparuit corā Episco. Dertuseñ. Ioannes Coll, rector parrochialis Ecclesiæ villæ de Canet, dioecesis Dertuseñ. & vti procurator legitimus nobilis Gilaberti de Mõsoriu magistri Mõtesie, pñtauit ad eã sic vacantem, Bernardū de Aznara presbiterum, die 13. Ianuarij, anno 1450.

Vacavit similiter, ecclesia parrochialis villæ de la Salzadella, per obitum Ioannis Ballester presbiteri, rectoris eiusdem, & die 9. Februarij, anni. 1462. Ioannes Soldeuila decretorum licentiatus, Officialis, & Vicarius generalis Episcopi Dertuseñ. contulit eam, Alfonso Ballester presbitero, ad præsentationem nobilis Ludouici Despuig, magistri Montesiæ.

Ecclesia etiã villæ prædictæ de Albocacer, quã obtinebat Michael Cardona, fuit permutata, cū alio beneficio, quod obtinebat Gabriel Gil presbiter, coram Ioãne de Soldeuila, Officia. & Vica. generali. & fuit collata dicto Gil, in anno 1462. interueniente cõsensu, domini Ludouici Despuig magistri Montesiæ, & eo nomine patroni indubitati, dictæ parrochialis.

Cum autem Ioannes Ximenez Dilla, rector parrochialis Ecclesiæ villæ de Calig, permutaret eandem, cū quodam beneficio instituto in Ecclesia parrochiali villæ de la Fatarella, Dertuseñ. dioecesis, quod obtinebat Ioannes Calbo, vigore dictæ permutationis fuit collata,
die

die 3. Iunij. 1462. per Ioannem Soldeuila Officialem, & Vicarium generalem Dertuseñ. dicto Ioanni Caluo, interueniente consensu præstito per Petrum Matthæum Calaf V. I. D. procuratorem nobilis Ludouici Despuig, magistri Montesiæ, patroni indubitati Ecclesiæ parochialis prædictæ.

Prætereà, cū Ecclesiā loci de Polpiz vacaret, per obitum rectoris eiusdem, Ioannes Soler Vicarius Generalis Patriarchæ Alexandrini, Archiepiscopi Tarraconeñ. & cōseruatoris apostolici, Ecclesiæ et diocesis Dertuseñ. contulit eam, die 7. Decembris anni 1464. Ioanni çaragoça clerico, ad præsentationem nobilis Ludouici Despuig, magistri Montesiæ, & eo nomine patroni indubitati eiusdem.

Vacauit etiam, ecclesia parochialis villæ de la Salza della, per obitum Michaelis Vilanoua rectoris eiusdem, & Sancius de Asquera. Officialis, & Vicarius generalis, pro capitulo sede vacante, ædictum expediri mandauit super dicta vacatione, die 16. Noembris, anni 1373. instante Petro Despuig, ciue Dertusæ, procuratore nobilis Ludouici Despuig, magistri Montesiæ, patroni dictæ Ecclesiæ, & ad eam præsentauit Iacobum Semboy aliàs Despuig.

Euenijt etiam, quòd Stephanus çasabrega, rector Ecclesiæ villæ de Rossell. & sufraganeæ de la Senia, permutauit illam, cum beneficio quod obtinebat Bartholomeus Adell clericus, in Ecclesia de la Fatarella diocesis Dertuseñ. quæ permutatio facta fuit, coram Simone Aguilar, Officiali; & Vicario generali Episcopi Dertuseñ, die. 18. Ianuarij. 1500. interueniente consensu nobilis Francisci Sans magistri Montesiæ, & eo nomine patroni dictæ Ecclesiæ parochialis.

Obijt autem Iacobus Moragrega presbiter, rector Ecclesiae parochialis praedictae sancti Matthei, et Simon Aguilar Officialis & Vicarius generalis domini, domini Alfonsi de Aragonia Episcopi Dertuseñ. contulit eam, domino domino Francisco Lloris, & de Borja, Episcopo Elneñ. die. 14. Decembris, anni. 1502. ad praesentationem procuratoris nobilis Francisci Sanz, magistri Montesiae, & eo nomine patroni indubitati.

Denique verò cum Ecclesia villae de Canet, vacaret per obitum Ioannis Coll presbiteri, rectoris eiusdem; Iacobus Llisa procurator nobilis Bernardi Despuig magistri Montesiae, & eo nomine patroni eiusdem, praesentavit ad eam sic vacantem, Ioannem Rossellò presbiterum, coram Stephano de Garreto, Archidiacono maiori Ecclesiae Dertusae, & Vicario generali Episcopi Dertuseñ. die 24. Septembris, anni. 1505. & aedicto prouiso, & caeteris requisitis peractis die. 8. Octobris eiusdem anni, inito consilio. inter Episcopum Plouaseñ, & dictum Archidiaconum, & Raphaellem Comes vicarios generales dicti Episcopi, & Ioannem Climent advocatum fiscalem eiusdem, & Michaellem de Mijanques procuratorem generalem praedicti Episcopi, fuit declaratum; dictum ius patronatus, pertinere, ad dictum magistrum Montesiae; et idè die 9. praedictorum mensis, et anni, collata fuit dicta Ecclesia dicto Rossellò praesentato. Quae omnia instrumenta, et acta. spectantia ad has praesentationem, et collationem, producta fuerunt, & inserta die vigesimo tertio Ianuarij, anni millesimi. sexcentissimi secundi, in processu vertenti, in curia Episcopi supradicti Dertuseñ. super patronatu Ecclesiae de Albocacer.

S. II.

- 1 **L** IS, & controuersia, inter Episcopū & Capitulum Dertu-
sen. ex una, & Magistrum, & fratres Montesia ex
altera, super presentando ad Ecclesias, villarum Ceruarie,
sancti Matthei, de Xert, de Canet, de Caliz, de Couis, & de
Albocacer, clericos seculares, aut fratres regulares Monte-
sia.
- 2 Nobilis Bernardus Despuig, Magister Montesia, fuit orator
missus à Ferdinando Aragonum Rege, ad Sedem apostoli-
cam, eam feliciter gubernante Iulio Pontifice secundo, &
in anno 1507. Romæ ob dictam legationem degebat.
- 3 Rescriptum obtentum pro parte Magistri, & fratrum Mon-
tesia, & concessum per Clementem nuncupatum septimum,
ad presentandum vigore ipsius, ad Ecclesias supradictas va-
cantes, licet seculares, fratres regulares predicti ordinis
Montesia.
- 4 Rescriptum impetratum, pro parte Episcopi, & Capituli Der-
tus. n. à Benedicto, in sua obedientia decimo tertio nuncupa-
to, ad annullandum rescriptum supradictum, à Clemente sep-
timo concessum in fauorem fratrum Montesia.
- 5 Commissio obtenta per nobilem Bernardum Despuig, Magis-
trum Montesia, à Iulio secundo Romano Pontifice, directā
Iaufrido Serra, Canonico Valentinen. & alijs, super declara-
tione contentorum in rescriptis Clementis 7. & Benedicti
13. in sua obedientia nuncupati.
- 6 Clemens nuncupatus septimus verus successor sancti Petri, fuit
in Regnis Corona Aragonum, & alijs Regnis.
- 7 Conuocationes factæ per Regem Petrum huius nominis quartū,
in Regno Aragonum, ad declarandum super Schismate or-
to inter Vrbanum. 6. & Clementem septimum.
- 8 Codicillus supradicti Regis Petri, & disposita in eo circā declara-
tionem schismatis supradicti.

- 9 Obijt predictus Rex Petrus ante declarationem schismatis supradicti in anno. 1387. & in obediendo Pontifici in diserens extitit per tempus nouem annorum.
- 10 Ioannes Rex Aragonum, filius & immediatus successor dicti Regis Petri, fecit pronuntiare, & sopiri dubium schismatis predicti.
- 11 Princeps secularis potest se intromittere ad declarandum schisma, & dubium sopiri per Ecclesiam, si schisma corrigi non potest, et partes sunt potentes & nolunt cōgregare consilium.
- 12 Quando plures contendunt de Papatu, & quilibet pratendit habere melius ius neuter dicitur schismaticus, & gesta per utrumq. tenent in locis, in quibus tollerantur.
- 13 Indulta, rescripta, & concessiones apostolica cōcessæ per dictum Clementem septimum, post dictā declarationem factā Barcinone tempore Regis Ioānis, validæ semper fuerunt, & sunt.
- 14 Quid sit consuetudo.
- 15 Que requirantur ad inducendam consuetudinem.
- 16 In anno 1393. Magistri Monte sia erant in consuetudine presentandi ad supradictas Ecclesias Clericos seculares.
- 17 Quot actus requirantur ad inducendam consuetudinem.
- 18 Intra quantum tempus, de iure canonico inducitur consuetudo præter ius.
- 19 Et ad detrahendum ius alicuius Ecclesia per consuetudinem, intra quantum tempus inducatur.
- 20 Ad inducendam consuetudinem ex qua acquirantur ius clericis secularibus, contra regulares, tempus quadraginta annorum requiritur.
- 21 Ius ex consuetudine extenditur ad alios actus, & personas, quæ in simili ratione versantur.
- 22 Consuetudo non dissoluitur per unum actum contrarium, imo per tantum tempus, & per tot actus, per quos inducta fuit, interumpitur, & tollitur, & non aliter.
- 23 Consuetudo est lex, & ita omnibus debet esse communis, & non acquiritur ius priuato per consuetudinem, ut priuatus, sed ut alteri ex vniuersitate.

- 24 *Gratia, & cōcessiones quæcumq. factæ per Benedictum 13. vsq. in diem requisitionis factæ per Principes suæ obedientia ad dimittendum papatum, valida fuerunt.*
- 25 *Rescriptum supradictum impetratum per Episcopum, & Capitulum Dertusen. à prædicto Benedicto validum fuit.*
- 26 *Capitulum, & Episcopus Dertusen. in narrativa prædicti rescripti Benedicti decimi tertij, fatentur consuet. dinem conferendi supra dictas Ecclesias clericis secularibus, ad præsentationem Magistri Montesiæ.*
- 27 *Clausula hæc (non obstantibus quibuscunq. priuilegijs, & literis etiam si essent tales de quibus faciendæ esset mentio de verbo ad verbum) quid importet.*
- 28 *Rescriptum concessum pe Clementem septimum nuncupatum, derogatum non extitit per rescriptum obtentum pro parte Episcopi, & Capituli Dertusen. à Benedicto in sua obedientia nuncupato. 13.*

1



IS, & controuersia magna vertebatur in anno millesimo, quingentesimo septimo, inter Episcopum & Capitulum Dertusen. ex vna, & magistrum & fratres Montesiæ parte ex altera: ex eo quia magister prædictus habebat facultatem præsentandi ad ecclesias villarum Ceruarix, sancti Matthæi, de Xert, de Caner, de Calig, de Couis, & de Albocacer fratres regulares ordinis Montesiæ: vigore rescripti obtenti à Clemente nuncupato septimo: & ex aduerso prædicti Episcopus, & capitulum existimabant, prædictum rescriptum derogatum fuisse per aliud subsequens impetratum pro eorum parte à Benedicto in sua obedientia nuncupato. 13. Cumq. nobilis Bernardus Despuig magister Montesiæ, eo tempore in Romana curia degeret, ad quam missus fuit à Ferdinando Aragonum Rege, Pontificatus cathedram fe-

liciter gubernante, Iulio Pontifice huius nominis secundo, de huiusmodi lite eum certiore fecit, & de concessis, & dispositis in prædicto rescripto Clementis septimi nuncupati, & quia constet de eius dispositione hic illud in serimus quod est tenoris sequentis.

- 3 **C**LEMENS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Exigit dilectorum filiorum, magistri, & fratrum militiæ Calatrauensium domus de Montesia, Cistercensium ordinis, Valentiniensis diocesis deuotionis affectus: quos nos, & Romana Ecclesia, reuerenter vt petitiones eorum ad exauditionis gratiam admittamus. Exhibita siquidem nobis, pro parte ipsorum magistri, & fratrum petitio cõtinebat. Quòd Sancti Matthæi, de Xert, de Caneto, de Calig, de Ceruaria, de Couis, & de Albocacer parrochiales Ecclesiæ Dertusen. diocesis, consuetæ clericis secularibus assignari ad præsentationem dicti magistri, de antiqua, & approbata, ac hætenus pacificè obseruata consuetudine, pertinere noscuntur. Et quòd in dicta domo, non nulli fratres tam clerici, quam presbiteri, ad regimen dictarum Ecclesiarum aliàs idonei, & sufficientes existunt. Quare pro parte eorundem magistri, & fratrum, nobis exitit humiliter supplicatum; vt statuere, & ordinare. quòd postquam dictus magister, ad earum singulos quoties ipsas simul, vel successiuè, vacare contingeret, singulos fratres idoneos dictæ domus, locorum ordinario liberè præsentare possit, idemque ordinarius, illos in Ecclesijs ipsis instituere teneatur, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica statuimus, & etiam ordinamus; quòd dictus magister, de consilio, & assensu trium antiquorum fratrum clericorum dictæ domus, ad singulas Ecclesias, ipsas quotiens eis simul, vel successiuè vacare contingeret, etiam si rectores ipsarum, qui nunc sunt, sedis Apostolicæ capellani, vel magistri aut vener. fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalum etiam cometales, familiares, aut reddituum, & proventuum Camere Apostolicæ debitorum collectores fuerint, & apud sedem Apostolicam decesserint, dictæque Ecclesiæ fuerint dispositioni Apostolicæ generaliter, vel specialiter reseruata, singulos fratres idoneos, domus prædictæ eidem ordinario præsentare liberè possit. Diciturque ordinarius, fratres ipsos, in Ecclesijs ipsis, instituere teneatur, non obstantibus quibuscun que constitutionibus Apostolicis, & statutis, consuetudinibus, domus militiæ, & ordinis prædicto-

rum, contrarijs iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Seu si aliqui, super prouisionibus sibi faciendis, de parrochialibus Ecclesijs, beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus, speciales, vel generales, dictæ Sedis, vel legatorum eius, literas impetrarunt: etiam super eas, ad inhibitionem, & reservationem, & decretum, vel aliâs quomodolibet sit processum; quas quidem literas, & processus, habitos per eosdem, ad præfatas Ecclesias volumus non extendi: sed nullum per hos eis, quoad asequutionem parrochialium Ecclesiarum, & beneficiorum aliorum, præiudicium generari. Seu si eidem ordinario, vel quibusuis alijs, cõmuniter, vel diuissim, ab eadem sede sit indultum, quòd ad receptionem, vel prouisionem alicuius, minimè teneatur: & ad id compelli, atque interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo, ad verbum, mentionem. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostram statuti, ordinationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se nouerit incursum. Dat. Auinion. nonas Augusti. Pontificatus anno quinto decimo.

Quo rescripto obtento & impetrato, pro parte magistri, & fratrum Montesiæ, quia existimabant Episcopus, & Capitulum Dertusen. in notabile præiudicium clericorum secularium diocesis eiusdem, impetratum fuisse, ad illud dirimendum, & annullandum; obtinuerunt à Benedicto in sua obedientia nuncupato. 13. rescriptum quoddam, cuius tenor sequens est.

4 **B**ENEDICTVS Episcopus, seruus, seruorum Dei, ad futuram Rei memoriam. Dudum pro parte dilectorum filiorum magistri, & fratrum militiæ Calatrauën. domus de Montesia Cisterciën. ordinis, Valentineën. diocesis, felicitis recordationis Clemèti Papa septimo prædecessori nostro exposito. Quòd Sancti Matthei, de Xert, de Caneto, de Calig, de Ceruaria, de Couis, & de Albocacer, parrochiales Ecclesiæ Dertusen. diocesis, consuetæ clericis secularibus assignati, ad præsentationem dicti magistri, de antiqua, & approbata, ac hæctenus pacificè obseruata consuetudine pertinebat, quòd in dicta domo nonnulli fratres, tam Ecclesiastici, quam presbiteri, ad regi-

men dictarum Ecclesiarum, aliàs idonei, & sufficientes existerent, ac eidem prædecessori humiliter supplicato, vt statuere, & ordinare, quòd dictus magister, ad earum singulas quoties ipsas simul, vel successiuè vacare contingerit, singulos fratres idoneos dictæ domus, locorum ordinario præsentare liberè posset; idemque ordinarius, illos in Ecclesijs ipsis instituere teneretur de benignitate Apostolica dignaretur. Idem prædecessor statuit, & ordinauit, quòd dictus magister, de consilio, & assensu trium antiquorum fratrum clericorum dictæ domus, ad singulas Ecclesias, quatenus ipsas simul, vel successiuè vacare contingeret, singulos fratres prædictæ domus, eidem ordinario præsentare liberè posset, dictusque ordinarius, fratres ipsos, in eisdem Ecclesijs instituere teneretur. Et deinde, pro parte venerabilis fratris nostri Vgonis, Episcopi Dertusè. & dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ Dertusè. ordinis Sancti Augustini nobis exposito: quòd orta lite inter eisdem Episcopum, & Capitulū, afferentes dicta statuta, & ordinationes, in magnum præiudicium, dictorum Episcopi, & Capituli, ac Ecclesiæ Dertusè. redundare. Ac magistrū, & fratres prædictos super præmissis, materiã quæstionis habere. Idem prædecessor, causamque inter prædictos Episcopum, & Capitulū ex vna parte, ac magistrum, & fratres prædictos, super præmissis, & eorum occasione, communiter vel diuissim ex altera; dilecto filio, magistro Iaufrido Gagarr, Canonico Aldeganè. tunc capellano sedis Apostolicæ, & auditori causarum Palatii Apostolici; ad instantiam dictorum Episcopi, & Capituli, audientiam cõmiserat finem debitum terminandum. Non obstante quòd causa ipsa de sui natura, ad Romanam Curiam legitimè deuoluta, & in ea tractanda, & finienda non esset, & quòd subsequenter, postquam coram eodem auditore, in causa huiusmodi, ad non nullos actus inter partes ipsas processum fuerit, dicto prædecessore, sicut dño placuit via vniuersæ carnis ingressa. Nos diuina fauente clementia, ad apicem huiusmodi Apostolatus assumpti, omnibus auditoribus dicti Palatii commissimus, vt causas quas excõmissione dicti prædecessoris audiebant, in eo statu in quo coram eis remanserunt, restituerent, easque audirent, & sine debito terminarent; & quòd statutum, & ordinatio huiusmodi, in enorme præiudicium Episcopi, & Capituli, & Ecclesiæ prædictorum, ac totius cleri secularis ciuitatis, & diocesis Dertusè. redūdare nolcebat. Nos statutum, & ordinationem prædictã ac eorum effectum donec aliud super his, per sedem Apostolicam foret ordinatum, liti pendentiã huiusmodi non obstante, auctoritate Apostolica suspendimus

dimus, prout in eiusdem prædecessoris, ac nostris super hoc confectis plenius continetur cum autem, sicut exhibita nobis, pro parte dictorum Episcopi, & Capituli petitio continebat, auctoritatem statutum, & ordinationem huiusmodi, Episcopus Dertuseñ. pro tempore existens, clericos seculares idoneos, per dictum magistrum, ad Ecclesias ipsas canonicè præsentatos, ad præsentationem huiusmodi, in rectores Ecclesiarum prædictarum, instituere consueuerit. Et si iuxta statutum, & ordinationem huiusmodi, fratres prædictos, qui minus literati, & ad regimen Ecclesiarum curatarum inhabiles existunt ad præsentationem huiusmodi in rectores Ecclesiarum prædictarum institui: ac pro negotijs dictam Ecclesiam Dertuseñ. tangentibus vocari contingat, fratres ipsi venire forsitan recusabunt; allegantes se à iurisdictione dicti Episcopi, auctoritate Apostolica exemptos fore, pariter, & immunes. Nihilominus si fratres ipsi, ad harum curam, in parochialibus Ecclesijs prædictis, debite non exerceant, sæpè dicti fratres, per Episcopum prædictum corrigi nequibunt, occasione exemptionis antedictæ. Clericis quoque secularibus, in scientia notabilibus, quorum consilio, nedum parochiales Ecclesiæ prædictæ, sed etiam Dertuseñ. Ecclesia qua plurimum indigere noscuntur, de parochialibus Ecclesijs antedictis nequibunt prouideri. Propterea si per Episcopum Dertuseñ. pro tempore existentem, contra parochianos parochialium Ecclesiarum huiusmodi, pro eorum corrigendis excessibus, processus facere contingat, ac episcopus ipse, processus huiusmodi per fratres ipsos, in rectores parochialium Ecclesiarum prædictarum institutos, mandet publicari, fratres ipsi, mandatis Episcopi non obtemperabunt, prædictæ occasione exemptionis antedictæ, & sic vetius, de supplicio Ecclesiastico vilipendetur, ac crimina, & excessus remanebunt impunita; & fratribus ipsis in rectores Ecclesiarum huiusmodi (vt prædicatur) institutis, dabunt materiam subuehendi iura Episcopalia Episcopo supradicto, & quod Episcopus ipse illa à fratribus eisdem habere nequibit, occasione exemptionis supradictæ. Pro parte dictorum Episcopi, & Capituli, nobis fuit humiliter supplicatum, vt prouidere super hoc de oportuno remedio, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, statum causæ huiusmodi, habentibus præsentibus pro expressis, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica statuimus, ac etiam ordinamus; quod Episcopus Dertuseñ. pro tempore existens, de parochialibus Ecclesijs ante dictis, cum illas simul, vel successiuè vacare contigerit, perinde disponere, & ordinare, illasque personis Ecclesiasticis

secularibus idoneis, per dictum magistrum sibi canonicè præsentandis conferre possit, & valeat, ac si statutum, & ordinatio huiusmodi, in fauorem magistri, & fratrum prædictorum à prædecessore nostro supradicto, vt præmittitur minimè emanassent. Nulli ergo, omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, ordinationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius se nouerit incursum. Dat. Auinioñ. sexto Kalendis Maij, Pontificatus nostri, anno tertio.

Quibus rescriptis, nempè Clementis nūcupati septimi, pro parte magistri, & fratrum Montesiæ, & Benedicti 13. nūcupati in sua obedientia, pro parte Episcopi, & capituli Dertuseñ. obtentis; lites supradictæ suscitatae fuerunt, tam in Romana curia, quam extrà eam, inter dictos magistrum et fratres Montesiæ ex vna, et Episcopum, et capitulum Dertuseñ. ex parte altera: super prouisionibus, præsentationibus, et collationibus, prædictarum Ecclesiarum, quoties eas vacari contigit, post impetrationes dictorū rescriptorum. Itaq. existen. in Romana curia prædicto nobili Bernardo Despuig, causis et rationibus, in n. 2. deductis, obtinuit in anno 1507. à Iulio 2. Romano Pontifice, commissionem quandam apostolicam, directam Iaufrido Serra, canonico Valentineñ. et alijs, cum potestate diffiniendi, declarandi, et diffinitiuè pronuntiandi, in litibus, et causis ortis, inter supradictos, circa obseruationem rescriptorum Clementis, et Benedicti, in qua cõmissionis Bulla, hæc omnia latissimè enarrantur, cuius series sequens est.

5 IULIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Iaufrido Serra, & Guilermo Raymundo Vich, ac Iacobo Conill, canonicis Ecclesiæ Valentineñ. Salutem, & apostolicam benedictionem. Ad ea per quæ personarum Ecclesiasticarum, præsertim sub sunt Religionis iugo, domini famulantium cõmodo, & quieti, oportunè consulatur libé-

ter. Intendimus, & his quæ propterea à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus emanasse, & dici obseruata fuisse dicuntur, vt eò magis firma, & illibata persistant, quo sæpius fuerint Apostolicæ sedis præiudicio circumfulta, cum à nobis petitur, Apostolici mandamus, adijci numinis firmitatem, aliàsque desuper prouidemus, prout conspiciamus salubriter expedire. Exhibita siquidem, nobis nuper pro parte dilecti filij Bernardi Despuig magistri militiæ, domus Beatæ Mariæ, & Sancti Georgij, de Montesia, Cisterciën. ordinis, Valentineñ. diœcesis petitio continebat. Quòd licèt ius patronatus, seu presentandi personas idoneas, ad Sancti Matthæi, & de Xert, ac de Caneto, & de Calig, & de Ceruaria, & de Couis, necnon de Albocacer; locorum Dertuseñ. diœcesis, parrochiales Ecclesias, dum pro tempore vacant, tam ex Apostolicis priuilegijs per nominatos Romanos Pontifices prædecessores nostros, pro tempore existenti dictæ militiæ magistro concessis, quàm ex legitima præscripta, tanti temporis consuetudine, quòd de eius initio hominum memoria nõ extat, ad ipsum, & pro tempore existentem magistrum, de consilio, & assensu trium fratrum ex antiquioribus eiusdem militiæ, spectare, & pertinere noscatur, prout spectat, & pertinet, nihilominus venerabilis frater noster modernus Episcopus Dertuseñ. quo minus præfatus magister, iure presentandi huiusmodi occurrentibus dictarum Ecclesiarum vacationibus liberè vti possit, impedire, & de Ecclesijs ipsis pro tempore vacantibus, eodem magistro iure quæsito personis sibi gratis, & acceptis, prouidere vilis fuit. Indèque inter personas per tunc magistrum dictæ militiæ presentatas, & eas, quibus ipse Episcopus, aliquas ex dictis Ecclesijs absque consensu tunc magistri cõtulit, tam in Romana Curia coram diuersis causarum palatij Apostolici auditoribus, quàm extrà eam, variæ lites, & controuersiæ ortæ fuerunt. Quare, pro parte eiusdem Bernardi, qui pro charissimo in Christo filio nostro, Ferdinando Aragonum, & Siciliæ Rege Illustri, ad nos, & sedem prædictam orator destinatus existit, quique vt asserit, ac prædecessores sui, dictæ militiæ magistri, qui pro tempore fuerunt, à dicto tempore citrà, iure presentandi huiusmodi semper vsi fuerunt; nobis fuit humiliter supplicatum, vt priuilegijs prædictis, pro illorum subsistentia firmari nostræ approbationis robur adijci mandare, aliàsque in præmissis oportunè prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur præfatum Bernardum, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quauis

occasione vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: discretioni vestrae, per Apostolica scripta mandamus: quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, vocatis dicto moderno Episcopo, & alijs qui fuerint vocandi, omnia, & singula priuilegia, super iure presentandi huiusmodi personas idoneas, ad Ecclesias pro tempore vacantes huiusmodi, per nostros predecessores, predicto magistro dictae militiae, pro tempore existenti, vt presertur concessa, ac prout illa concernunt, omnia, & singula, in nostri huiusmodi predecessorum nostrorum predictorum, desuper confactis contenta approbare, & confirmare. Et nihilominus, quod de caetero, cedentibus, vel decedentibus, dictarum Ecclesiarum, & cuiuslibet earum, Rectoribus vel eorum commendis, per cessum, vel decessum eorum qui Ecclesias ipsas, in commandam obtinuerunt, cessantibus, seu illis alijs quomodolibet vacantibus, etiam si Ecclesiae ipsae, dispositioni Apostolicae, praeterquam ratione vacationis earum; apud dictam sedem generaliter reseruatae fuerint: dictus Bernardus, ac pro tempore existens magister dictae militiae, addictas Ecclesias, & earum quamlibet sic vacantes, personas idoneas, loci ordinario, per eum ad presentationem huiusmodi, in illarum Rectores instituendas, prout alij dictae militiae magistri, qui pro tempore fuerunt presentate soliti sunt, presentare licite possit, statuere, & ordinare. Sine tamen litis, si qua inter modernum Episcopum, & Bernardum praefatos super dicto iure presentandi, pendeat indecisa, prauidicio: auctoritate nostra, curetis. Decernentes sic per quoscunque iudices, quauis auctoritate fungentes, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, iudicari debere, irritum quoque, & inane, quidquid secus super his, a quaquam quouis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari, non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus, priuilegijs quoque, & indultis, ac literis Apostolicis, pro tempore existentibus, Episcopo, & Capitulo Dertusen. concessis. Quibus etiam, si pro eorum sufficienti, derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, mentio, seu quauis alia expressio habenda foret, tenore huiusmodi, ac si de verbo, ad verbum insererentur, praesentibus pro sufficienter expressis habentes. Illis alijs in suo robore permanfuris hac vice dumtaxat.

taxat specialiter, expressè derogamus:ceterisque contrarijs quibuscunque. Dat. Romę apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę millesimo, quingentesimo septimo, octauo Kalendas, Iunij, Pontificatus nostri, anno quarto.

Et quia tempore prædicti Clementis, septimi nuncupati, principium habuit illud tremendum schisma, cui finem imposuit concilium Constantien. & durauit per tempus quadraginta annorum, parum plus, minusue, venit primò dicendum, vtrum concessio hæc Clementis fuerit, & sit tanti roboris, & valoris, quanti concessiones factæ per Pontifices. Necnon etiam venit deducendum, vtrum dictus Clemens nuncupatus septimus, fuerit verus successor sancti Petri in Pontificatu. In annalibus Aragonum, refert çurita in lib. 10. c. 22. & 42. necnon etiam Bal. in quæstione quam adducit, in rubrica C. si quis aliquem testa. prohib. & Pineda in Monarchia Ecclesiastica in cap. 27. §. 3. & 4. lib. 22. in 3. p. & Roder. Sancij, Episcopus Palentine. in historia Hispan. c. 20. & 22. p. 4. & Abb. in c. licet de vitanda. n. 11. in fine, de electio. Illescas in Põtif. c. 8. lib. 6. p. 2. & D. Antonin. in c. 2. 3. part. historial. tit. 22. in fine, & Theodoricus à Niem. in tribus libris quos scripsit, circà schisma ortum inter Urbanum 6. & dictum Clementem nuncupatum septimum: quòd mortuo Gregorio vndecimo Romę in anno 1378. electus fuit in conclau, per Cardinales in Pontificem maximũ, Bartholomeus Præuanus Batillus, Neapolitanus, Archiepiscopus Bareñ. qui postquam ad Põtificatus Sedem assumptus fuit, Urbanus sextus nuncupabatur; cumq. huiusmodi electionem per impressionem factam fuisse assereret maior pars Cardinaliũ eligentium iuxta, relata per Bal. in loco vltimo allegato,

& Illescas in loco supradicto, ac etiam per Petrum Ara-
 gonum Regem quartum in Aragonia, & tertium in
 Cathalonia huius nominis, in historia eiusdē edita per
 Michaelē Carbonell. in chron. Hispan. in lib. 6. post. ca.
 12. prædicti Cardinales contulerunt se in ciuitatem
 Fudeñ. in confinibus Campaniæ, vbi facta per prius
 protestatione per eosdem quod electio Urbani nun-
 cupati sexti erat nulla, ex quo per vim, & metum fac-
 ta fuit, causis & rationibus, per Bal. in loco supradicto
 6 expressis: elegerunt in Pontificem maximum, Rober-
 tum Episcopum, Cardinalem Genuen. qui nomen Cle-
 mentis septimi assumpsit post dictam electionem, qua
 facta, ortum fuit schisma supradictum; et in continen-
 ti pro parte prædicti Clementis, fuit scriptum, & per
 legatos denunciatum omnibus Regibus, & Principi-
 bus Christianæ Religionis; eundem fuisse legitimè elec-
 tum in verum successorem sancti Petri. Vtramq. par-
 tem prædictorum Clementis, & Urbani, fouebant per
 plures viri, in vtroque iure, & in sacra pagina peritiss-
 simi, & religione fulgentes, & aliqui sancti qui tunc
 in hoc seculo degebant: & schisma supradictum, ita in-
 tricatum, non fuit dissolutum, nec extinctum prout tes-
 tantur Diuus Antoninus, in capit. 2. part. 3. historialis.
 titul. 22. in fine, & Pineda in Monarchia Ecclesiastica.
 capit. 37. §. 4. lib. 22. in parte. 3. & Illescas in Pontific.
 c. 8. lib. 6. p. 2. quo schismate inter dictos electos orto, cū
 regnaret eo tempore in Regnis coronæ Aragonum, in-
 clytus Rex Petrus, huius nominis 4. in Aragonum Reg-
 no nuncupatus, & in Principatu Cathaloniæ tertius,
 inito consilio cū Archiepiscopis, Episcopis, et viris peri-
 tissimis, ac religiosis, de eorum decreto, et consilio; neu-
 tri dictorum Urbani, et Clementis obedientiā præstitit,
 imò donec maturè, et causa cognita decisū esset, quis
 eorum

eorum verus Pontifex foret, remanere indifferenter sibi consuluerunt: qua propter, cum publicis ædictis, mādauit omnibus eius vassallis, & degentibus in Regnis, & Prouincijs dominijs eiusdem, quatenus neutri eorum, obedientiam præstarent, donec Papatus contentio legitimè decissa maneret, ità refert çurita in annal. Aragoni. c. 22. lib. 10. Et idem Rex Petrus, in historia eiusdem, ædita per Michaellem Carbonell, in chron. Hispan. in lib. 6. post c. 12. ibi, sub his verbis: *Axi que dos Papas foren ensemps en la Iglesia, è nos uehent la barateria, e maluestat en aquell, volguem esser indifferents, la qual indifferencia nos durà mentres visquem, car no volguem, alhu, ne á laltre, lleuant los les temporalitats, ans nos à auam los beneficis, perço com no soferiem, que bulles de aquells, fossen exhibides en nostra terra &c.* Qua indifferentia durante, missit prædictus Rex Petrus Romanam, vbi Vrbanus. 6. degebat, & in ciuitatem Auñon. vbi commorabatur prædictus Clemens septimus, legatos per plures viros peritissimos, qui factum dictarum electionum scrutarentur, tam cum testium depositionibus, quàm cum alijs quibuscunq. probationibus, & ad miniculis oportunis, & necessarijs ad eruendam veritatem, vt obedientiam præstaret verò Pontifici. ità çurita in annal. Aragonum cap. 42. lib. 10. Et cum schisma hoc maximè intricatum esset, antequam dubium super eo ortum sopiretur, remansit in dicta indifferentia prædictus Rex Petrus: qua durante conuocauit pluries in suis Regnis, viros nobiles, religiosos, & peritos, ad certa loca destinata, in quibus eis congregatis, dubium prædicti schismatis pluries disputatum exitit, prout constat cum multis conuocationum prædictarum literis, per dictum dominum Regem expeditis, & in archiuo regio Barcinonæ reconditis, quarum per multas vidi, & perlegi in regestris, & signanter, in libro diuersorum.

3. ab anno, 1372. vsque ad annum. 1382. ex quo, duas illarum abstraxi, vt constet de huiusmodi facto, quarum prima directa fuit, Humberto de Tous, magistro Montesiæ, quæ est tenoris sequentis.

L O R E Y.

MAESTRE, entes hauem per vn vostre missatjer, que hauets trames, que per necessitat que vos hauets en vostra persona, no poriets esser bonament al dia queus hauem assignat que fossets ab nos à Calatayut, per esser ab nos en las vistas, que entenem auer ab lo Rey de Castella nostre gendre, à nos car com à fill, per lo fet de aquells dos, cascu dels quals se diu Papa. Empero, quens trametrets lo Comanador major, ab tots los altres Comanadors de vostre orde: suplicant nos, que del vostre anar, per la dita vostra necessitat, vos hajam per escusat. E sapiats que nos hauerem plaher de la vostra vinguda, & desplaunos la dita vostra necessitat. On pus axi es, plau à nos que vos romangats, mas quens trametats lo dit Comanador major ab los altres Comanadors, be aparellats, y endressats, de guisa, que sia seruey nostre, è honor de vostre orde. Dada en Lleyda à 16. dies de Setembre, del any de la Natiuitat de nostre Senyor 1380. Episcopus Olcen.

*Michael de Bordello mandato Regio facto
per Bernardum de Bonastre Consiliarium
& Prothonotarium.*

Altera verò fuit directa infanti Ioanni, primogenito dicti Regis Petri Aragonum; cuius series sequitur in hunc modum.

PETRVS Dei gratia Rex Aragonum, Valentia, Maioricarum, Sardinia, et Corcica, Comesque Barcinonæ, Rossilionis, et Ceritaniæ. Inclyto ac magnifico, Infanti Ioâni, charissimo primogenito nostro, ac Regnorum, et terrarum nostrarum, generali gubernatori, Duci Gerundæ, Comitique Ceruariæ: paternæ benedictionis plenitudine, cū salute zelo zelante feruenti, vt schisma ortum (pro dolor) in Ecclesia Dei ratione Papatus, omninò extirpetur, sicuti saluti cō-

gnit

gruit animarum, indifferentiæ nostræ obediendi reutri electorum in Papam; quæ iam nimis durauit, deliberamus, diuina suffragante gratia dare finem, in declaratione super hoc tam arduo negotio, sicut alias nostris facere, de vestri, & aliorum subditorum nostrorum consilio. Quò circa fili charissime, vobis dicimus, & mandamus, vosque rogamus, quatenus incontinenti, omni mora reiecta, veniatis ad nos vbicunque fuerimus, daturus nobis super his vestrum consilium; Sitque ad longus 25. die mensis Martij vbi nos infallibiliter, & vos sitis, Dat. Cefaraugustæ 20. die Februarij anno à Natiuitate Domini, 1381. Lupus Cancell.

*Dominus Rex mandauit mihi
Bartholomeo de Auellaneda.*

Ex quibus literis conuocationum, constat de indifferencia dicti Regis, & de studio, & solertia, quibus infudabat, ad eruendam veritatem, & schismatis prædicti dubium dirimendum. Nihilominus tamen quia si forsan morte præuentus, dubium prædictum in decisum remaneret, inter alia opportuna remedia, quibus vsus fuit, ad prouidendum circa prædictum euentum cû suo codicillo, acto in villa de Figuerijs, Principatus Cathalonix, 25. Augusti anni 1385. vt Princeps Catholicus, & Christianissimus, præueniendo disposuit in modum sequentem.

8 **I**N Dei æterni nomine pateat vniuersis, quod nos Petrus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentix, Maioricarum, Sardinix, & Corcix, Comesque Barcinonæ, Rofsillionis, & Ceritanix, similiter recolentes, nos decima septima die Augusti, anno à Natiuitate Domini, millesimo, tercentesimo, septuagesimo nono, in posse fidelis tunc secretarij nostri, Bernardi Michaelis, postea ab hac luce subtracti; nostrum condicisse, & firmasse vltimum testamentum. Et attendentes vnicuique fore de iure permissum, ante, & post testamentum, vsque ad extremum vitæ exitum, vnum & plures facere codicillos, tenore huius, infirmitate detente corporea, sed in nostra plena, & integra existentes memoria, & loquella, præsentem ordinamus, & facimus codicillum. Cum quo legamus iure institutionis, inclytæ infantis Isabellæ, charissimæ natæ nostræ:

vltrà illa quæ sibi legauimus in testamento prædicto, illam coronam, cum qua illustris Sibilis Regina Aragonū, consors nostra charissima, prælibatæ infantissæ mater, insignia coronationis suscepit: legamus præterea, infantissæ eidem, duos lectos nostros completos, pannorum auri, alterum scilicet pannorum vocatorum de soldani, & alterum pannorum, dictorum vulgariter domasqui: quæ omnia statim post finem nostrum, volumus ipsi infantissæ tradi realiter, omni exceptione remota. Et in eis, vna cum his, quæ iam sibi in testamento legauimus memorato, instituiamus eam nobis hæredem. Cæterum nostro sollicitè reuoluentes in animo, qualiter pro habenda certitudine veritatis, quis in Christi vicarium electorum sit Papa: solennes, & cum summa diligentia fecimus informationes recipi, sicrique processus, & altiores sumus scrutari indagines: proponentes ea continuatione assidua prosequi, donec ab illo qui omnia nouit clarius illustrati, possimus agnita veritate, eligere veram partem; disponimus, ordinamus, & volumus: quod vbi fortè contigerit, nos terminum claudere vitæ nostræ, antequam determinauerimus, cui dictorum electorum, in summum Pontificem obsequi debeamus: inclytus infans Ioannes primogenitus noster charissimus; vniuersalis per nos in testamento prædicto institutus hæres, se determinet, determinareq. habeat, p̄ illo ex prædictis electis quæ per nostras informationes, & processus, & alios si quos cōtinuādo, & pficiendo, iā receptos, seu aliàs recepi deinceps contingat: verū agnouerit esse Vicariū Iesu Christi. Itaq. fiat & habeat fieri, ipsa determinatio per eundem solenniter, de, & cum consilio prælatorum, religiosorum, nobilium, militum, ciuitatumq. & villarum insignium, totius nostri dominij, publicè, & patenter. Prouidemus vlterius & prædictum primogenitum, ac vniuersalem hæredem nostrum, intima cordis affectione rogamus, & sibi iniungimus firmiter, sub paternæ benedictionis obtentu, eumq. adiuramus, per sanguinem Iesu Christi, & in suo periculo animæ, quod vniuersa & singula, in dicto testamento nostro, ac in codicillo huiusmodi ordinata, legata, & posita, compleat, & attēdat efficaciter, & ad vnguem studio, & iure sollicitis; & contrà illa venire vllatenus non præsumat, nam in his voluntati nostræ satisfaciet, vt tenetur, suum debitum adimplebit, de quo retributionem plenissimam consequetur à domino, & quod benefactum fuerit per eundem, trahetur alijs in exemplum. Alioquin maledictionem nostram paternam, in eum casu prædicto effundimus; vltrà quam veniat super eum maledictio Dei Patris, cui subiaceat, donec prædicta
impleta

impleta fuerint cum effectu &c. quod est datum, & actum in villa de Figuerijs, die vigesima quinta Augusti, anno à natiuitate Domini, millesimo, trecentesimo, octuagesimo quinto. Regniq. nostri quinquagesimo.

Rex Petrus.

Sig † num Petri Dei gratia Regis Aragonum, Valen. Maioric. Sardin. & Còrcicæ, Comitibq. Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritanæ, qui codicillum nostrum præsentem, laudamus, concedimus, & firmamus.

Testes vocati, & rogati sunt, qui fuerunt ad præmissa præsentem, frater Ioannes Archiepiscopus Turritanus, confessor, nobilis Hugo Angularia Camerlengus, Berengarius de Apilia maior domus, Hugo de Ceruillione armorum vxerius, milites. Guillelmus de Vallesica Vicecancellarius, Petrus çacalm, curiæ negociorum promotor, legum Doctores, magister Raymundus Carol phisicus, & Bartholomeus de Auellaneda secretarius dicti Domini Regis.

Sig † num mei Bartholomei Siruēt prædicti domini Regis secretarij, & autoritate ipsius, notarij publici, per totam terram, & dominationem eiusdem, qui præmissis interfui, eaq. de eius mandato scribi feci, & clausi.

*Dñs Rex mand. mihi Bartholomeo Siruēt,
in cuius posse firmant.*

Et licet huiusmodi dubij declarationem, fieri maxima cum instantia conaretur prædictus Rex Petrus, sicut domino placuit, obiit, & ab hoc seculo decessit, in mense Ianuarij anni 1387. prout chronistæ omnes communiter tenent, dicto dubio indeciso remanentes, schismateq. durante; et ità dicto Rege defuncto, attempta dispositione codicilij supradicti, Ioannes Rex Aragonum primogenitus, & hæres vniuersalis, & successor in dicto Regno, ob temperando mandatis, & præcibus, tempore mortis dicti Regis patris eiusdem, eidem factis, & emissis per dictum Regem, omni mora reiecta, & absq. interuallo saltim moroso, die 4. Februarij, anni prædicti

1387. conuocatis in ciuitate Barcinonæ, & congregatis prælatis, nobilibus, Syndicis vniuersitatū, ac viris, in saera pagina, & in vtroq. iure peritissimis discusso, & disputato prædicto negotio, fuit pronunciatum, & declaratum. Electionem Urbani. 6. factam in conclaui Romano, per Cardinales fuisse nullam, propter oppressionem, notoriam: et electionem Clementis nuncupati 7. factam in ciuitate Fundésis, per Cardinales, legitimam fuisse, & dictum Clementem ea propter, fuisse in Summo Pontificatu legitimum successorem sancti Petri, quæ decisio fuit publicata Barcinonæ dicta die quarta Februarij prædicti anni 1387. cum qua declaratione prædictus Rex Ioannes, mandatis paternis obediuit libenter, ne forsitan maledictio paterna, in supradicto codicillo Regis Petri ei impartita aliquatenus nocere posset, quemadmodum testatur çurita in annal. Aragonum. cap. 39. lib. 10. deinde etiam idem Rex Ioannes, post publicationem dictæ declarationis Barcinonæ factam, cum literis Regijs sigillo bullæ autæ impendenti, dat. Barcinonæ 24. mensis Februarij prædicti anni, mandauit omnibus, & singulis eius vassallis, quatenus prædictum Clementem in verum antistitem ecclesiæ vniuersalis haberent, & eidem paterent vti verissimo Christi Vicario, & beati Petri legitimo successori, quarum literarum tenorem inuenies, in archiuo Regio Barcinonæ, in libro diuersorum viridi. fol. 3. quarum copia authentica. mihi tradita fuit, & sequitur in hunc modum.

IOANNES Dei gratia, Rex Aragonum, Valentia, Maioricarum, Sardinia, & Corcica, Comesque Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritanæ. Vniuersis, & signis fidei Christianæ cultoribus, salutem, & verum in terris agnoscere vicarium Iesu Christi Regnantis in Cælis, triumphantis etiam, cuius Pastor est pastor æterthus, cui Sanctorum ministrant gmina, & laudis gloriam Angelorum chori decantant: ad sui similitudinem, & representationem; constituit in terris Eccle-

fiam militantem, vnigenito filio Dei viui, Domino Iesu Christo inefabili commercio copulatam, in qua idem vnigenitus Dei filius, à Patre progrediens, per illustrationem paraclæti, procedens pariter ab vtroque, statuit fidei fundamentum, & ad cuius regimen voluit, vice sui, vnicum præesse vicarium, & ministrum, eique solo per cunctos tenatos fonte baptismatis obedire in cunctis, ac instructionem, doctrinamque suam, eloquio veritatis Euangelicæ traditam, firmiter obseruari, vt qui sub doctrina huiusmodi cursum vitæ rectæ peregerunt, salui fiant: qui verò ab ea deuiauerint, condemnentur. Olim siquidem dum primogenituræ Aragoniæ fungebamur honore, Ducisque Gerundæ, & Comitæ Ceruariz titulo fruebamur; intuentes grauiissimum, & horrendum schisma exortum in Ecclesia Sancta Dei, & Petri Nauiculam valdis fluctibus agitaram, procelloso in æquore circumduci: ex quo (pro dolor) fuerant duo electi in Summum Pontificem, & vicarium Iesu Christi, quia inter cætera quæ nostris incident studijs, præcipuè cupimus, quòd fidei orthodoxæ stabilitas semper firmetur validus, & tollantur radicitus errores, & schismata; quæ fideles rodunt catholicos, & animas æterna damnatione disperdunt, dolore percussi acerrimo, atque læsi medullitus, tanquam fidele membrum Ecclesiæ, de tanti acerbitate erroris, labores, & vires exposuimus circa peruigiles, ad inuestigandam, & habendam, de & super negotio electionum huiusmodi plenam, & meram essenciam veritatis, vt ipsa clarius agnita, possemus tutè eligere veram partem, Et cum per viros prudentes, Deum timentes, & habètes pre oculis fecissemus, de & super præmissis informationes solennes diligentiùs recipi, tam à dominis Cardinalibus qui electionibus interfuerunt memoratis, quàm etiam ab alijs pluribus, qui factum, & ius plenissimè nouerant, altioresque fuisset scrutati indagines; prout tanti negotij qualitas exposcebat. Et insuper vidissemus, & fecissemus subtilius recognosci informationes, arduosque processus factos exindè, iam antea, per alios quosdam Reges mundi, & Principes, quos semper comperuimus informationibus, & processibus nostris conformes. Tandem ipsis omnibus sæpè, ac sæpiùs recensitis, maturoque, & solerti discussis examine, solenniumque sapientium viro- rum, comunicato, & nobis assisten te consilio: gloriosus Deus omnipotens, tanquàm lux vera, lucens in tenebris, à tenebris minimè comprehensus, vestigiù veritatis, suis splendoribus radijs nobis educit, per quod clarè reperimus. Primum electum, qui Bartholomeus Barcèn.

Archiepiscopus vocabatur, per violentiam, & impressionem notorias, intrusum fuisse, & secundum electum videlicet, Sanctissimum Patrem in Christo Dominum Clementem, nunc Summum Pontificem, qui Cardinalis Gebeneñ. tunc temporis dicebatur; verum, canonicum, & legitimum esse Papam. Ob quod, mentis nostræ conscientiam publicando: reputauimus ipsum, vniuersalis Ecclesiæ fore verum Antistitem, ac sibi parendum existere per nos, & cunctos Christi fideles, tanquam verissimo, & beati Petri legitimo successori: & cui nos ex tunc, paruimus cum effectu. Sed quia durante regimine Illustrissimi Domini Petri Regis Aragonum, genitoris nostri, recordationis eximie, nouiter ad celestem patriam (vt firmiter credimus) euocati; qui indifferens extitit, suamque indifferentiam fecit per eius subditos obseruari non fuit predicta nostra declaratio, sollemniter publicata. Nunc celsitudinis Regiæ solium, disponente altissimo consequuti; multis arduis, & morosis consilijs habitis, & præuia deliberatione matura; die, & loco presentibus, quæ ad hoc legitime duximus assignanda, declaratione eadē, cui cōcordes reperimus, informationes, & processus solēnes, factos per dictum dñm genitorē nostrū, dum viueret prohabenda certitudine, quis verus, & legitimus esset Papa, & opiniones solennium sapientum, per quos ipsos processus fecimus, utiq; diligēti examine discussos publicauim⁹. Intimamus, & notum facimus, omnibus presentium ferie ad cautelam, vos omnes & singulos deprecantes, attentis, & orantes, sub debito fidei Christianæ quo tenemini domino Iesu Christo, vobisq; vniuersis, & singulis subditis nostris, quauis præminētia, dignitate, seu statu surgentibus iniungentes: de certa scientia, & expressē, sub ira, & indignationis nostræ incurſu, quatenus verū, & canonicum Summum Pontificem, dominum Clementem Papam septimum, prælibatum, pro vero, canonico, & legitimo Papa, & Christi Vicario habeatis, teneatis, & honoretis; deinceps debitam sibi obedientiam impensuri, et dictum primum electum, pro antipapa, schismatico reputetis ab vnione sanctæ matris Ecclesiæ penitus separato. Nullusq; vestrum, dictorum subditorum nostrorum, in obedientiæ notam, & nostræ acrimoniam vltionis vitæ desiderans, in contrarium præmissorum prorumpere, nec se aduersus illa munite ignorantie nubilo, vel aliquatum excusationum, velamine audeat vllō modo, sed penitus ad ipsa tenaciter obseruanda consurgant, voluntarij singulicū & voluntati diuinæ conueniant, corporum felicitatem concernunt, & salutem respiciant, animarum. Dat. Barcinonę sub

figillo bullę nostrę aureę impendenti, viceſſima quarta die Februa-
rij anno à natiuitate Domini, milleſſimo, trecenteſſimo, Octuageſ-
ſimo ſeptimo, Regniq. noſtri primo.

Rex Ioannes.

Dominus Rex mand. miſi

P. de Bonniure. p.

*Dñs Rex mand. mi Galcerando de
Ortigys, q̄ mitterem ſimilem cartam
ſigillo pendenti munitam Cardinali
Valentino p.*

Facta denique declaratione prædicta, per viros ſu-
pradictos, ſcientia. & dignitate pollentes: et expeditis li-
teris ſupra adductis, Clementē 7. in verum Pontificē, et
eccleſiæ vniuerſalis antiſtitē ſupremū habuerūt prædi-
cti Rex Ioannes, proceres, ac vaſſalli eiſdem; in Regnis
Aragonum. & Maioricarum, ac Principatu Cathalonix,
eidemq. obedientiam præſtiterunt; necnon etiam ſuc-
ceſſores dicti Ioannis Regis Aragonum, huius nominis
primi, quod apparet cum quibuſdam literis recondi-
tis in archiuo Regio Barcinonę, in libro diuerſorum pri-
mo anni. 1412. vſque ad annū 1416. directis vniuerſis,
& ſingulis Episcopis, Abbatibus, &c. et omnibus vaſſal-
lis, & ſubditis Regni, Sicilia, expeditis per Ferdinandū
Regem Aragonum, filium Ioannis Regis Caſtellæ, & le-
gionis, diſponentibus circa obedientiam præſtandam
benedictio, in ſua obedientia 13. nuncupato, quæ inte-
griter non refferuntur, ad euitandam prolixitatem; ſed
tantum adducam eaq. noſtram intentionem probant,
quæ ſunt tenoris ſequentis.

FERDINANDVS Dei gratia, Rex Aragonum, &c. Reueren-
dis, ac venerabilibus in Chriſto patribus, deuotis atque dilectis
nobis, vniuerſis & ſingulis, Archiepiſcopis, &c. omnibuſq. vaſſallis,
& ſubiectis noſtris, Regni Sicilia, Inſularum, locorumq. eidem adia-

centium &c. Ceterum quia honor Regis, iudicium diligit, super his decreuimus cum nostro venerabili consilio, vicibus iteratis, deliberationem habere prouidam, & maturam; ac diligentius prescrutantes materiam intuemur. Quod ex Cardinalium sexdecim, ex tempore initiati schismatis imminenti, ex ipsorum officio spectabat omnino eligere, declarare, & denunciare Christiano populo, verum Papam, vnico solo exempto, qui a prius electo, pre senectute nequiuisset recedere: sed infra paucos dies ab inchoato schismate spirauit, omnes alij ab ipso prius electo, velut ipso vero Papa, & ab eius obedientia penitus dicefferunt. Et existentes in plena libertate, Dominum Clementem Papam septimum in Summum Pontificem elegerunt, & tam ipsum; quam dominum nostrum Papam Benedictum decimum tertium, Summos Pontifices confessi fuerunt, prout constat a pertius, publicis instrumentis. Sed & genitoris nostri domini Ioannis Regis Castellæ, & legionis, preclaræ memoriæ, gesta laudabilia in hac materia memoramus, quem constat pro inuestigatione veritatis, & iustitia declaranda, in schismate occurrenti, plus cæteris Principibus sui temporis laborasse, & pro ea re, de thesauris suis summas valde magnas liberè expendisse; ac nihil de contingentibus pretermisissis, sed legatis patrium presentibus, & pro se totum, & quid quid allegantibus seriosè. Demum tam in facto, quam iniure, per quam plures viros de suo consilio, scientia, & dignitate pollentes, pluribusque mensibus discussio, & examinato negotio, sicut iustitia exigente probatum extitit; dictum dominum Clementem Papam septimum verum Christi Vicarium in tertis, solenniter declarauit. In qua fide nobis, quasi paterno, & hæreditario iure relicta permanimus: à tempore quo rationis capax extitimus, vsque modo. In ea etiam fide, preclaræ memoriæ dominum Ioannem Regem Aragonum; solenniter declarata, ac per eum, ac deinde per dominum Martinum Regem Aragonum, ac Siciliæ auunculos nostros fideliter, ac incommutabiliter obseruata Regna nostra Aragoniæ, Valentia, & Maioricarum, ac Principatus Cathalonie permanserunt continuè, & permanent inconcussè, diuina gratia mediante. Dat. CæsarAugustæ, vigesimo secundo die, Ianuarij anno à Natiuitate Domini, millesimo, quadringentesimo, decimo quarto, Regni que nostri tertio.

Rex Ferdinandus.

*Dominus Rex mandauit mihi
Pauo Nicolai & s.*

Ex quarum literarum dispositione constat, in Regnis Aragonum, Regem Ioannem, post declarationem supra adductam, obedientiam præstitisse Clementi. 7. vero suecessori sancti Petri, & post eum, Martinum eius suecessorem in corona Aragonum; deinde Ferdinandum supradictum Regem Aragonum, & suecessorem dicti Martini in dicto Regno: in qua fide permanserunt supradicti, & suecessores eorundem, in dominio dictæ coronæ Aragonum. Itaque à die 4. Februarij anni. 1387. quo die declaratio supradicta in lucem ædita fuit, in antea, in prædictis Regnis coronæ Aragonum, nempe Aragoniæ, Valentis, maioricarum, & Principatus Cathalonis, obedientia præstita fuit dicto Clementi septimo, vti vero suecessori sancti Petri, quam obedientiam etiam præstiterunt Ioannes Rex Castellæ, huius nominis primus, prout latè constat in literis vltimò adductis, et Rex Galliæ, & Ioanna Regina Neapolis, et dominus de Viterbo. prout testatur Illeseas in Pontific. cap. 8. lib. 6. par. 2. Huiusmodi autem declaratio dicti dubij orti ex dicto schismate, fieri potuit per dictum Aragonum Regem, quia si aliqui contenderent de Papatu, et ea propter schisma in ecclesia Dei suscitaretur, nec posset corrigi, quia quilibet esset potens, et nolent congregare consilium, tali casu, domini temporales, possent eis inuitis facere dubium sopiri, et terminari per Ecclesiam. ita docet Abbas in cap. tua. nu. 10. de decim. prim. et obla. Qua propter declaratio tempore dicti Regis Ioannis Aragonum, circa decisionem dubij dicti schismatis, cum vtraque pars dictorum contendentium super Papatu potens foret, et fultita plurimis responsis, et autoritatibus viroꝝ literis, et religione fulgentium, prout supra extitit probatum, et consiliū congregare noluerint, legitimè facta erit:

et ita

& ita gratiæ, concessiones, & priuilegia, post publica-
 tionem declarationis prædictæ concessa per prædictum
 Clementem septimum, fuerunt valida, & firma, tanquã
 impetrata à vero et legitimo Pontifice, quod procedit
 in Regnis Coronæ Aragonum, & in alijs quibus obedi-
 12 tia ei præstabatur. Præterea etiam, quia de iure cautum
 inueniemus quòd quando duo aut plures contendunt
 de Papatu, si quis eorum prætendebat habere melius
 ius neuter eorum dicitur schismaticus, & gesta per utrũ
 que tenent in locis in quibus tollerantur, prout docet
 Fran. Marc. decis. 942. n. 2. p. 1. propterquã etiã rationem
 in dicto Aragonum Regno tenuerunt, & validæ fue-
 runt prædicti Clementis septimi cõcessiones, Deindẽ
 etiã tractãdo de hoc eodem schismate Abb. in fin. rub.
 de schismat. vbi disputat, vtrum schismaticus, & eum
 sequentes excommunicati sint, docet sub his verbis. *Si
 autem questio esset dubia, & maximè si consistit in factõ intricato,
 & longuo, prout contingit in schismate præterito, tunc puta-
 rem omnes euitare excommunicationem & peccatum &c.* & no-
 ta quòd Abbas schisma præteritum dicit illud, de quo
 nunc tractamus Vrbanus, & Clementis, prout patet ex re-
 latis per eum in c. licet de viranda. n. 1. in fin. de elec-
 tio. Ex quibus apparet quòd sequentes Clementem 7.
 & Vrbanum 6. contendentes super Papatu, nõ peccas-
 se, nec excommunicatos fuisse, quia questio erat maxi-
 13 mè dubia, & consistebat in factõ intricato. Vndẽ conclu-
 dendum est, cum in Regnis prædictis coronæ Aragonũ
 Clemens 7. nuncupatus, pro verò Papa haberetur ab
 anno. 1387. in antea, quòd concessiones, priuilegia, &
 alia indulta, à dicto anno in antea ab eodem impetrata,
 valuerunt, & tenuerunt, rationibus supra adductis de
 iure procedentibus. Et ita diuina fauente clementia
 Reges, Aragonum, qui in religione Christiana, & eius
 obsequio

obsequio maximopere poluerunt, & ingenti, & infla-
 mato animo, & studio, fidei catholicę Christianę cul-
 tū augere conati fuerunt, & in hac fide ab eo tunc, vsq.
 in præsentem diem permanserunt, & concessionem apof-
 tolicę impetratę & obtentę, à prædicto Clemente, à die
 suprädictę declarationis in antea, valuerunt, & tene-
 runt, valent, atq. tenent; & sunt in viridi obseruantia.
 Et ita si ius fouens contra fratrem Franciscum Garrido
 S. T. D. in ingenti illa lite suscitata in curia Episcopi
 Dertusen. super vacatione parrochialis ecclesię villę
 de Albocacer, per obitum Iacobi Vilarroja rectoris
 eiusdem vacantis; suprädicta forent matura conside-
 ratione perpensa cum scedula articulorum, in dicto
 processu præsentata die 28. mensis Ianuarij, anni 1602.
 & in articulo. 28. deductum non esset, offendendo tan-
 tam Regum Aragonum celsitudinē, et piam deuotio-
 nē, quod Clemens septimus suprädictus non fuit præ-
 decessor Iulij 2. ex hoc solum, quia non inuenijt eū in
 cathalogo Pontificum, absit enim tantus error, namq.
 subditi, & vassalli Regum Aragonum, pro vero, et indu-
 bitato Pontifice habere debent, ac habuerunt à die
 declarationis suprädictę in antea, in prædictis Regnis, &
 Principatu; suprädictum Clementem. 7. sancti Petri le-
 gitimum successorem: et consulant qui ausu teme-
 rario contrarium asserere attētēt, & constabit illis, præ-
 ter hoc quod Regum excelsam auctoritatem offendunt
 si forsitan peccent. Quo vt indubitato præsupposito, re-
 manet videndum, vtrum rescriptum obtentum pro
 parte Magistri, & fratrum Montesię, fuerit impetratum
 à prædicto Clemente septimo, antè declarationem su-
 prædictam, factam Barcinonę die 4. Februarij anni.
 1387. et concordando tempora, inuenio dictum res-
 criptum impetratum fuisse, anno. 1393. patet ex eo

quã Clemens septimus electus fuit, (sicut supradic-
 tum est) in anno. 1378. declaratio autem facta circa
 præstandam obedientiam eidem, in anno 1387. con-
 silio, autem dicti rescripti, in anno decimo quinto Pon-
 tificatus dicti Clementis. Cumq; tẽpore quo dicta decla-
 ratio facta fuit, esset in anno nono dicti Pontificatus,
 venit concludendum necessariò, dictam impetrationẽ
 rescripti in favorem magistri, & fratrum prædictorũ fac-
 tam fuisse, transactis sex annis post dictam declarati-
 onem factam super dubio schismatis prædicti. Et ideo
 venit disputandum, utrum narrata, & supplicata pro
 parte dictorum magistri, & fratrum Montesiæ fuerint
 vera, & in veritate consistere, ea scilicet quę narrantur
 in rescripto Clementis septimi, quapropter sciendam
 est supplicationem supradictam interpositam pro parte
 dictorum magistri, & fratrum continere, quòd Eccle-
 siæ parrochiales sancti Mathæi, de Xert, de Canet, de
 Calig, de Ceruera, de Couis, de Albocacer, consuetæ
 erant conferri clericis secularibus, ad præsentationem
 Magistri Montesiæ, de antiqua, approbata, & pacificè
 observata consuetudine; quæ narrativa vera erat, &
 14 in veritate consistebat. Namq; consuetudo dicitur itis
 quoddam assiduis actibus institutum iux. tex. in c. con-
 15 suetudo. i. distinc. quæ præcipuè probatur his tribus re-
 quisiis necessarijs ad eam inducendam, scilicet frequẽ-
 tia actuum, diuturnitate temporis, et consensu tacito,
 prout docent Fran. Marc. decis. 255. n. 1. p. 2 & Bart. in l.
 16 2. n. 22. & 32. C. quæ sit longa consuetudo. In primis, ad
 inducendam consuetudinem narratam pro parte Magis-
 tri, & fratrum Montesiæ, in dicto rescripto Clementis
 obtento in anno 1393. constat de frequentia actuum præ-
 sentationum ad dictas parrochiales, quę per magistrũ,
 Montesiæ factæ fuerunt in favorem clericorũ secularium

ex instrumentis presentationum supra adductis in §.
 1. huius. 2. p. n. vltim. Namq. in annis. 1328. ad præsentationem
 dicti Magistri ex dictis instrumentis constat quòd
 Ecclesia parrochialis de Couis de Vinromano, fuit col-
 lata clerico seculari, similiter in anno 1330. Ecclesia S.
 Matthæi et eodẽ anno Eccles. Willæ de Xert; et in anno
 1335. Ecclesia de Albocacer. et 1366. ecclesia Ceruariæ:
 et in anno 1376. ecclesia de Albocacer; quæ sũt sex actus
 17 presentationum qui sufficiunt ad inducendam cõsuetu-
 dinem; quæ de iure probatur per binos actus notorios,
 per quos inducitur iuxta glos. super verbo consuetudi-
 ne. l. 3. C. de Episcopa. audien. & Franciscus. Mar. decis.
 255. num. 2. p. 1. & Iacobum Calicium, in in extragra-
 ua. Cur. c. 4. num. 5. Ojedam, de incomparibi. benef. c.
 21. nu. 17. p. 2. ubi refert duo instrumenta collationum
 diuerso tempore acta, inducere consuetudinem. Itaq.
 cum cõsuetudo sit inducenda per frequentiam actuum
 & hæc sit quando concurrunt duo actus notorij, dicen-
 dum est, multò fortius inductam fuisse, per supradictos
 sex actus notorios. Præterea etiam, huiusmodi consue-
 tudo presentandi clericos seculares ad dictas Ecclesias,
 per dictum Magistrum Montesię, diuturno tẽpore dura-
 uit, nam ob anno 1316. parum plus, minusue, quo dic-
 tus ordo institutus fuit, vsque ad annum 1393. quo
 gratia supradicta obtenta fuit à Clemente septimo,
 transacti erant septuaginta anni, et indè plus: per
 quod spatium temporis inducitur diuturna con-
 18 suetudo, & non solum dicto spatio, verum etiam de-
 cem annorum spatio, & contra ius commune indu-
 citur de iure ciuili consuetudo, prout communiter
 tenent scribentes, super l. 2. C. quæ sit longa con-
 suetudo. Et Natta consil. 98. num. 6. part. prim. De
 iure autem communi canonico, cui necessario stare
 debemus

debemus in presenti casu; si consuetudo est præteritus, sufficit tempus decē anno, ad eam inducendā, iux. glof. in c. fi. super verbo, cōsuetudo. de consuetudi. lib. 6. & in cap. vt litigantes. super verbo statuimus. de officio ordi-
 19 din. eodem lib. 6. nisi consuetudo veniat ad detrahendum ius alicuius ecclesie, quia tunc requiritur ad præscriptionem ipsius, tempus quadraginta annorum, & ita ad inducendum illam, idem tempus requiritur ita late docent Abb. in c. fin. n. 11. de consuetu. & Felin. in c. statuimus n. 11. à vers. attende, vsq. ad n. 3. eod. tit.
 20 Et in casu inducendi consuetudinem præsentandi clericos seculares ad dictas ecclesias, quæ antiqua, et præscripta sit, (dicendo eam præscriptam sicut canonistæ) requiritur quod ius acquiratur ex consuetudine clericis secularibus, contra regulares, per tempus quadraginta annorum iux. tex. in cap. cum de beneficio. & super eo glof. in verbo, legitima. de præben. in 6. & late Felin. in cap. in nostra. num. 43. de rescrip. quo iure attento, cum ad inducendum consuetudinem de qua agitur in dicto rescripto Clementis requireretur spatium quadraginta annorum; dicendum est, tempore quo impetratū fuit, pro parte Magistri. & fratrum Montessa rescriptū supra adductum, dictam cōsuetudinem non solum p̄ spatium quadraginta annorum, verum et sexaginta quinq. inductam fuisse, scilicet ab anno 1328. quo prima ex præsentationibus adductis in num. vlti. §. præcedenti facta fuit à dicto Magistro, vsque in annum 1393. quo dicta gratia concessa fuit, in fauorem dictorum Magistri et fratrum, prout constat euidenter, ex temporum concordantia, et non solum introducta fuit hæc consuetudo tempore quo obtentum fuit rescriptum, per dictum tempus sexaginta annorum, verum & octuaginta, & inde plus, namque in §. 13. à
 num.

num. 4. vsque ad num. ultim. part. 1. probauimus iam, quod in annis. 1312. & 1315. antequam villa Ceruarix, cum villis & locis, termini eiusdem, vnitæ essent dicto ordini Montesiæ (cum tunc temporis adhuc institutus nõ esset, imò de patrimonio ordinis hospitalis existerent) Ecclesiæ villarum Ceruarix, de Calig, & de Canet, collatæ fuerunt clericis secularibus, ad præsentationem magistri hospitalis, patroni indubitati illarum, & in §. 16. & ultimo. 1. p. huius responsi. num. 27. probauimus etiam, ecclesiam de Albocacer vacãtem in anno. 1315. collatam fuisse ad præsentationem administratorum bonorum, quæ quondam fuerunt ordinis militiæ Templi, clerico seculari, & etiam antè institutionem dicti ordinis Montesiæ. Quapropter cum de iure cautum, sit quod ius ex consuetudine extèdatur, ad alios actus, et personas, quæ in simili ratione versantur. iuxta doctrinam Innocen. in cap. dilecto. de officio Archidia. latè relata, à Felin. in cap. auditis. nu. 25. de præscriptio. & Natta. conf. 98. nu. 23. certum est, quod ius ex dictis præsentationibus factis per dictos magistrum hospitalis, & administratores bonorum militiæ Templi extendebatur, ad magistrum Montesiæ, & cumulabantur dicti actus præsentationum, illis qui facti fuerunt successiue per eundem, cum in simili ratione versaretur prædictus magister Montesiæ, sicut & dicti administratores, & magister hospitalis, quibus successit in iure patronatus dictarum Ecclesiarum. Prætereà etiam dicta consuetudo, tempore quo rescriptum obtentum fuit, interrupta non erat, ex his signanter: quia computando ab anno. 1312. à quo initium ducere inuenimus, per præsentationes supradictas, Ecclesiarum Ceruarix, & de Calig, factas per magistrum hospitalis, vsq. ad annũ. 1353. introducta fuit consuetudo quadraginta annorum, per

octo actis præsentationū, in fauorem clericorū seculariū, nō interruptos, scilicet præsentationes Ecclesiarum Ceruariae, & de Calig, in anno. 1312. & de Canet, ac de Albocacer, in anno 1315. & d̄ Couis, in anno 1328. et S. Matthēi, & de Xert in anno 1330. & de Albocacer, in
 22 ano. 1335. Deindē etiā quia cōsuetudo huiusmodi, neq̄
 per vnicū actū neq̄ p̄ binos actus, casu quo inueniātur
 cōtrarij dictis præsentationibus, nō sufficiēt ad eā inter-
 rumpendā; imō per totidē actus, per quos introducta fuit:
 per tot actus contrarios interrumpenda, & tollenda ve-
 nit de iure, & non aliter, prout docet Abb. in cap. fin.
 num. 19. de consuetudin. Vndē, cum ab anno 1353.
 quo dicta consuetudo introducta legitimē fuit, vsque
 ad annum 1393. quo gratia præfata concessa fuit, in
 fauorem dictorum magistri, & fratrum, reperiantur ac-
 tus præsentationum facti in fauorem clericorum secu-
 larium, per dictum magistrum, nempe, in anno 1366.
 præsentationis Ecclesiae Ceruariae, & 1378. præsentationis
 Ecclesiae de Albocacer, certum est, quod dicta
 consuetudo interrupta non erat eò tunc, cum totidem
 actus, & idem tempus ad eam tollendam, ac ad eam in-
 troducendam requirantur, absq̄ actibus contrarijs, qui
 in occurrenti casu reperiūtur, casu quo ab anno 1353.
 vsque ad annum. 1393. consuetudinem contrariam
 allegare vellent Episcopus, & capitulum, contra dic-
 tum magistrum; namque adsunt prædicti actus contra-
 rij interrumpentes, facti per dictum magistrum Mon-
 tesiae in annis supra dictis. 1366. & 1378. Hoc tamen
 aduerto, quod adhuc non inueni aliquam ex prædic-
 tis Ecclesijs collatam per ordinarium Derrusen. vsque
 annum. 1393. absque consensu, aut præsentatione præ-
 dicti magistri. Deinde notandum est, quod prædictae
 gratiae narratiua non continet, quod ius præsentan-
 di ad

di ad Ecclesias prædictas competebat magistris Montefiæ ex consuetudine, prout deductum fuit in lite supradicta, suscitata super vacatione Ecclesiæ de Albocacer, & præsentatione facta ad eam, in fauorem fratris Francisci Garrido, ordinis Montefiæ, in curia Episcopi Derruseñ. in anno. 1601. contra dictum Garrido, sed quòd de consuetudine, ius præsentandi ad prædictas Ecclesias clericos seculares, pertinebat ad prædictum magistrum; hoc est, quòd de prædicta consuetudine tenebatur præsentare ad dictas Ecclesias, clericos seculares, & non regulares, quòd ius in fauorem clericorum secularium, & vniuersitatum eorundem acquiri potuit ex consuetudine, non autem ius præsentandi ad prædictas Ecclesias prædicto magistro ex consuetudine. Quia de iure quòd acquiritur privato, seu collegio, non dicitur de consuetudine competere, sed præscriptione, si verò acquiratur vniuersitati, seu populo, benè dicitur de consuetudine acquiri, idè quia consuetudo est lex, & lex debet esse communis: vnde si privato, aut collegio acquiratur, cum communis non sit, non potest dici consuetudo. ità docet Abb. in cap. fin. num. 20. de consuetudi. et ità si conuineret, quòd competebat ius præsentandi ad dictas Ecclesias prædicto magistro de consuetudine, absurdè dictum esset, cum ex præscriptione de iure dicendū veniret, & non de cōsuetudine: quia magister est privata persona, & ius privato non potest acquiri de cōsuetudine vt privato, sed ex præscriptione, & idè legitimè supplicatū extitit, quòd de cōsuetudine magister tenebatur præsentare ad dictas ecclesias clericos seculares; quia dicta consuetudo erat introducta in fauorem vniuersitatis clericorum secularium, & ius ex eadem competens, in fauorem vni-

uerfitatis eorundem procedebat, quod tenet de iure. iuxta d. doctrinam Abb. in loco vltimò citato: quia erat lex communis omnibus clericis secularibus, & in eorù fauorem introducta. Patet etiam dictam narratiuam rescripti supradicti illud continere, ex eo quia magister supplicat concludenter in eadem, quod non obstante quòd iuxta dictam consuetudinem tenebatur præsentare clericos seculares, quod sibi de benignitate apostolica concederetur, fratres idoneos dicti ordinis Montefiæ, ad eas præsentare posse, & similiter etiam, eiusdè successores. Ex quibus apparet, derogationem dictæ consuetudinis, præsentandi clericos seculares, in fauorem fratrum Montefiæ petiisse: non autem dixisse, ius patronatus ad eum ex consuetudine præscripta competere. Deindè etiam constat ita se habere, per rescriptum quoddam, obtentum pro parte Episcopi, & capituli, Dertusè. à Benedicto in sua obedientia. 13. nuncupato, in cuius narratiua fatentur, magistrum Montefiæ, debere præsentare in causa vacationum dictarum Ecclesiarum, ad eas, clericos seculares, prout constitit per dispositionem prædicti rescripti, quod superius adduxi. n. 4. itaq. his omnibus perpensis, & consideratis, concludimus, supplicata per dictum magistrum, & fratres Montefiæ, Clementi septimo, vera fuisse, et in veritate consistere: et per consequens, dictum rescriptum validum fuisse, et esse omni prorsus vitio surreptionis, et obreptionis carens. Cumque ægrè ferrent dicti Episcopus, et Capitulum Dertusè. et clerici eiusdem dioecesis, executionem rescripti supradicti Clementis septimi obtinuerunt ad impugnandum illud, aliud rescriptum, à Benedicto in sua obedientia. 13. nuncupato. quod adduximus in præfenti. §. nu. 4. Ad cuius intelligentiam præmittendum est. in conf. Constantiè.

sessio. 20. in congregatione, ad audiendam relationem ambasiatorum missorum, ad Petrum de Luna, & Regem Aragonum habita 30. Ianuarij 1416. fuisse lecta, quædam capitula, inita, & firmata in ecclesia Narbonen. in camera magna Turris nouæ palatij Episcopi Narbonæ. die. 13. Decembris anno 1415. inter Regem Romanorum, & legatos consilij ex vna, & dominos Ambasiatores, & legatos Regum, Principum, & aliorum dominorum illustrium, obedientiæ Benedicti 13. & confirmatum fuisse, per dictum consilium Constantien. ex eis c. 5. quod continebat, quod gratiæ, & concessiones quæcûq. factæ per dictum Benedictum, quibusuis personis suæ obedientiæ, vsq. in diem primæ requisitionis, factæ eidem Benedicto, ad dimittendum Papatum, per Reges & Principes suæ obedientiæ, valerēt & tenerēt: quod confirmatum extitit, in Ecclesia maiori Constantien. per supradictum consilium, die 4. Februarij dicti anni 1416. cuius c. 5. tenor sequens est.

QVINTO Quod per dictum formandum consilium approbētur, laudentur, & confirmentur, & etiam meliori modo quo fieri possit, plenissimè firmentur, omnes, & singulæ concessiones, dispensationes, & gratiæ factæ per dictum dominum Benedictum quibusuis personis, dictæ suæ obedientiæ, de quibusuis dignitatibus, Archiepiscopatibus, Episcopatibus & beneficijs, & alijs quibuscunq. infra suam obedientiam, quæ nunc est, de his quæ nunc possident, et quæcunq. infeudationes, inuestituræ, contractus, & aliæ concessiones, & gratiæ, vsque in diem primæ requisitionis factæ eidem Benedicto, per Reges, & Principes suæ obedientiæ, infra suam obedientiam, quæ nunc est, etiam secularibus, tam Regibus Aragonum, Castellæ, Nauarræ, &c.

25 Quod Capitulum confirmatum fuit, per dictum consilium Constantien. supradicta die 4. Februarij, anni 1416. itaq. cum electus fuerit Benedictus in anno 1395. teste Illescas in Pontifi. in c. 9. vers. en el mismo año. lib. 6. p. 2. & Pineda in Monarchia Eccles. lib. 22. c. 3. §. 2. et

concessio præfata facta fuerit per Benedictum, anno 3.
 Pontifici eiusdem hoc est anno 1398. aut 1399. conclu-
 dendum est, iuxta supradictam dispositionem consilij
 Constantien. gratiam præfaram valuisse, & tenuisse, va-
 lere, ac teneri: cum monitio prima facta dicto Benedic-
 to, fuerit decem & septem annis post cōcessionem dic-
 tæ gratiæ, parum plus, minusve, teste Illescas in dicta Pō-
 tifi. 2. p. lib. 6. c. 11. §. yvan con esto &c. Præterea, ex dic-
 tæ gratiæ narratiua prout supra iam exitit dictum, cōs-
 rat Episcopum, & Capitulum fateri, quod Magister
 Montesiæ, erat in consuetudine præsentandi clericos se-
 culares, præsertim ex verbis rescripti sequentibus, *Cum
 autem, sicut exhibita nobis, pro parte dictorum Episcopi & Capi-
 tuli petitio continebat, ante statutū, & ordinationem huiusmodi,
 Episcopum Dertusen. pro tempore existentem, clericos seculares ido-
 neos per dictum Magistrum ad Ecclesias ipsas canonicè presenta-
 tos, ad præsentationem huiusmodi, in rectores Ecclesiarum prædic-
 tarum instituire consueuisse &c.* Itaq. tā Episcopus, & Capi-
 tulū, quam etiam Magister, & fratres Montesiæ, concor-
 dant in hoc quod Magister præfatus, erat in consuetu-
 dine præsentandi clericos seculares, ad supradictas Ec-
 clesias vacantes, necnon etiam vigore rescripti Clemen-
 tis septimi, præsentasse ad eas Magistrum præfatum, fra-
 tres dicti ordinis Montesiæ, et ratione præsentationum
 prædictarum, lites ingentes ortas fuisse, inter eosdem,
 quæ omnia euidenter apparent, ex dispositione res-
 criptorum Benedicti, & Clementis quæ in præsentī §.
 inserta sunt. Nunc superest videre utrum narrata pro
 parte dictorum Episcopi, & Capituli, in rescripto Bene-
 dicti, fuerint vera: et quia non immoremur circa hu-
 iusmodi narratiuæ expositionem concedimus, ac fa-
 temur, deducta in eadem vera fuisse, quibus præmissis,
 licet rescriptum Benedicti obtentum fuerit ad annul-
 landum.

landum & derogandum. rescriptum Clementis predecessoris eiusdem, nihilominus tamen nullatenus cassauit illud, imò in suo robore et firmitate remansit: constat ex eo quia in concessione Clementis, & in literis executorialibus eiusdem, adest clausula sequens. *Seu si eidem ordinario, vel quibusuis alijs cõmuniter, vel diuissim, ab eadem Sede sit indultum. quòd ad receptionem, vel prouisionem alicuius minimè ten eantur, & ad id compelli, atq. interdicti suspendi, vel excommunicari non possint. per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo, ad verbum, de*

27 *indulto huiusmodi mentionem &c.* Quæ clausula de iure expressè disponit. quòd ad derogandum concessionem præfatam, in qua ipsa inserta est, de eadem concessione expressa, & propria mentio in concessione derogante facièda sit, aliàs autem nullatenus derogata censebitur iux. deducta per Felin. in capit. accedentes. num. 4. & 5. vbi communem dicit, et in capit. nulli. num. 4. de rescrip. quapropter cū in concessione Benedicti facta in fauorem Episcopi & Capituli Dertusen. ad eorum supplicationem expressa mentio de verbo, ad verbum, concessionis Clementis in fauorem Magistri Montesiæ, facta non fuerit, per illam censenda non est derogata, casu quo, propria, & expressa mentio concessionis dicti Clementis, ad eam derogandam, in concessione dicti Benedicti facienda non esset. iux. doctrinam Ioannis de Anania. consil. 56. quem multi doctores sequuntur. iux. deducta per Felin. in dicto cap. accedentes. nu. 4. de rescrip. nihilominus tamen, saltem indigebat clausula subsequenti. *Non obstantibus, priuilegijs quibuscunq. etiam si essent talia, de quibus facienda esset mentio, de verbo, ad verbum.* Qua clausula caret etiam præfata concessio Benedicti, et idèd nullatenus reuocauit, nec reuocare potuit concessionem

28

Clementis: clausula enim huiusmodi (ac si statutum) & ordinatio huiusmodi, in fauorem magistri, & fratrum prædictorum à prædecessore nostro supradicto, vt præmittitur minimè emanasset) quæ cōtenta est, in concessione Benedicti, non sufficit, de iure ad derogandum concessionem, & priuilegium concessum, sub forma supradicta, scilicet si in illo contineatur clausula, quòd sit facienda propria, et expressa mentio de verbo, ad verbum, iuxtà latè deducta per Felin. in d. c. accedentes. n. 4. & 5. de rescriptis. cum alijs multis per eundem allegatis. & Abb. in c. cum instantia. n. 5. de censib. et exactio. vndè reuocata censenda non erat, neq. est concessio Clementis, in fauorem Magistri & fratrum Montesiæ, per concessionem subsequenter, obtentam à Benedicto, per Episcopum, & capitulum Dertusensium, quâ propter sententia latà vigore, commissionis factæ per Iulium secundum, insertæ in præsentî §. sub. n. 5. venit ponderanda, circà validitatem dictorum rescriptorum lata quam in §. subsequenti insertam inuenies.

§. III.

1. **S**ENTENTIA lata per Iaufridum Serra, Iudicem commissarium Apostolicum, super validitate rescriptorum, Clementis septimi, obsesti pro parte Magistri & fratrum Montesiæ, & Benedicti in sua obedientia 13. nuncupati, pro parte Episcopi, & Capitali Dertusensium.
2. Magister Montesiæ vigore rescripti Clementis septimi, & declarationis iudicis apostolici, potuit et potest præsentare ad supradictas septem ecclesias clericos, tam seculares, quam regulares Montesiæ.

- 3 *Instrumenta collationum, & presentationum facta ab anno 1526. vsq. ad annum. 1542. per dictos Magistrum, & Episcopum Dertusensem, respectiue, de dictis Ecclesijs, tam in fauorem clericorum secularium, quã etiam regularium Montesiæ, in vniuerso rescripti Clementis septimi, & declarationis supra adductæ, factæ per Iaufridum Commissarium Apostolicum.*
- 4 *Beneficia secularia regularibus, conferenda non sunt.*
- 5 *Regularibus Ecclesias seculares conferre licitum est, si ex dispensatione Apostolica est eis indultum.*
- 6 *Instrumenta collationum, & presentationum, ab anno. 1544. vsq. ad annum. 1594. in fauorem clericorum secularium, & regularium.*



CV M autem lites fuscitatæ inter Episcopum & capitulû Dertusensem, ex vna, et Magistrum, & fratres Montesiæ ex altera, super præsentando clericos fratres regulares ordinis Montesiæ, ad suprâdictas septem Ecclesias, prosequerentur per partes; maximis dispendijs, & sumptibus: pro parte dictorum magistri, & fratrum Montesiæ, fuit præsentata commissio apostolica, adducta in §. præcedenti sub nu. 5. Iaufrido Serra, canonico Ecclesiæ Valentiniensium, iudici executori, & commissario in literis patentibus, sanctissimi in Christo patris, domini Iulij diuina Prouidentia Papæ. 2. qui citato Episcopo Dertusensi, et eius procuratore fiscali, causa inter partes, coram eodem legitime discussa, & agitata, fuit pronuntiatum, & declaratum, in modum & formam sequentem.

DE M V M nos Iaufridus Serra, canonicus Valentiniensium, executor, & commissarius Apostolicus præfatus. Habito maturo consilio, & deliberatione, super præmissis initis, instante, & requirente dicto honorabili Guillermo Exaruit, dicto nomine auctoritate Apostoli-

ca nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, preinserta, & omnia, & singula privilegia, super iure presentandi personas idoneas, ad Ecclesias pro tempore vacantes huiusmodi, de quibus in preinsertis literis expressa fit mentio, per prefatos bonæ memoriæ dominos Benedictum Papam decimum tertium, in sua obedientia nuncupatum & Clementem Papam septimum, & alios, prefati domini Iulij predecessores predictos, eidem Reuerendo magistro dictæ militiæ, pro tempore existenti vt prefetur concessa, ac prout illa cõcernunt omnia, & singula, in literis huiusmodi exhibitis, & productis. Et predicti domini nostri Papæ predecessorum prædictorum, de super confectis, contenta, approbauimus, & confirmauimus prout approbamus, & confirmamus cum presentibus. Et nihilominus, quod licet cedentibus, vel decedentibus, dictarum Ecclesiarum, & cuiuslibet earum Rectoribus, vel illarum comendis, per cessum, vel decessum earum, qui Ecclesias ipsas, in comendam obtinuerunt, cessantibus, seu illis alias quouismodo vacantibus; etiam si Ecclesiæ ipsæ, dispositioni Apostolicæ, præterque ratione vacationis earum, apud sedem Apostolicam, generaliter reseruata fuerint. Dicitus Reuerendus dominus Bernardus Despuig, ac pro tempore existens magister dictæ militiæ, ad dictas Ecclesias, & earum quamlibet, sic vacantes, personas idoneas loci ordinario per eum, ad presentationem ipsius, illarum rectores instituendos, prout alij militiæ magistri, qui pro tempore fuerunt presentare soliti sunt, presentare licite possit, statuere, & ordinare. Sinè tamen lius periudicio, si qua inter vos Illustrissimum, & Reuerendissimum dominum Episcopum Dertusen. & Reuerendissimum dominum magistrum Monteliæ prefatos, super dicto iure presentandi pendeat indecissa, auctoritate Apostolica prefata, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte: ordinauimus, prout statuimus, & ordinamus: presentium per tenorem decernentes sic per quoscumque indices, quauis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, iudicati debentur, quoque & inane, quidquid secus super his, a quoque quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus omnibus his, quæ prefatus Sanctissimus dñs noster Iulius Papa II. cum prædictis suis Apostolicis literis, voluit non obstat. Quæ omnia, & singula supradicta, nec non literas Apostolicas, huncque nostrum processum, ac omnia, & singula in eis contenta, vobis prefato Illustrissimo, & Reuerendissimo domino Episcopo Dertusen. vestrisque in spiritualibus, & temporalibus, Vicarijs Generalibus, & Officialibus, omnibusque alijs, & singulis

singulis supradictis, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per presentes. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum, præsentem literas, siue præsens publicum instrumentum, huiusmodi nostrum processum in se continentes, siue continens, exinde fieri, & per notarium publicum infra scriptum subscribi, & publicari mandauimus, nostrique sigilli iussimus, & fecimus ad præsens communiti. Dat. & actum Valentia, die decima septima mensis Maij anno a Natiuitate Domini millesimo, quingentesimo, decimo. Præsentibus ibidem, Reuerendis viris dominis, Gaspare de Pettusa, D. D. canonico Valentinens. & Patricio Puig presbitero, in Ecclesia Metropolitana Valentinens. beneficiato, testibus ad id vocatis, rogatis, specialiterque assumptis. Vidit Iaufridus Serra canonicus, & Commissarius præfatus. Signum mei Philippi de Abella, Apostolica; atque Regia, per totam dominationem Serenissimi, domini Castellæ, & Aragonum Regis, & Valentia auctoritatibus, notarij publici, qui prædictarum literarum Apostolicarum præsentationi receptioni, executioni, citationi, responsioni, processus fulminationi, cæterisque præmissis omnibus, & singulis, dum sic ut præmittitur agerentur, dicerentur, & fierent, vnâ cum prænominatis testibus præsens interui, eaque recipi et publicari, in his duabus pergaminei petijs, quarum prima incipit multum illustris, & finit, intendimus, secunda incipit, propter hoc, & finit, specialiterque assumptis, per alium fideliter scribi feci, vnâ cum apensionem sigilli præfati Reuerendissimi domini iudicis, & commissarij, signavi, & clausi, loco, diebus, mensibus, & at no præfixis; in fidem, & testimonium præmissorum, rogatus, & requisitus, cum supraposito in septima linea secunda petiæ pergamenæ, ubi legitur decani.

Ex cuius sententiæ dispositione constat, Iaufridum Serra, vti commissarium, & executorem apostolicum, approbasse, & confirmasse rescripta supra adducta, Benedicti, & Clementis præsertim constat, ex verbis dictæ sententiæ sequentibus.

Præsertim, & omnia et singula priuilegia, super iure præsentandi personas idoneas, ad Ecclesias pro tempore vacantes huiusmodi, de quibus in præsertis literis expressa sit mentio per præfatos bonæ memoriæ dominos, Benedictum Papam 13. in sua obedientia nuncupatum, & Clementem Papam septimum, & alios præfati do-
mini

mini nostri Iulij praedecessores praedictos, eidem Reuetendo Magistro dictae militiae, pro tempore existentivt praesertur concessa, aut vt pro illa concernunt, omnia et singula in literis huiusmodi exhibitis, & productis, & praedicti domini nostri Papae praedecessorum praedictorum desuper confectis contenta: Approbauimus, & confirmauimus, prout approbamus, & confirmamus, cum praesentibus. &c.

3 Itaq. cum confirmata, & approbata remanserit, in vim dictae sententiae, concessio obtenta pro parte magistri & fratrum Montefiae, à Clemente nuncupato septimo, magister praedictus, in casu vacationis dictarum Ecclesiarum, seu alterius illarum; poterit praesentare ad eas, fratres ordinis Montefiae idoneos, & habiles ad eas obrinendas, quod sic se habuit successiuè. Namq. magistri Montefiae, post dictam sententiam latam, praesentant ad dictas Ecclesias vacantes, clericos seculares, ac etiam regulares ordinis Montefiae, prout constabit euidenter, ex instrumentis collationum subsequens.

Continuando igitur dictos actus praesentationum, ab anno. 1507. quo Ecclesia villae de Canet collata fuit, ad praesentationem magistri Montefiae, prout supra retulimus. in §. 1. p. 2. n. vltim. in fine: cum successiuè vacaret Ecclesia parochialis villae de Couis de Vinromano, per obitum Petri de Rossello Rectoris eiusdem, fuit praesentatus ad eandem sic vacantem die 24. Maij anni 1526. Guillermus Bort presbyter, per Iacobum Bort notarium, procuratorem substitutum, per nobilem Ludouicum Corbera de Let fratrem Comendatorem Montefiae, & procuratorem constitutum, per nobilem Bernardum Despuig magistrum Montefiae, coram Petro Collesansa Officiali, & Vicario generali Guillermi Cardinalis, tituli sanctorum Ioannis, & Pauli, Episcopi Dertusen. de quibus omnibus constat in processu acti-
tato, in annis 1601. & 1602. in curia Dertusen. super
patro.

parrochiali de Albocacer fol. 245. quæ in eodem producta fuerunt die 23. Ianuarij 1602.

Deindè verò successit quòd vacante Ecclesia parrochiali villæ sancti Matthæi, termini Ceruariz, magna fuit suscitata lis, & controuersia, super patronatu eiusdem, inter Episcopum Dertuseñ. et Ioannem Monroig, presbiterum eius procuratorem fiscalem, ex vna. & nobilem Bernardum Despuig Magistrum Montesię ex altera; coram fratre Ludouico Boyl, comendatore perpetuo, cõuentus Virginis Marię de Mercede ciuitatis Valen. vti iudice, & commissario apostolico, deputato, per Ioannem, tit. Sanctorum Cosmæ & Damiani, Diaconum Cardinalem de saluiatis legatum à latere in Hispaniarũ Regnis eò tunc: et tandem fuit pronunciatum dictum ius patronatus, ad magistrum Montesię spectare, & præsentationem eo tunc factam per dictum magistrum, in fauorem Iacobi Sauartes presbiteri valuisse, et vigore dictæ præsentationis, per dictum commissarium apostolicum fuit dicto Sauartes collata, die 17. Augusti anni 1526. prout constat, instrumento collationis dicto die recepto per Gasparem Ioannem Abella notarium Valentie, scribam dictæ causę, & vigore collationis præfate, fuit missus dictus Sauartes in possessionem dictæ Ecclesię, prout constat instrumento recepto, die 18. dicti mensis Augusti, anni prædicti 1526. per Ludouicũ Auenar, notarium publicũ Regni Valentie, de quibus constat plenè in processu actitato, in curia eccles. Dertuseñ. annis. 1601. et. 1602. super parrochiali de Albocacer.

Pariter etiam, cum supradictus Iacobus Sauartes, rector parrochialis ecclesię villæ sancti Matthæi, permutaret eam. cum beneficio instituto in ecclesia parrochiali, ville de la Fatarella, dioecesis Dertuseñ. quòd obtinebat Baptista Voltayna presbiter, admisit dictam præ-

sentationem Paulus Corder, Officialis, & Vicarius generalis, admodum Reuerendi Capituli Dertuseñ. Sede vacante, interueniente consensu, Thomæ Ceruellò Locum generalis Magistri Montesiæ, prout constat instrumento collationis dictę Ecclesię, facto in fauorem dicti Voltayna, die 2. Iunij 1536.

Pręterea etiam, vacante Ecclesia parochiali villę Ceruarię per obitum rectoris eiusdę, fuit collata per Petrũ Ferrer, Officialem, & Vicariũ generalẽ Episcopi Dertuseñ. ad pręsentationẽ Magistri Montesiæ, fratri Antonio Simo dicti ordinis Mõtesiæ, prout constat instrumento collationis Dat. Dertuse, die 11. Maij, anni 1542. ex cuius instrumenti collationis, et pręsentationis serie, & dispositione cõstat euidenter, Magistrũ Mõtesiæ, in vim rescripti obtenti à Clemente 7. et iuxta dispositionẽ sententię latę p Iaufridum Serra iudicem apostolicum in præsenti §. insertę sub n. 1. præsentesse ad Ecclesiam supradictam Ceruarię vacantẽ, Antonium Simo fratrem ordinis prædicti, & illum vigore dictę pręsentationis obtinuisse illam. Et aduerte quod licet iuxta dispositionem sententię latę p Archiepiscopũ Tarraconẽ. adductę in §. 1. l. n. 1. p. 1. præsentsis rescripti (cui stare debemus circa modũ præsentsandi ad Ecclesias Ceruarię et termini eiusdę) teneat Magister Mõtesiæ præsentsare clericos seculares: nihilominus tamen solutus fuit à prædicta conditione, & onere, per rescriptum, in cuius vim iuxta dispositionem sententię iudicis apostolici prædicti, potuit præsentsare ad eas vacantes, fratres regulares dicti ordinis. Et quamuis beneficia secularia regularibus conferenda non sint iuxt. text. in capitul. cum de beneficio. de præben. in 6. capit. 2. de statu monachorum. capit. in noua actiõne 16. quæstione septima. canonachus. et capit. placuit. 16. q. 1. & per consequens,
Ecclesię

5 Ecclesiæ villarum Ceruariæ, sancti Matthei de Xert, de Calig, de Canet, de Couis de Vinromano, & de Albocacer, quia seculares erant, secularibus clericis, & non regulatibus Montesiæ conferendæ veniebant; at verò, de iure Ecclesia parochialis secularis, cū dispensatione apostolicâ, poterit conferri clericis regularibus, ita docet Couar. in c. 2. nu. 3. tit. de testam. cum multis ab eodem allegatis. Vndè cum magister, & fratres Montesiæ, obtinuerint à Sanctissimo domino Clemente septimo, quòd ad dictas Ecclesias licet seculares, seu solitas conferri clericis secularibus, præsentari possent clerici regulares Montesiæ, ideò præsentatio facta ad dictam Ecclesiam Ceruariæ, per magistrum Montesiæ, in fauorè Antonij Simò fratris dicti ordinis, & collatio indè sequuta est concludendū, quod processerunt de iure, in vim dicti rescripti, & dispositionis sententiæ supradictæ; & magistrus Montesiæ potuisse eo tunc, & posse præsentare ad quamcumq. ex Ecclesijs supradictis vacantibus, clericos tam seculares, quàm regulares Montesiæ, ad libitū voluntatis eorundem; et ita se habuerunt, prout constabit ex collationibus subsequētib.

6 Vacauit enim Ecclesia villæ sancti Matthei in anno 1544. per obitum Baptistæ Voltayna rectoris, & Honorius Iorda procurator Berēgarij Moragues, de çurana, locūte, generalis magistratus Montesiæ eo vacante, præsentauit Michaelē Inça presbiterum, corā Raphaele Comes Vicario generali Dertuseñ. & dicta præsentatio fuit admissa, die 30. Nouembris 1544.

Successiuè etiā, Ioānes Nauès, rector Ecclesiæ villæ de Albocacer, permutauit eā, cū beneficio simplici Ecclesiæ parochialis de la Fatarella Dertuseñ, Diocesis, quod obtinebat Ioānes Godes presbiter, interueniēte cōsensu Michaelis Hieronymi Agramūt, comendatoris villæ de

Vilafames, locum tē. generalis, nobilis Petri Galcerandi de Borja magistri Montefiæ, patroni indubitati dictæ Ecclesiæ de Albocacer, cōstat cū literis collationis, quæ dat. fuerunt Dertusæ die. 10. Aprilis 1558.

Et idem Ioannes Godes, obtenta dicta Ecclesia de Albocacer, permutauit eam, cū beneficio quodā, quod obtinebat, Ludouicus Pedro presbiter D. D. in prædicta Ecclesia de la Fatarella, coram Michaelē Hieronymo Morell, Vicario generali Episcopi Dertusē. interueniente consensu præstito, per Iacobum Falcò comendatorem dicti ordinis, procuratorem nobilis Petri Galcerandi de Borja magistri Montefiæ, & eo nomine patroni indubitati dictæ Ecclesiæ de Albocacer, patet ex literis, dat. Dertusæ, die 8. Augusti. 1561.

Et etiam dictus Ludouicus Pedro, permutauit dictam Ecclesiam de Albocacer, cum quodam beneficio, quod obtinebat Iacobus Vilaroja presbiter, in Ecclesia de la Fatarella, dioecesis Dertusē. interueniente consensu præstito, per Ioannem Baptistam Comi, subrogatum Iacobi Falcò, comendatoris Montefiæ, & Locum. nobilis Petri Galcerandi de Borja magistri Montefiæ, & patroni dictæ Ecclesiæ de Albocacer, prout constat cum literis collationis, prouisis per Hieronymum Morell Vicarium generalem Episcopi Dertusē. die 31. Maij anni 1564.

Deinceps autem, cum Ecclesia parochialis villæ Ceruariæ, vacaret per obitum fratris Antonij Simò, ordinis Montefiæ, cui collata fuit in anno 1542. prout superius apparet, fuit collata Thomæ de la Selua fratri ordinis Montefiæ, in anno. 1565. ad præsentationem Hieronymi Pardo de la Casta, comendatoris maioris dicti ordinis Mōtesfiæ, procuratoris nobilis Petri Galcerandi de Borja magistri dicti ordinis, & patroni dictæ Eccle-

Ecclesiæ: quæ licet Ecclesia secularis erat, collata fuit fratri regulari ordinis Montesiæ, in vim rescripti Clementis septimi desuper adducti.

Cum autem Ecclesia de Couis, vacaret in anno 1575, per promotionē Francis. Moliner rectoris eiusdem, ad Ecclesiam villæ de Paniscola, Jacobus Simo decretorū doctor procurator substitutus, à Marco Ioanne Garcia comendatore ordinis Montesiæ, procuratore constituto, per nobilem Petrum Galcerandum de Borja Magistrum Montesiæ patronum dictæ ecclesiæ de Couis, præsentavit ad eam sic vacantem venerabilem Christophorum Auñon, presbiterum, et dicta præsentatio fuit admissa.

Vacavit etiam, ecclesia parochialis villæ Ceruariæ, per obitū fratris Thomæ de la Selua, ordinis Montesiæ, Rectoris eiusdem, et Gaspar Punter presbiter D. eruditissimus in utroq. iure, Officialis & vicarius generalis Episcopi Dertusen. cum sententia lata 4. Decembris 1585. declaravit præsentationem factam per nobilem Franciscum Tallada, commendatorem villæ de Ares, procuratorem nobilis Petri Galcerandi de Borja, Magistri Montesiæ in fauorē Bartholomei Monar fratris dicti ordinis, ad dictam Ecclesiam vacantem valuisse, et dictam Ecclesiam ea propter conferendam fuisse, prout eam contulit dicto die, præfato præsentato cuius collationis, & sententiæ dispositione constat Magistros Montesiæ, facultatē habuisse. et habere præsentandi ad dictas septem ecclesias vacantes clericos seculares, aut regulares Montesiæ, ad libitum volūtatis eorundem.

Itaq. ex præsentationibus, et collationibus factis, in annis 1542. in fauorem fratris Antonij Simo, et 1565. in fauorē fratris Thomæ de la Selua, & in anno 1585. in fauorem fratris Bartholomæi Monar presbiteri ordinis

Montesiac, constitit euidenter, rescriptum Clementis septimi, executioni mandatum fuisse, & sententiam Iaufridi Serra, commissarij apostolici obseruatam, in quantum attinebat ad fratres Montesiae, & ad eorum fauorem. Super est nūc deducere, quomodo, tēporibus nostris, & post dictas vltimas praesentationes magistratus Montesiae, fuit vnitus, incorporatus, et applicatus coronae Regiē inuictissimi domini nostri PHILIPPI 2. Regis Hispaniarum, et Indiarum potentissimi.

§. III.

- 1 **B**ULLA vniōnis, incorporationis, & applicationis perpetuae, Magistratus Montesiae, coronae Regum Aragonum.
- 2 Praesentatio facta, per Regem nostrum Philipum secundum, vti administratorem perpetuum, ordinis Montesiae, in fauorem fratris Baltazaris Primo dicti ordinis, ad ecclesiam sancti Matthaei.
- 3 Sententia cum qua extitit declaratum, praesentationem praedictam valere, iuxta concessionem supradeductam Clementis septimi.
- 4 Sententia licet non tribuat ius, declarat tamen illud.
- 5 Ecclesia sancti Matthaei, fuit collata praedicto fratri Baltazaris Primo, in vim dictae praesentationis, & iuxta tenorem dictae sententiae.
- 6 Frater Philippus Marimon, S.T. D. saepe dictae ville Ceruaria, nunc Episcopus Emporiē obtinuit Ecclesiam sancti Matthaei, post praedictum fratrem Baltazaris Primo.
- 7 Lis magna suscitata, sup provisione ecclesiae de Albocacer, in anno 1601, inter fratrem Franciscum Garrido praesentatum ex vna, & Gasparem Galceran pronissum de eodem ex altera.
- 8 Sententia in fauorem praedicti fratris Garrido, lata per Nuntium

tium apostolicum, & legatum à latere, super dicta lite, & collatio inde sequuta.

- 9 *Renovatio prædictæ sententiæ factæ, per Vicarium generalem Dertusensem, & appellatio ab eadem interposita, & introductio appellationis in Romana curia.*
- 10 *Promotio Gasparis Galceran prouisi de Ecclesia de Albocacer, ad ecclesiam oppidi castri Fortis diocesis Dertusensem, et litis supradictæ extinctio propter dictam promotionem.*
- 11 *Subrogatio fratris Francisci Garrido, in ius dicti Galceran, iux. regulam cancellariæ de subrogandis colligantibus.*

I



ACTA itaq. præsentatione, in anno supradicto 1585. per procuratorem nobilis Petri Galcerandi de Borja, Magistri Montesiæ, ad Ecclesiam villæ de Ceruariæ, in fauorem fratris Bartholomei Monar: postquam sortita fuit effectum, et prædictus Monar institutus in eadem, vigore dictæ præsentationis factæ à legitimo patrono. Magistratus Montesiæ, per resignationem, seu dimissionem in manibus Sanctissimi Domini Sixti Pontificis Maximi, huius nominis quinti, per nobilem Petrum Ludouicum Galceran de Borja, dictæ militiae Magistrum factam, in fauorem Domini nostri Philippi Hispaniarum, & Indiarum Regis Catholici, & potentissimi, huius nominis secundum: fuit vnitus, incorporatus, & applicatus coronæ Aragonum in anno 1587. cuius resignationis, & dimissionis, vnionis, applicationis, & incorporationis bulla sequens est.

SIXTVS Episcopus, Seruus seruatorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, superna dispositione, consilij eminenti Apostolicæ dignitatis speciale, meritis licet in sufficientibus constitutus circa militiarum quarumlibet, pro fidei catholice defensione institutarum, salubrem directorum, &c. Sanè cum magistratus militiae Beatæ Mariæ de Montesiæ

tesis

resia, Cistercientium ordinis, Valentineñ. diocesis per liberam resigna-
 tionem, seu dimissionem dilecti filij Petri Ludonici Galceran de
 Borja, nuper ipsius militiae magistri, de illo quem tunc obrinebat, seu,
 ministrabat, in manibus nostri sponte factam, & per nos admissam,
 vacauerit, & vacet ad praesens. Et sicut exhibita nobis nuper, pro par-
 te charissimi in Christo filij nostri, PHILIPPI Hispaniaru Regis Ca-
 tholici, petitio continebat. Ipse Philipus Rex prouidè considerans,
 militiam ipsam, pro defensione Regni Valentie, ac illius incolarum
 ab impiorum saracenorum incurfibus, & periculosis insultibus, qui-
 bus Regnum ipsum frequenter turbare, & affligere non cessabant;
 ad instantiam claræ memoriae Iacobi Regis Aragonum, auctoritate
 Apostolica institutam fuisse; ac pro pace, quiete, maiorque ipsius
 Regni tranquillitate, ac totius Christianæ Reipublicæ utilitate, ipsius-
 que militiae augmento, & auctoritate; plurimum expedire illis, ma-
 gistratum huiusmodi, non per nobiles priuatos necessarijs iuribus
 carentes, prout hactenus fieri cōsueuerat, sed per Regiam personam
 gubernari, & administrari; cuius potentia, & auctoritate, fratres con-
 iunctis Regis viribus, contra fidei hostes se opponerent, & milita-
 rent; prout experientia comprobatum est, ex vnione, & incorpora-
 tione magistratum militiarum, de Calatraua, cuius ipsa de Monte-
 sia filia, & quo ad visitationem, & correctionem, obediencialis exis-
 tit, ac de Alcantara, Sancti Iacobi de Spata, ac eiusdem Sancti Iacobi,
 Iesu Christi, & de Auis, in Castellæ Legionis, & Portugalix Regnis
 respectiuè institutatum, coronis Regijs dictorum Regnorum, Aposto-
 lica auctoritate factis, plurimum utilitatis, & commoditatis, tam
 eisdem Regnis, & vniuersæ Christianæ reipublicæ, quàm etiam mi-
 litijs ipsis accessisse; ac propterea si dictus magistratus Montesia,
 Coronæ Regiæ Regni Aragonum perpetuè vniretur, & incorpora-
 retur, ac concederetur: ex hoc profectò magistratus ipse, per Regem
 Aragonum multò meliùs, & vtilius regi, & gubernari posset; cura-
 retque Rex ipse, vt dictæ militiae fratres, in dies adeò idonei, & in
 arte militari periti, atque experti reciperentur, vt ab illis merito spe-
 rari posset, quod non solum Regnum Valentie ab infidelium iniu-
 rijs, & oppressionibus fortiter defenderent; sed & ipsum Regem,
 contra alios Christiani nominis hostes, & hæreticos, mari, terraque,
 plurimum iuuant; scandalisque, periculis, & damnis, quæ ex dis-
 cordijs, & dissensionibus inter præceptores, & fratres ipsius militiae
 de Montesia, super electionibus magistroru, & allequutione digni-
 tatum, & præceptoriarum, quibus publica ipsius Regni quies, & tran-
 quilitas

quilitas, non modicum turbari valeret, exoriri varijsque discrimi-
 bus, in quibus magistratus, & militiæ huiusmodi incidere possent,
 prorsus obuiaretur, & nedum Valentie, Aragonum, & Hispaniarum
 Regnis, ac dominijs verum & vniuersæ Christianæ rei publicæ, ipsius,
 militiæ, ac illius fratribus militibus, ea ferè commoda omnia, & vti-
 litates accrescerent, quæ ex vnionibus, & incorporationibus, aliarum
 militiarum prædictarum, Regnis prædictis vt præfertur factis accreue-
 runt. Ipsique fratres milites, sub Regia obedientia, & disciplina de-
 gentes, in maiori honore, & estimatione haberentur eorumque, &
 dictæ militiæ iura, iurisdictiones, priuilegia, libertates, gratiæ, & indul-
 ta illis concessa, melius, & efficacius seruarietur. Quare prædictus
 Philippus, qui & ipsius Regni Aragonum Rex existit, nobis humili-
 ter supplicare fecit, quatenus magistratum huiusmodi, dictæ Coro-
 næ Regni Aragonum perpetuò vnire, annectare, & incorporare, ac
 concedere, aliisque in præmissis opportunè prouidere, de benigni-
 tate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia vo-
 luimus, quòd semper in vnionibus comissio fieret ad partes, vocatis
 quorum interest, quique plurimum speramus, atque confidimus
 quòd militia de Montesia huiusmodi, ipsius Philippi Regis, ob eius
 eximiam in fide constantiam, ex antiqua suorum primogenitorum
 quasi hereditate acceptam, qua inter alios Reges Christiani nomi-
 nis defensores, splendere dignoscitur, eiusque successorum illius
 exempla sequentium, opera, ac peruigili industria, nedum in viribus
 suis conseruabitur, sed tanti Regis, & successorum prædictorum
 præsidio adiuta, Deo fauente prosperabitur, ac maiora in dies suscipi
 incrementa; Philippum Regem præfatum à quibusuis excommunicationis
 suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, cen-
 suris, & pænis, à iure vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si
 quibus, quomodolibet innodatus extitit, ad effectum præsentium
 dum taxat consequendum, earum serie absoluentes, & absolutum
 fore censentes. Huiusmodi supplicationibus inclinati, Magistratum
 de Montesia prædictum, cuius magistri pro tempore existentes, per
 fratres milites, & præceptores ipsius militiæ de Montesia; eligi, &
 etiam absque confirmatione Apostolica, magistratum, & militiam
 huiusmodi Regere, & administrare consueuerunt, ac cuius, & illi for-
 san annexorum fructus, redditus, & prouentus; decem milia ducato-
 rum auri de Camara, secundum communem aestimationem, va-
 lorem annum, vt dictus Philippus Rex asserit non excedunt, siuè vt
 præmittitur, siuè aliàs quouis modo; quem etiam si ex illo quauis ge-

neralis referuatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, presentibus haberi volumus pro expressa, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per similem resignationem, aut dimissionem dicti Petri Ludouici, vel cuiusuis alterius de illo, extra Romanam Curiam, etiam coram notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recordationis, Ioannis Papæ vigesimi secundi, predecessoris nostri, quæ incipit, Excecrabilis, vel assequutionem alterius beneficii Ecclesiastici, quauis auctoritate collati, vacet, etiam si tanto tempore vocauerit, quod eius prouisio iuxta Lateranensis statuta consilij, ad sedem Apostolicam legitimè deuoluta, ipseque magistratus de Montesia, dispositioni Apostolicæ specialiter, vel generaliter referuatus existat. Et ad illum consueuerit quiuis per electionem assumi, eique curæ iurisdictionalis immineant, super eo quoque inter aliquos cuius status presentibus fieri volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datis presentium, non sit in eo alicui specialiter ius quæsitum cum omnibus, & singulis dicti magistratus, ac illius mensæ magistralis fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, & pertinentijs suis vniuersis, nec non præminentijs iurisdictionibus, facultatibus, & indultis, ac alijs eisdem modo, & forma, quibus prædicti magistratus de Calattaua, Alcantara, sancti Iacobi, Iesu Christi, & de Auis, Castellæ, Legionis, & Portugaliz Coronis prædictis, vt præfecturæ vniti, incorporati, & concessi fuerunt, Coronæ Regiæ dicti Regni Aragonum, dicta Apostolica auctoritate, tenore presentium perpetuò vnimus, connectimus, & incorporamus, atque concedimus, itaque liceat eidem Philippo, eiusque successoribus Regni Aragonum, Regibus pro tempore existentibus, perse, vel alium, seu alios, eius, ac etiam successorum, in Corona Regni Aragonum, huiusmodi nomine, corporalem, realem, & actualem possessionem magistratus, & magistralis dignitatis, & militiæ de Motesia, illiusque mensæ magistralis huiusmodi, fructuū, reddituū, prouentuum, iurium, iurisdictionum, & pertinentiarum, aliarumque præmissorum, propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, ipsosque fructus, redditus, & prouentus, in suos, ac Magistratus de Montesia huiusmodi vsus, ad quos designati fuerint, utilitatem conuertere, Diocesani loci, vel cuiusuis alterius licentia minimè requisita, ac omnia, & singula, quæ magistri dictæ militiæ de Montesia, qui pro tempore hactenus fuerunt, & de iure, consuetudine, aut priuilegio, seu alijs quomodolibet, facere, gerere, & exercere potuerunt, vel debue-

runt facere, gerere, & exercere, eaque omnia administrare; nec non præceptorias, siue Comandas, aliaque dictæ militiæ beneficia, & officia, quas, & quæ pro tempore quomodolibet vacare contigerit, personis idoneis conferre valeat. Cum eo quòd, tã Philippus quàm successores prædictæ Coronæ Aragonum Reges, pro tempore existentes, eaque spiritualia concernunt, per personas dictæ militiæ de Mòtesia regulares, per ipsos Reges pro tempore existentes, ad eorum nutum amobiles deputandas, probè & laudabiliter exerceri facere debeant, & teneantur, &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo, quingentesimo, octuagesimo septimo, idibus Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

Quæ Bulla, ad euitandam prolixitatem integra inserta non fuit, sed tantum ex eadem adduxi, quæ necessaria erant ad probandum resignationem, & dimissionem dicti Magistratus, factam in manibus Summi Pontificis, in anno 1587. in fauorem Domini nostri Regis Philippi huius nominis secundi, et vnionem, applicationem, & incorporationem dicti magistratus, Regiæ Coronæ Aragonum. Qua vnione legitimè facta, deffunctoque Petro Ludouico Galecerà de Borja, dictæ militiæ Magistro, in anno 1592. in ciuitate Barcinonæ, munus locum ten. domini nostri Regis, & Capitanei generalis eiusdem, in Principatu Cathalonix, & Comitatibus Rossillionis, & Ceritanix tempore mortis exercente, & administrante: successit quòd Ecclesia parrochialis villæ sancti Matthæi vacauit per obitum Iacobi Prades presbiteri, Rectoris eiusdem, in anno. 1594. et dominus noster Rex vt administrator perpetuus ordinis prædicti, & eo nomine patronus indubitatus prædictæ Ecclesiæ, præsentauit ad eã sic vacantẽ, Balthazarẽ Primo presbiterum S. T. Doct. fratrem professum ordinis prædicti, prout constat, cum litteris Regijs Dat. in monasterio Regio sancti Laurentij, die. 25. Iunij, anni. 1594.

quam præsentationem fecit legitimè, tanquam succedens in omnibus iuribus, & pertinentijs, vniuersitatum villarum, & locorum, quæ pertinuerunt antè dictâ vniouem, ad Magistros Montesiæ, & per consequens, tanquã succedens in iure patronatus Ecclesiarum, quæ supra designatæ fuerunt et ex eis, in patronatu Ecclesiæ villæ S. Matthei tum etiã quia ei permissum erat, iuxta Clementis septimi concessionem de super adductam, et sententias super validitate eiusdem latis, ad dictam Ecclesiam, licet secularem, dictum fratrem Balthazarem Primo præsentare, licet regularis esset ordinis Montesiæ, cui vacationi se opposuerunt per plures clerici seculares, et examine factò per examinatores synodales, ex eis habilior denuntiatus fuit Iacobus Font, rector Ecclesiæ parochialis del Pinell, diœcesis Dertuseñ. et die 30. Iunii dicti anni 1594. fuit vigore dictæ electionis examinatorum, collata dicta Ecclesia prædicto Iacobo Font, cuius collationis vigore eam obtinuit. Successiuè verò dictus Balthazar Primo, frater dicti ordinis, vigore supradictæ regiæ præsentationis, se opposuit vacationi dictæ Ecclesiæ die 15. Iulij prædicti anni, et eo examinato, per Synodales examinatores Dertusæ, habili reperto, ad regendam dictam Ecclesiam sancti Matthei, cum tunc temporis collata iam esset supradicto Iacobo Font: suscitata fuit lis, et controuersia inter eundem Balthazarem Primo præsentatum ex vna, et Iacobum Font prouisum de eodem ex altera, in curia Episcopi Dertuseñ. et post varios prædictæ liris euentus, die 25. mensis Augusti anni prædicti 1594. fuit pronuntiatũ, et sententiatum, in fauorem S. C. & Regiæ Magestatis, per Officialem, & Vicarium generalem, D. D. Gasparis Púter. eo tempore Dertuseñ. Episcopi. literis, religione, & pietate pollentis, decus æquidem Ecclesiæ Dertuseñ.

señ, qui cum iustus esset, non vt Domino Regi placeret, sed iustitiam eius corde, et mente vigente; quia quod suum est, vnicuiq. redderetur, mediante prædicto eius Officiali, & Vicario generali, declarando præsentationem de iure procedere, tanquam à legitimo patrono factam, et collandam fuisse Ecclesiam prædictam, vigore ipsius, prædicto Balthazari præsentato, et mittendū & in possessione, expulso detentore dictæ Ecclesiæ, cuius sententiæ tenor sequitur in hunc modum.

CHRISTI NOMINE INVOCATO

3 **N**OS &c. vssā in primis præsentatione per Sacram Catholicam, & Regiam Magestatem, domini nostri Regis Philippi perpetui administratoris magistratus, ordinis Beatæ Mariæ Montefiæ, & sancti Georgij, dicto Reuerendissimo Episcopo Dertuseñ, facta ad Ecclesiam parrochiam oppidi Sancti Matthei, diocesis Dertuseñ, vacantem de mense Iunij proximè præteriti, per mortem venerabilis Iacobi Prades quondam presbiteri, dictæ Rectoriæ vltimi, & immediati Rectoris, & possessoris; de persona Reuerendi Balthazaris Primo, fratris professi dicti ordinis; Sacrae Theologiæ Doctoris, in & cū suis regijs literis, sigillo dicti magistratus sigillatis, Datis in monasterio Regio Sancti Laurentij, die vigesimo quinto Iunij proximè præteriti, & illarum præsentatione; dicto domino Episcopo facta. Vssā commissione dictæ causæ Reuerendo Petro Sisterer doctori, hospitalario canonico, & præposito sedis Dertusæ, conofficiali nostro, per dictum Episcopum, propter nostri absentiam facta. Vssā habilitatione de persona dicti Balthazaris Primo, per examinatores diocesanos, ad dictam Rectoriam facta. Vssā articulorum scedula, pro parte dicti Primo oblata, & testium informatione super eisdem recepta, &c. Vssā quodam processu fulminato, per Admodum Reuerendum Iaufridum Serra, canonicum Ecclesiæ Valentineñ iudicem, & executorem Apolliticum, per Sanctissimum Dominum, Papam Iulium secundum, electum, & deputatum, cura suis Bullis, Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, septimo, octauo Kalendas Iunij, in & cum quo, sunt insertæ duæ aliæ Bullæ. Altera scilicet, Sanctissimi Domini Benedicti Papæ decimi tertij, in sua obedientia nuncupati; altera verò Sanctissimi Domini Clemētis Papæ septimi; qui quidem processus, Dat. & conclusus fuit Valentie, die decima septima mensis Maij, annū

millesimo, quingentesimo, decimo, sub clausura Philippi de Abella Notarij publici Valentiae; in & cum quo processu, dictus Iaufridus Serra Commissarius Apostolicus praefatus; laudauit, approbavit, & confirmavit, praedesignatas Bullas Apostolicas, Benedicti, & Clemēris, &c. Vilsis denique videndis, & attentis attendendis, solum Deum omnipotentem praeculis habentes, vt de vultu altissimi nostrum rectum procedat iudicium, & oculi mentis nostrae cernere valeant iustitiam, & aequitatem ad proferendam nostram sententiam, procedimus in hunc qui sequitur modum.

ET quia ex deductis, allegatis, & probatis, & instrumentis in processu productis, pro parte Reuerendi fratris Balthazaris Primo presbiteri, Sacre Theologiae Doctoris ordinis, & religionis, Beatae Mariae Montesia; ad parrochiam Ecclesiam villae Sancti Matthei praesentis dioecesis, praesentati, & pro parte Sacrae Catholicae, & Regiae Magestatis, potentissimi, & Catholici Domini Regis Philippi, tanquam perpetui administratoris, dicti ordinis Beatae Mariae Montesia, ad dictam parrochiam praesentantis, plenè, & legitime constat, de iuribus dictorum praesentantis, & praesentati; & de intentione dictae Sacrae Catholicae, & Regiae Magestatis dicto nomine, in dicto iure patronatus, quod illi pertinere, & spectare, fuit legitime, & eodem modo, quo de iure debuit in processu probatum. Constat etiam dictum praesentatum, fuisse examinatum, & reputatum habilem, & idoneum ad dictam parrochiam Ecclesiam regendam, & gubernandam. Ideo & alias, pronuntiamus, sententiamus, & declaramus dictam parrochiam Ecclesiam Villae Sancti Matthei sicut praedicitur vacantem, fore & esse conferendam, collandam, & assignandam, prout cum praesenti conferimus, collamus, & assignamus cum omnibus suis iuribus, pertinentijs, annexis, & connexis, dicto Reuerendo fratri Balthazari Primo, tanquam habili, & idoneo, & a vero & legitimo patrono ad dictam parrochiam praesentato, prouidendo illum vigore dictae praesentis collocationis in possessionem dictae parrochialis Ecclesiae mitti, expulso inde quolibet detentore, prout cum praesenti expelli prouidemus, & expellimus, prouidendo pro his literas collationis, prout in forma fieri, & expediri.

Ex cuius sententiae dispositione constat, & apparet, vigore concessionis obtentae, pro parte Magistri, & fratrum Montesia desuper adductae: & in vim sententiae latae, per Iaufridum Serra commissarium, & executorem

- torem apostolicum, de super etiam adductæ, super validitate concessionis prædictæ, Ecclesiam villæ sancti Matthæi collatam fuisse, ad præsentationem domini nostri Regis, vti administratoris perpetui, ordinis Montefiæ, & eo nomine patroni indubitati, præfato Doctori Balthazari Primo, fratri professo ordinis Montefiæ, licet dicta Ecclesia secularis esset. Et licet verū sit, quòd sententia non tribuat nouum ius, sed quod extat declarat. iuxta doctrinam Gigant. conf. 48. n. 4. & conf. 89. n. 9. ideo sententia huiusmodi etsi non tribuat nouum ius præsentandi ad supradictas septem Ecclesias seculares, fratres regulares Montefiæ nihilominus declarat illud competere domino Regi, vti administratori perpetuo, in vim concessionis Clementis septimi, et iuxta declarationem Iaufridi Serra iudicis apostolici. Itaque præfata parrochialis Ecclesia S. Matthæi licet secularis, fuit collata ad præsentationem domini nostri Regis, nomine quo supra, præfato D. Balthazari Primo, fratri professo ordinis Mōtesiq; et vigore dictæ collationis, dicto die 25. Augusti anno. 1594. factæ in eius fauorē, adeptus fuit possessionē pacificā, et legitimam, cuius vigore curam animarum administravit, quietè et pacificè.
- Præterea post dictum fratrem Balthazarem Primo, obtinuit præfatam parrochialem Ecclesiam S. Matthei, frater Philippus marimon S. T. D. ordinis Montefiæ, oriundus à saepe dicta villa Ceruariæ, ab antiqua et honorata familia de Marimons eius villæ, diocesis Dertuseñ. interuenientibus consensu, præsentatione, et autoritate domini nostri Regis, vti administratoris perpetui ordinis prædicti: et postquam per aliquot annos, regimen curæ animarū prædictæ Ecclesiæ exercuit laudabiliter cum literis, et virtutibus animi maxime florere promotus fuit, ad Episcopatum Empo-
 riens.

riē. infulae Sardiniae, dimissa dicta parrochiali ratione dictae promotionis, et prioratu sancti Georgij de Alama, et capellania Regiae maiestatis, de quibus prouisis etiam erat, tempore promotionis supradictae.

7 Obtinente itaq. parrochiali Ecclesia praedicta villa sancti Matthei, supradicto fratre Philippo marimon S. T. D. in anno. 1601. vacauit Ecclesia parrochialis villa de Albocacer, diocesis Dertuseñ. per obitum Iacobi Villarroja Rectoris eiusdem, et eo tempore ad eam sic vacantem praesentatus fuit per S. C. & R. Magestatem, Domini nostri Regis PHILIPPI feliciter regnantis, Franciscus Garrido presbiter, frater professus dicti ordinis, prout constat cum literis regijs praesentationis. Dat. in villa vulgariter dicta, de Carauajales die 27. Octobris, anni 1601. registratis in partium montesiae, 1. fol. 51. cuius praesentationis vigore, se opposuit dictus frater Franciscus Garrido, & cum prouissus fuisset de eadem Ecclesia, tempore quo se opposuit praedictus frater Garrido, Gaspar Galceran presbiter, suscitata fuit inter eosdem lis magna, cui se immiscuit procurator generalis, & patrimonialis dicti ordinis pro interesse spectante Domino nostro Regi, vti administratori perpetuo dicti ordinis, qui simul cum dicto fratre Garrido appellauit à provisione liberè facta de dicta parrochiali, in fauorè dicti Galceran, ad Nuntium apostolicum, & inhibitione, & citatione legitimè factis, causa praedictae appellationis introducta fuit in curia iam dicti Nuntij apostolici, & Legati à latere, qui post varios litis euentus, cum sua sententia lata, die 11. mensis Octobris anni 1602. annullauit, & nulliter factam declarauit collationem in fauorem dicti Galceran, de Ecclesia praedicta de Albocacer, & possessionem indè sequutam, prout constat cum dicta sententia quae sequens est.

8 EN la ciudad de Valladolid, à onze dias del mes de Octubre de mil seycientos, y dos años. El Illustrissimo, y Reuerendissimo señor Arçobispo de Monfredonia Nuncio, y collector general Apostolico, en estos Reynos. Hauiendo visto este pleyto, que es entre partes, de la vna, el procurador general de la orden de Montesa, por lo que toca al patronazgo Real de su Magestad como gran Maestre, y administrador perpetuo de la dicha orden militar, y doctor fray Francisco Garrido freyle de la dicha orden, presentado por su Magestad à la Rectoria de Albocacer, de la diocesis de Tortosa. Y de la otra Gaspar Galceran intruso en la dicha Rectoria, y el fiscal Ecclesiastico de Tortosa. Dixo, que reuocaua, y reuocò, el auto, ò sentençia del ordinario de Tortosa, en que mandò hazer collacion, al dicho Galceran, de la dicha Rectoria de Albocacer; y la collacion, y titulo que se le dio, y la posesion que en virtud della tomò de la dicha Rectoria, como nullo, y atentado. Y mandaua, y mandò amparar, y amparò à su Magestad, como tal maestre, y administrador de la dicha orden, en la posesion en que ha estado, y està de presentar Rector, y cura de la dicha parrochial. Y mandaua, y mandò asimismo, al dicho ordinario de Tortosa, que dêtro de tres dias despues de la notificacion deste auto, reuocò, y annullè la dicha collacion, fecha al dicho Galceran, y le expella de la posesion en que està intruso, de la dicha Rectoria, y haga titulo, y collacion della, al dicho doctor Garrido presentado por su Magestad. Lo qual cumpla en virtud de santa obediencia, y ço pena de entredicho del ingreso de la Iglesia, en quãto al Señor Obispo. Y en quãto à su prouisor, ço pena de excomunicaciõ mayor, y de cada quiniètos ducados aplicadores à la Camara Apostolica. Con apercebimiento, que no lo haziendo, se procedera à declarar hauer incurrido en las dichas penas, y censuras, y su Señoria Illustrissima prouera lo que fuere de drecho. Y asì lo proueyò, y mandò, y firmò el señor Auditor. Lo qual se entienda, sin perjuyzio del derecho de las partes, en el negocio principal.

Argem Colutus Auditor.

Ame mi

Francisco Martinez de Luna.

9 Deindè verò, pro parte dicti Gasparis Galceran, fuit obtenta commissio quædam ab Illustrissimo & Reuerendissimo

Na rendissimo

rendissimo Domino, Nuntio apostolico, & Legato à latere in Hispaniarum Regnis, sub die 24. Aprillis, anno 1603. cum qua præfatus nuntius, & Legatus apostolicus remissit, seu commisit causam, & litem verteñ. super dicta parrochiali, & eius iure patronatus, Episcopo Dertuseñ. cum clausula tatummodo in dicta commissione, quod vt ordinarius, & non alio nomine iustitiam partibus ministraret, cuius commissionis vigore, cum sententia lata. die 21. Iunij 1603. per Officalem, & Vicarium generalem Episcopi Dertuseñ. in eius curia Ecclesiastica, prædictus Galceran fuit restitutus in possessione dictæ parrochialis, & perceptione fructuum, & emolumentorum eiusdem; et frater Franciscus Garrido, amotus à prædicta possessione parrochialis supra dictæ. quam obtinebat in vim sententiæ latæ per Nuntium, & Legatum à latere, sub numero præcedenti contenta, reseruato domino Regi iure verificandi ius patronatus Ecclesiæ prædictæ de Albocacer. Ex qua sententia, quæstiones, et lites ingentes ortæ fuerunt, et initium duxerunt. Namq. si ius dictum erat, per nuntium, Legatum apostolicum, super dicta lite, quomodo Episcopus Dertuseñ. in eadem lite sententiam proferre potuit: nam hoc fieri debuit autoritate ordinaria, aut vigore commissionis apostolicæ per dictum nuntium apostolicum eidem factæ: ordinaria non potuit, quia prædictus nuntius causam sibi assumpsit in prima instantia, et inhibuit Episcopum prædictum, iusq. dixit facta dicta inhibitione, neq. vigore cõmissionis, quia quod perse aliquis non potest facere, neque per alium, cumque nuntius apostolicus suam sententiam protulerit, et functus fuerit officio suo, nõ potuit dictam sententiam, cum definitiua fuisset, rescindere; neq. aliter vigore cõmissionis per eundem factæ: vndè, cum autoritate ordinaria

dinaria, et vigore commissionis pronuntiauerit Vicarius generalis Dertusenſi, dictam sententiam, teste processu, nullam esse omninò dicendum est: quod pluribus iuribus, rationibus, et doctrinis; fulcire possumus; quia tamen nihil commodi affert: aut incòmodi, illud facere dimittimus. Et continuando facti materiam, à dicta sententia fuit appellatum pro parte dictorum fratris Francisci Garrido, & procuratoris generalis, & patrimonialis ordinis Montefiæ, cū appellationis scedula, per me vti aduocatum generalem dictae religionis Montefiæ, facta, et presentata per eosdem, eodem die quo lata fuit dicta sententia, nempe 21. Iunij, anni 1603. et vigore dictae appellationis introductae in rota Romana, commissæq. autoritate speciali apostolica, admodum Reuerendo Francisco Peña I. V. D. S. D. N. Papæ capellano, et ipsius sacri Palatii apostolici, causarum auditori: qui literas citatorias, et inhibitorias expediuit. Dat. Romae die 26. mensis Maij, anni 1604. quæ presentatae fuerunt Episcopo Dertusenſi. et eius vicarijs generalibus, die 19. Iulij, anni prædicti 1604. de quibus omnibus plene constat in processu actitato, super prouisione dictae Ecclesiae de Albocacer, inter prædictos Garrido, et Galceran collitigantes. Et ita causa huiusmodi vertente in Rota Romana post varios litis anfractus, et euentus, et sequutis exindé, pluribus sumptibus, et expensis, per diuturnum tempus, quo durauit huiusmodi disceptatio: successit quòd prædictus Gaspar Galceran, prouisus de prædicta Ecclesia parochiali de Albocacer, promotus fuit ad Ecclesiam parochialem Castri fortis, diocesi Dertusenſi, cuius promotionis vigore lis supradicta cessauit. Namq. frater Franciscus Garrido, collitigans, iuxta regulam Cancellariæ apostolicae iudicialem, de subrogandis collitigantibus, cum intrusus non

esset, neq. aduersarius Galceran, per triennium antè litem motam, dictam parrochiam possideret, fuit subrogatus in iure, vel ad ius, quod dictus Galceran promotus habebat in dicta parrochiali Ecclesia de Albocacer; quę dispositio locum habet, etiam in causis per appellationem indecissis pendentibus. iuxtà relata per Ludouic. Gom. super regul. Cancell. in praefationis principio regul. de subrogan. collitigan. & praesertim in possessione quam habebat dictus Galceran, quia specialiter subrogatus fuit, in possessione quam habebat idem Galceran tempore promotionis, iuxtà doctrinã dicti Ludo. Gom. in d. regul. q. 9. §. quam ob rem. in medio. Et ad vberiore cautelam, dictam possessionem post dictam subrogationem, in eius fauorem factam de nouò assumpsit, & in eodem missus fuit.

§. V.

- 1 **B**ULLA obtenta in anno 1604. à Sanctissimo Domino Clemente, in fauorem fratrum Montesia, circa concursum, & prouisionem plarium Ecclesiarum, Archiepiscopatus Valentiniens. & Episcopatum Dertusen. & Segobricen.
- 2 Rectroiam Ecclesie villa Traygaria, alteram ex contentis in dicta bulla, asserunt unitam esse clero eiusdem.
- 3 Contradictio, & impugnatio vehementes, factae per clericos seculares Dertusen. Episcopatus, executioni predictae bullae.
- 4 Vacatio Ecclesie de la Inaa dioecesis Dertusen. alterius ex contentis in dicta bulla.
- 5 Concurfus factus ad dictam vacantem Ecclesiam, iuxta dispositionem bullae predictae.
- 6 Appellatio interposita per Licentiatum Dionisium Pineda, à prouisione Episcopi Dertusen. facta super dicto concursu Ecclesie de la Inaa.

- 7 *Introductio causæ appellationis, in metropolitano consistorio Ecclesie Tarraconen. facta instante dicto Licentiatò Pineda.*
- 8 *Prouisio facta in dicto consistorio Tarraconen. iuxta formam prædictæ bullæ, in fauorem dicti Pineda, & contra Episcopum Dertusen.*
- 9 *Prouisio Ecclesie de la Iana, iuxta formam bullæ prædictæ, in fauorem Licentiatii Pineda.*
- 10 *Concurfus, & prouisio Ecclesie villæ de Vistabella, dioecesis Dertusen. iuxta dispositionem bullæ supradictæ, in anno 1605.*
- 11 *Concurfus Ecclesie de la Iana, vacantis in anno 1606. factus iuxta formam prædictæ bullæ.*
- 12 *Lis suscitata, inter procuratorum patrimonialem, & generalem ordinis Montesia ex vna, & Archidiaconum maiorem Ecclesie Dertusen. ex altera, super patronatu Ecclesie de la Iana.*
- 13 *Ecclesia villæ de la Iana, Dertusen dioecesis cum suffraganea esset, in parrochiale erecta fuit.*
- 14 *Archidiaconus maior Ecclesie Dertusen. patronus erat Ecclesie villæ Traygaria, prædictæ dioecesis.*
- 15 *Si Ecclesia antiqua, de redditibus suis contulerit Ecclesie nouiter in parrochiale erectæ intra eius districtum, in patronatus eiusdem, acquiritur rectori antiquæ Ecclesie.*
- 16 *Contentum continentis naturam sequi debet.*
- 17 *Præsentatio Ecclesie suffraganeæ, in parrochiale erectæ, pertinet ad Rectorem matricis, cum consensu patroni eiusdem.*
- 18 *Archidiacono maiori Dertusen. nullatenus spectare potuit, ius patronatus Ecclesie de la Iana.*
- 19 *Nemo dare potest quod non habet.*
- 20 *Ius patronatus omnium Ecclesiarum termini Ceruaria, post expugnationem Regni, pertinuit ad Magistrum hospitalis, & successiue ad Magistrum Montesia, excepto Ecclesie Traygaria iure patronatus.*
- 21 *Exceptio facit comprehendere ea, quæ aliis non comprehenderentur,*

- derentur, & ampliat, dispositionem, ad omnia non excepta.
- 22 Plures patroni esse possunt, diuersis causis, aut vna, & eadem causa.
 - 23 Tribuens fundum ad Ecclesiam fundandam, non est necessarium quod reseruet sibi ius patronatus, quia absq. dicta reservatione acquiritur eidem.
 - 24 Per plures presentationes, non efficitur quis patronatus quando constat de contrario titulo.
 - 25 Inuito patrono Ecclesie maturicis, seu etiam Rectore, suffraganea erigi potest in parrochiale, ob augmentum cultus diuini.
 - 26 Protestatio facta per Magistrum Montesia, circa prouisionem Ecclesie de la Iana.
 - 27 Dominus Rex, ut administrator ordinis, & Religionis Montesiae, est legitimus patronus Ecclesie parrochialis villae de la Iana.
 - 28 Collatio Ecclesie de la Iana, ad praesentationem Archidiaconi, & appellatio ab eadem interposita, & a declaratione ante eam facta.
 - 29 Concursum, & prouisio Ecclesie villae de Onda, vacantis per obitum rectoris ibius, facta in anno 1608. iuxta dispositionem supra adductae bullae, in fauorem Licentiatii fratris Vincentij Tous dicti ordinis.
 - 30 Prouisio Ecclesie de la Iana facta in fauore fratris Francisci gahera ordinis praedicti, iuxta formam bullae supra adductae.
 - 31 Ecclesia parrochialis villae sancti Matthaei, fuit collata, doctori, fratri Philippo de Aiano dicti ordinis, ad praesentationem Domini nostri Regis in anno 1609.

I



SEQUENTE itaq. curiam Romanam, & in eadem commorante supradicto fratre Francisco Garrido S. T. Doctore ordinis Montesiae, ad effectum prosequendi litem de qua supra, in §. 4. n. 7. huius secundae partis egimus, super prouisione parrochialis Ecclesiae

Ecclesiæ de Albocacer, tam nomine proprio, quã etiã, uti syndico, actore, & procuratore ordinis prædicti: attento quòd fratres capellani ordinis Montefiæ, literis, religione, & virtutibus plurimum fulgentes, in remunerationem laborum, quos sustinebant continuò, in lucubrationibus, & vigilijs, quas in literarum studijs, & discendis disciplinis, & facultatibus perpetuò consumebant: carebant omninò prærogatiuis, concessionibus, & donationibus apostolicis, quibus ceteri fratres aliarum ordinum militarium in Hispania fruebantur, & quòd hoc vergebat in maximum damnum ordinis Montefiæ, obtinuit in anno 1604. à sancta Sede apostolica, in fauorem fratrum dicti ordinis, bullam concessionis apostolicæ tenoris sequentis.

CLEMENS Papa octauus, ad perpetuam rei memoriam in summa militantis Ecclesiæ dignitate, & Apostolicæ potestatis plenitudine, à domino constituti, in id pro Pastoralis officij nostri debito propensius incumbere, non conuenit ut parrochiales Ecclesiæ illarum vacatione occurrente Rectores fide, moribus, & scientia probatos, non tantum seculares, sed dum locorum, & personarum qualitas catholicorum Regum vota ita exposcunt, ex militaribus ordinibus, ad officia, & ministeria Ecclesiastica, adscriptos nanciscantur. Quorum opera, & doctrina, Ecclesiastica ipsæ, cooperauit gratia illius, qui verus Rector, & pastor existens, pro suis ouibus redimendis, vitæ propriæ non pepercit, votiuus iugiter ad fidelium spiritualem consolationem, animarumque salutem, proficere valeant incrementis. Cum itaque sicut charissimus in Christo filius noster, Philipus Hispaniarum Rex catholicus, qui etiam militiæ Beatæ Mariæ de Montefiæ, & sancti Georgij de Alfama, Cisterciens. ordinis, perpetuus administrator, Apostolica auctoritate deputatus existit, nobis per dilectos filios, Christophorum de Villanoua, clericum Paceñ. ac Franciscum Garrido Sacræ Theologiæ Doctorem, & fratrem capellanum eiusdem militiæ, apud nos, & sedem Apostolicam dictæ militiæ procuratores generales, nobis nuper exponi fecit. Inter fratres capellanos eiusdem militiæ, non desint presbiteri, in disciplinis, & functionibus

nibus Ecclesiasticis diu, multumque versati, atque ad curam animarum, ac cætera officia, & ministeria parochialia exercenda, plurimū habiles, & idonei. Nec æquum, rationique consonum sit, vt ipsis ad parochiales Ecclesias, in oppidis, & locis dictæ militiæ temporali dominio subiectis cōsistentes, præuio examine, per concursum, obtinendi eas aditus præcludatur; in Valentineñ. & Dertuseñ. ac Segobriceñ. diocæsis reperiantur nonnulla oppida, & loca, de dominio, & patrimonio dictæ militiæ, illiusque mensæ magistralis; conuentus, prioratum, seu præceptoriatum existentia; videlicet de Perpūchent, de Ares, & de Benicarlo, de Vinaros, de Alcalá, Trayguera de Benaçal, de Vistabella, de Salzadella, de Arzaneta, de villa de Onda, de Vallancas, de Ademuz, de Cueva, de Moncada, de Carpeza, de Silla, de la Iana, de Rossell, & de Culla, cum eorū annexis, siue suffraganeis, si de parochialibus Ecclesijs eorundem oppidorum, & locorum illarum vacatione pro tempore occurrente fratribus capellanis presentibus eiusdem militiæ, ad id in mutuo concursu desuper habendo, magis idoneis repertis, prouideri contingeret, proculdubio ipsi, ex charitatis, & religionis feruore, egregiam, & fructuosam operam, in regendis Ecclesijs huiusmodi, & curæ animarum exercitio, ac sacramentis Ecclesiasticis administrandis, alijsque spiritualibus functionibus obeundis, ac proximorum salutem, & perfectam, nauarent: cæterique eiusdem militiæ ministri Ecclesiastici, spe assequationis earundem Ecclesiarum, ad literatum, præsertim sacratum studia, non parum excitarentur. Quare idem Philippus Rex, nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis annuere, & de saper opportunè prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur cūpientes animarum curam, quæ cæteras omnes superat, & excellit, ministris idoneis demandari, præmissorum consideratione adducti, per presentes nostras literas præcipimus, & mandamus. Vt quotiescūq. parochiales Ecclesias, seu perpetuas vicarias, oppidorum, & locorum superius specificè, & nominatim expressorum dūtaxat, per cessum vel decessum, seu quamcunque aliam dimissionē, ammissionem aut priuationem, vel aliàs, quibusuis modis, & ex quorumcunque personis, vacare contigerit, & si ad præsens vacent. Tam fratres capellani prædictæ militiæ, quàm alij clerici seculares extra eam, ad examen per concursum mutuum, super earundem parochialium, vel perpetuarum vicariatuum prouisione faciendā, admittantur. Primo tamen loco præfati fratres capellani, tribus non pauciores examinentur, et qui idonei fuerint, ab examinatore in synodo diocæsana

fana deputatis, renuntientur, & ex eis magis idoneus ab Episcopo eligatur; quòd si tres fratres capellani ad examen non comparuerint vel si comparuerint, nemo ex ipsis, ad prædictam Ecclesiam regen- fuerit idoneus iudicatus, ab iisdem examinadoribus, quibus liberum omninò sit non idoneos, vel in insufficientes reijcere, & probare tunc ex reliquis clericis, extrà militiam ad concursum admissis, seruata in omnibus forma, à Concilio Tridentino tradita; magis idoneus ex approbatis ab examinadoribus, ab eodem Episcopo eligatur, cui de prædicta Ecclesia prouideatur. Liberum tamen sit, tam dictis fratribus capellanis, quàm alijs concurrentibus, in omnibus suprædictis casibus, & si aliquis ex dictis fratribus capellanis electus fuerit, à mala electione iuxta formam constitutionis sælicis recordationis Pij quinti, super collatione parrochialium æditam, ac etiam capellanis, à non admissione, & à declaratione insufficientiæ, si forsàn contra eosdem fieri contigerit, ad Metropolitanum, aut si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinatum, vti sedis Apostolicæ delegatum, vel ad sedem Apostolicam appellare. Si tamen Ecclesiæ stantibus reservationibus Apostolicis vacauerint sicut præmittitur, electi à sede Apostolica prouisionem obtinere teneantur, aliàs verò, à loci ordinario de ipsis prouideantur, prouisiones verò, institutiones, collationes prædictarum parrochialium aliter, factæ, nullius roboris, vel momenti existant. Decernentes præsentis literas semper validas, & efficaces fore, & esse. Irritum quoque, & manè, quidquid secus super his, à quoque, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictarum militiarum, & Ecclesiarum statutis, & consuetudinibus; confirmatione Apostolica, aut quauis alià firmitate roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium quomodolibet concessis, iteratis, & innouatis, cæterisque contrarijs quibuscunq. per præsentis autem non intendimus aliquid innouare, vel de nouò concedere, circa beneficia simplicia, quæ in parrochialibus Ecclesijs præsentis sunt sita. Quòd circa, cupientes vt huiusmodi literæ facilius executionis effectum sortiantur dilectis filijs nostris, auditori Camera Apostolicæ; necnon priori Beatæ Mariæ del Temple, in ciuitate Valentiniens. ac Archidiacono de Xatiua, in Ecclesia Valentiniens. per præsentis committimus & mandamus; vt omnes, aut duo, vel vnus vestrum, vbi, & quando opus fuerit, ac pro parte magni magistri prædicti, seu præceptorum, commendatorum, aut fratrum capellanorum

prædictorum, vel cuiusvis alterius personæ eiusdem militiæ, fueritis requisiti, vel aliquis vestrum fuerit requisitus, præsentibus litteras solenniter publicantes, ipsiusque magno magistro, præceptoribus, commendatoribus, fratribus capellanis, ac personis prædictæ militiæ, in præmissis, efficacis defensionis presidio assistentes; faciatis auctoritate nostra, huiusmodi litteras, ac omnia in eis contenta, per eos, ad quos spectat obseruari; ac ipsos magnum magistrum, præceptores, comendatarios, & fratres earum effectu pacificè fieri, & gaudere. Nō permittentes eos desuper à quoque quomodolibet indebitè molestari, contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo; inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, brachij secularis auxilio. Non obstantibus omnibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ octauis, prædecessoris nostri de vnâ, & in consilio generali ædita de duabus dictis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque, cæterum volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd præsentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & alterius personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, sub annullo Piscatoris, die prima Iulij 1604. Pontificatus nostri, anno 13. M. vestrius Barbianus locus & annulli Piscatoris.

Cuius Bullæ dispositione attendenda constat, fratres capellanos Montefiæ, tempore vacationum Ecclesiarum parrochialium, villarum, & locorum de Ares, de Benicarolo, de Alcalá, de Frayguera, de Benaçal, & Vistabella, de Salzadella, de Atzaneta, de Onda, de la Iana, de Rossell, & de Culla: diocesis Dertusen. admittendos esse ad concursum earundem primo loco, antequam clerici seculares admittantur; et si ex tribus fratribus Montefiæ ad minus, qui in vnoquoque concursu necessariò adesse debent, habilis non inueniatur, ad regimen curæ animarum Ecclesiæ vacantis, tunc temporis, & non aliàs, nec alio modo, data inhabilitate fratrum

concurrentium clerici seculares admittendi veniunt
 ad dictum concursum, cum ita dispositum, & statutum
 sit à sancta Sede Apostolica per bullam suprâ adduc-
 tam. Aduertendum tamen est, quod Rectoria Ecclesiæ
 2 parrochialis villæ Traygarix, nō vacauit à centum ferè
 annis, & indè plus, ex quo asserunt vnitam esse, & incor-
 poratam, ac annexam in perpetuum, cum fructibus, &
 emolumentis eiusdem, clero, seu vniuersitati clericorū
 eiusdem, & ea propter, ad nutum clericorum prædic-
 torum eligitur Vicarius, qui certo stipendio, à dicta vni-
 uersitate clericorum eidem assignato, curam animarum
 administrat, et ea propter licet prædicta parrochialis
 sit de contentis in dicta bulla, concursus autem ad ean-
 dem fieri non potest, quia nec vacat, nec vacare potuit,
 cum in perpetuum sit collata, & assignata prædicto cle-
 ro, vigore vnionis suprædictæ, & vicarius animarum cu-
 ram Regens, sit ad nutum clericorum amobilis. Vtrum
 autem prædicta vnio facta fuerit, cum requisitis de-
 ductis per Rebuf. in reg. 21 de vnion. & per Mandos.
 in reg. cancell. 12. & 22. quæ de iure necessariò inter-
 uenire debent, & vtrum reuocari possit, ob causas à
 iure statutas, & per eundem Rebuf. expressas in dicto
 loco, tit de vnion. reuocat. aut si irrita, & inanis sit iuxt.
 dispositio. c. 6. sessio. 7. æcumenici. consil. Tridentin. mi-
 nimè affirmare possum, cū bulla vnionis, per me inspec-
 ta non fuerit, neq. de eadem transumptum habere po-
 tuerim; licet maximo studio, & solertia, illud nancisci
 conatus fuerim pluries: suis loco, & casu in augumen-
 tum patrimonij dicti ordinis, & iurium eiusdem, vnio-
 nis bulla inspecta, (Deo fauente) ius resultans cir-
 3 cā dictum concursum Ecclesiæ Traygarix dicemus.
 Cumq. de prædicta gratia cōcessa fratribus capellanis
 Montesciæ, noticiam haberent, clerici Dertusen. Epif-

copatus, quia Episcopo eiusdem, pro parte dicti ordi-
 nis notificata fuit; ægrè ferentes commodum ingens,
 quod sequebatur in executione eiusdem bullæ aposto-
 licæ fratribus prædictis, & incommodum, & damnum
 quod eis afficiebatur ea propter, prout asseriebant, eam
 impugnare studuerūt, cōuocatis adhuc clericis seculari-
 bus, in stationibus Episcopatus prædicti, quia ecclesiæ
 prædictæ seculares erant, & solum clericis secularibus
 conferti, de iure ordinatio poterant, iuxta text. in cap.
 cum de beneficio. & cap. cum singula. §. præsentī pro-
 hibemus. de præben. lib. 6. cum concordantibus, et
 quod licet prædicti fratres admitti ad earum concur-
 sum possent, mediante dispensatione apostolica: iuxta
 dispositionem prædicti. §. præsentī prohibemus, atue-
 rō deducebant, dictam gratiam & concessionem, ac
 eiusdem bullam, vizio subreptionis, & obreptionis,
 affectam esse: tam ex vi falsitatis narratiuæ, quàm etiam
 aliàs, qua de causa, missus fuit Romam quidam syndi-
 cus, presbiter scilicet, stationis villæ sancti Matthæi, tam
 ad impugnandam dictam bullam, & eius executionem
 impediendam, quàm etiam, ob alia negotia suscitanda,
 & suscitata, contra dictum ordinem, & fratres eiusdem.

4 Et cū tot lites, & controuersie imminerent, & aduoca-
 tus, ac patronus causarum dicti ordinis fuisset, discul-
 sa narratiua prædictæ bullæ, & serie dispositionis
 eiusdem vt melius potui examinata, in iureque fulsi-
 ta, præueniendo contradictionem, quæ in prima vaca-
 tione alicuius ex ecclesijs, in prædicta bulla conten-
 tis, & expraessis, quam clerici seculares totis viri-
 bus facere minabantur, successit quod Ecclesia de la-
 Iana diocesis Dertusen. altera ex prædictis Ecclesijs, va-
 cauit per obitum Ioānis Villanoua presbiteri, Rectoris
 eiusdem, in mense Octobris, anni 1604. Et in sequendo

for-

formam ab æcumenico Concilio Tridenti. traditam in c. 17. sessio. 24. fuit ædictū expeditū in curia Eccles. Episcopi Dertuseñ. die 29. prædicti mensis Octobris, eiusdem anni 1604. ædictoq. reportato, opposuit se vacationi prædictæ, Licentiatus Michael Auñño præbiter, Rector Ecclesiæ Castrifortis, etiam diocesis Dertuseñ. & similiter se opposuerunt, plures alij clerici seculares.

5 Et Dominus noster Rex vti administrator perpetuus ordinis Montesię, cum suis literis regijs elexit, & nominavit ad opponendum se vacationi prædictæ Ecclesiæ, & vt concursus fieret ad eandem, iuxta dispositionem prædictæ, bullæ apostolicæ, Licentiatus Dionysium Pineda presbiterum curam parochialis Ecclesiæ de Perpuxent diocesis Valentineñ. regentem, & Ioannem Borja præbiterum, ac Vincentiū Tous Subdiaconum, fratres professos ordinis Montesię, qui factis oppositionibus respectiue in curia Episcopi Dertuseñ. fuit per me vti aduocatum ordinis prædictæ, præsentibus prædictis fratribus requisitum prædicto Episcopo, & eius Vicario generali, quatenus concursus Ecclesiæ de la Iana vacantis, fieret eo modo, quo in bulla suprædicta extitit à Sede Apostolica dispositum, & quemadmodum dixi in præsentis §. num. 1. confecto instrumento prædicto requisitionis, instantibus etiam prædictis fratribus, fuit processum ad examinandum per Synodales examinatores, prædictos fratres oppositos, quo examine peracto, denuntiarunt habilem ex eis. solum prædictū Licentiatū fratrem Vincentium Tous, qui tunc temporis ætatem 25. annorum non attingebat, & ea propter iuxta formam descriptam à Saero Concilio Tridentino, in c. 12. sessio. 24. ad beneficium curæ animarum promoueri non poterat, neq. admitti, qua denuntiatione examinerum attentavidi oppositionem factam, & concursum prædic-

tum, iuxta formã bullæ apostolicæ, in fauorem ordinis
 & fratrum Montesiæ, effectum sortiri non potuisse per in-
 directum, in maximum detrimentum, et incommodum
 6 eorundem. Vnde negotio prædicto discussio, & examina-
 to per me nomine procuratoris generalis, & patrimonialis ordinis Mōtesie fuit appellatū ad curiam Metro-
 politanam Tarraconensem, quia grauamen maximum illa-
 tum fuit ordini prædicto, cum prædicta denuntiatione
 examinatorum synodaliū, insequendo dispositionem
 constitutionis Pij quinti felicitis recordationis, &
 bullæ prædictæ cuius vigore fratres prædicti, primo
 loco in concursu admittendi erant, quæ sequens est
 (ac etiã capellanis, à non admissione & declaratione in-
 sufficienti, si forsan contra eosdem fieri contigerit, ad
 metropolitanum, aut si ipse eligens metropolitanus,
 aut exemptus fuerit ad viciniorem ordinariū, vti Se-
 dis apostolicæ delegatum, vel ad Sedem apostolicam
 appellare &c.) quæ denuntiato, per indirectum impe-
 diuit, quominus concessio facta ordini, & fratribus præ-
 dictis, circa cōcursum Ecclesiæ vacantis, et aliarum effec-
 tum non sortiret, ex quo processerunt ad examinandū
 clericos seculares oppositos in dicto cōcursum, et prædic-
 tum Licentiatum Michaelē Auinyō presbiterum ha-
 biliozem declararunt, et ea propter scribendū fore SS.
 Dño N. Papæ, iuxta formam in similibus seruari assue-
 tam. Vnde appellatione prædicta præsentata, tam pro
 parte dicti procuratoris generalis, quam etiam dicti Pi-
 neda, certiozem feci nobilem dominum Franciscum
 Crespi, locumtensem, generalem de prædictis, ex quo res
 ardua erat, & oportebat maximopere, circa prædicta
 consilium inire, & occasionem commodam non præ-
 termittere, quia si tunc temporis, concessio bullæ
 supradictæ executioni non mandaretur, eodem mo-
 do in

do in similibus vacationibus executionem prædictam impedirent, in maximū detrimentum ordinis prædicti, & fratrum eiusdem, et ideò consilio inito, cum assessoribus ordinis prædicti, rescripsit mihi prædictus generalis locumtenen. quatenus dictam appellationem prosequi oportebat, et causam eiusdem in metropolitano consistorio Tarraconeñ. introducere expediebat maximopere: & ideò quòd omni mora remota, & maxima cum solertia, prædicta fierent. Quapropter, in ciuitatē Tarraconeñ, me contuli, simul cum dicto Licentiato Pineda, & causa prædicta in curia Metropolitana introducta, & citatis fisco Episcopi Dertuseñ. & dicto Licentiato Michaeli Auiño, et Vicario generali prædicti Episcopi inhibito; causa prosequuta fuit cū iniunctione eiusdem, & procuratoris fiscalis Episcopi Dertuseñ. qua disceptata, fuit prædictus Licentiatus Pineda per examinatores Synodales Tarraconeñ. examinatus, et postquam examen prædictum subiuit, fuit denuntiatus per eosdem habilis, & idoneus ad obtinendum dictam parrochiam Ecclesiam de la Iana, et malè pronuntiatum, & declaratum fuisse, in curia Ecclesiastica Dertuseñ. benè autem appellatum pro parte procuratoris generalis ordinis Montefixæ, & prædicti Licentiati fratris Dionysij Pineda cuius prouisionis, & sententiæ vigore, fuerunt literæ prouisæ per Archiepiscopum Tarraconeñ. directæ Sanctissimo, & Beatissimo in Christo Patri, & Domino nostro Clementi Pontifici maximo, S.S. Romanæ Ecclesiæ, & expeditæ in eius curia; cum quibus certiozem reddebat suam Sâctitatem de vacatione prædicta Ecclesiæ de la Iana, de concursu, & examine peractis in curia Episcopi Dertuseñ. de appellatione prædicta interposita à procedimentis factis in dicta curia Dertuseñ. de examine facto in eius metropolitana curia

9 curia, & de idoneitate prædicti Licentiati fratris Dionysij Pineda, & de omnibus alijs oportunitis, et necessarijs, actis, & gestis, tam in Dertuseñ. Episcopi curia, quã etiam in eius curia metropolitana. Cuius literarum relatione attendita, quae iuxta istillum expeditæ fuerunt; Sanctissimus dominus noster Papa, cum suis bullis apostolicis, contulit Ecclesiam prædictam de la Iana, supradicto fratri Dionysio Pineda; et vigore prædictae collationis apostolicae, nactus fuit possessionem pacificam, & quietam, Ecclesiae parochialis prædictae, cuius animarum curam exercuit pacificè etiam, & quietè. Quæ omnia procedimenta, collatio, & possessio prædictæ, fuerunt basis, & fundamentum, tantæ utilitatis, & commodi, procedentium ab executione dispositionis bullæ prædictæ, in fauorem ordinis Montefiæ, & fratrum eiusdem, quae si effectum sortita non esset, cum appellationis remedio, quo uti oportuit, in occasione supradicta primæ vacationis, alterius ex ecclesijs, quae in dicta Bulla continentur; intentio nostra corrueretur, & clerici seculares, in vacationibus subsequen-
 tibus, impediendo per indirectum, veluti in occurrenti casu vacationis ecclesiae de la Iana, intentionem nostram frustrarentur. & fratres Montefiæ priuati omninò manerent tanta utilitate, qua gaudebant, vigore concessionis prædictae bullae, quae aurea nuncupanda est. Huiusmodi causae patrocinium suscepi litemque prosequutus fui, tam in curia Ecclesiastica Dertuseñ. quam in metropolitanò consistorio Tarraconen. personaliter, cui finem feliciter imposui modo quo retuli, ad honorem immaculatae, & semper virginis Mariae Montefiæ, & in augmentum cultus eiusdem, ac etiam in obsequium Domini nostri Regis, administratoris perpetui, saepe dicti ordinis. Et ita feliciter successit, namque
 cui,

in vacationibus subsequētib; fratres prædicti omni-
 lite, & controuersia remotis, iuxta dispositionem con-
 cessionis apostolicę se opposuerūt, ad omnes Ecclesias
 vacantes, in Dertuseñ. dioecesi, ex illis scilicet, quę in
 dicta bulla apostolica continentur: quod euidenter
 10 constat ex his. Quia vacauit Ecclesia parrochialis d̄ Vif-
 tabella, dioecesis Dertuseñ. alterius ex contentis in dic-
 ta bulla apostolica, in mense Septembris, anni 1606.
 per obitum Iacobi Huerta presbiteri, Rectoris eiusdem;
 et expedito ædicto, die decimo nono prædicti mensis
 Septembris, se opposuerunt dictæ vacationi, plures cle-
 rici seculares, in iure canonico, & sacra pagina peritis;
 et præter eos fuerunt electi, & nominati, à S. C. & Re-
 gia Maiestate, nomine prædicto Licentiati Dionysius
 Pineda presbiter Rector Ecclesię de la Ina, & Vincen-
 tius Tous Diaconus, & Gaspar Requena presbiter, Rec-
 tor Ecclesię de Perpuxent, Valentineñ. dioecesis, fra-
 tres capellani ordinis Montesię, ad opponendum se præ-
 dictę vacationi; qui oppositionibus respectiuè factis, &
 concursu incohato, examinati fuerunt, per Synodales
 examinatores, quo peracto, fuit denuntiatum per om-
 nes vnanimis, et conformes, fratres prædictos habiles
 fuisse ad obtinendum Ecclesiam prædictam, idoneos, et
 sufficientes, in cuius vacationis concursu, fuit proces-
 sum, iuxta dictę bullę dispositionem, quemadmodum
 constat, ex instrumento denuntiationis factę de dicto
 examine, per Synodales examinatores quod insertum
 est in processu vacationis parrochialis Ecclesię de Vif-
 bella, fulminato in anno 1606. cuius instrumenti series
 sequens est.

NOS Ferdinãdus Fiualler canonicus sedis Dertuse, Sacrę Theo-
 logię Doctor, frater Petrus de la Peña, ordinis Sancti Augusti-
 ni, Lector eiusdem sedis Dertusę, & Blasius Verdu, ordinis Sancti
 Dominici Sacrę Theologię Pręsentatus; examinatores, in synodo

diocesana Dertusen. deputati, & ad presens examen, per admodum Illustrem Dominum Ioannem Sentis presbiterum, decretorum doctorem Archidiaconum, & canonicum sedis Illerden. ac pro Illustrissimo, & Reuerendissimo in Christo Patre, & Domino, Domno Petro Manrique, Dei, & Apostolicae sedis gratia Episcopo Dertusen. in spiritualibus, & temporalibus, Officiale, & Vicarium Generalem, electi, nominati, & deputati. Renuntiamus, & fidem facimus nos, in presentia dicti admodum illustri Domini, Vicarij generalis, & Officialis, dicto Illustrissimo, Domino Episcopo impedito. Primo loco, iuxta Bullam Sanctissimi Domini nostri Papae, Clementis octavi, faelicis recordationis concessam, capellanis Beate Mariae de Montesia; examinasse Dionysium Pineda presbiterum, Rectorem parrochialis Ecclesiae oppidi de la Iana, Vincentium de Tous Diaconum, & Gasparem Requena, Rectorem loci de Perpuxet, dioecesis Valentinen. omnes fratres ordinis Virginis Mariae de Montesia, & Sancti Georgij de Alfama; ad regendum, & gubernandum Ecclesiam parrochiam oppidi de Vistabella, dioecesis Dertusen. in presentiarum vacantem per mortem Iacobi Huerta, quondam illius ultimi, & immediati Rectoris, & possessoris, & inuenisse in sciencia ad dictam parrochiam gubernandam, habiles, & idoneos, prefaros Pineda, Tous, & Requena, capellanos dicti ordinis, fratre Petro Exea non comparente. Quoad alios vero oppositores, non fuit processum ad examen quia supra dicti fuerunt inuenti habiles, iuxta dictam Bullam. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium premissorum, presentem, manibus nostris firmatam, per notarium, & scribam infra scriptum, fieri iussimus. Dat. Dertulae, die nono mensis Nouembris, anno a Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo texto.

Ferdinandus Fiualler praedictus.

Frater Blasius Verdu.

Fray Pedro de la Peña.

Itaq. concessio in fauorem dictorum fratrum Montesiae obtenta, in anno 1604. in bulla desuper adducta effectum sortita fuit, iuxta eius dispositionem, in vacatione huiusmodi Ecclesiae de Vistabella, Dertusen. Dioec. & patet euidenter, praedictam executionem pacificam habuisse, ex praedicta examinatorum denuntiatione, vbi

ne, vbi referunt tres fratres primo loco examinasse in dicto concursu iuxta dispositionem prædictæ bullæ, & successiuè in eadem denuntiatione dicunt, non processisse ad examinandum alios clericos, qui se opposuerunt prædictæ vacationi, quia prædicti tres fratres, habiles adinuenti fuerunt, ad regimen dicte Ecclesiæ ministrandum, iuxta dictæ bullæ sanctionem. Et ideò dicto & eodem, die nempe, nono mensis Nouembris, fuit collata prædicta parrochialis de Vistabella, diocesis Dertusen. Licentiato fratri Francisco Pineda, rectori Ecclesiæ villa de la Iana. Successiuè verò, per promotione dicti Licentiati Pineda, ad prædictam parrochialem Ecclesiam de Vistabella, vacauit Ecclesia de la Iana prædictæ Dertusen. diocesis, et die 22. mensis Decēbris. 1606. fuit publicatum ædictum, quo reportato in curia Episcopi Dertusen. opposuit se iuri patronatus eiusdē Ecclesiæ de la Iana, admod. R. Andreas Roig S. T. D. Archidiacon⁹, canonicus, & præpositus Sedis Dertusæ, vir religione pietate, & literis nitens, qui insequēdo dispositionē iuramenti ab eodē præstiti tēpore quo possessionē dignitatis Archidiaconatus, adept⁹ fuit & non animo perturbandi prædictum cōcursum Ecclesiæ de la Iana vacantis, prout pluries affirmavit in iudicio, & extrà, & re ipsa constitit, succintè de iure suo deduxit, & ipse vt aduocatus fouens ius ordinis Mōtesæ, cōtrarium consului, & ius patronatus prædictū, nō Archidiacono ratione dignitatis, sed domino nostro Regi, vt administratori ordinis prædicti spectare debere. Ad cuius facti, & iuris controuersie intelligentiam, scire oportet, quod Ecclesia villæ de la Iana, erat suffraganea Ecclesiæ villæ Traygariæ, olim, vallis Traygariæ, Diocē. Dertusen. et quia populus de la Iana maximè auctus fuit, & Rector Ecclesiæ vallis Traygariæ non poterat commodè administrare

sacramenta fidelibus commorantibus in dicto oppido de la Iana, tam ob augmentum eiusdem, quã etiam, ob spatium quo distabat dicta suffraganea, ab Ecclesia matrice, fuit in consilio vniuersitatis prædictæ de la Iana, per probos homines eiusdem decretum, quatenus syndicus eiusdem ad Episcopum Dertuseñ. se conferret, & eidem supplicaret, quatenus in augmentum diuini cultus, & salutem animarum fidelium parrochianorum, attentis augmento prædictæ vniuersitatis, & spatio quo distabat Ecclesia matrix, & incommoda quæ sequebantur parrochianis, tempore discriminoso, dignaretur eam, in Ecclesiam parrochiam erigere: quod constat cum instrumento syndicatus, acto & firmato per Petrum Balaguer iustitiam villæ prædictæ de la Iana, & Dominicum Balaguer Iuratum eiusdem villæ, nomine totius vniuersitatis, & recepto per Guillelmum Mercerij nota. villæ sancti Matthæi in prædicta villa de la Iana. 5. kalend. Ianuarij, anno. 1312. à qua antiquissima, pia, atque maximè deuota stirpe de Balaguers, originem duxit, illustris, & admodum Reuerendus dominus, domnus Andreas Balaguer Orioleñ. Episcopus, qui religionis, & doctrinæ splendore, merito superat viri deuoti, & docti nomen, cuius etiam animi virtutes, æternitate memoriæ dignæ sunt: videmus enim eius prædecessores tercentis ab hinc annis, animo feruenti, augendi cultum diuinum munus suscepisse, & in eorum posteritate floruisse hunc religiosum, feruorem, præsertim, si pietatem erga egenos, & religionem Dñi Episcopi ingentem inspicimus: quæ laudibus extollere dimitto, ne mea oratio extra rē nostrā vehat; ad quã redeundo cū dicto instrumento nominarunt, in syndicos, Guillelmum Boneti Iurisperitum, villæ sancti Matthæi, & Arnaldū Balaguer rectorē villæ de Vildecona, dice:

diocesis Dertuseñ. qui prædicto nomine pridie Kalen. Ianuarij, anni 1312. comparuerunt corâ D. D. Francisco Episcopo Dertuseñ. et quæ suprâ diximus, eidem supplicarunt, iuxtâ syndicatus tenorem: et prædictus Episcopus de assensu capituli Dertuseñ. & venerabilis Raymundi Andreæ Archidiaconi Sedis Dertuseñ. ac etiam de assensu, & voluntate Bernardi Saleua, Rectoris dictæ Ecclesiæ de Valltraygariæ; concessit, statuit, & etiam ordinauit, quòd de ceterò post obitum dicti Bernardi Saleua, in perpetuum Ecclesia prædicta de la Iana, foret & esset distincta, & perse parrochialis, & matrix: & quod tempore vacationis eiusdem Archidiaconus qui tunc temporis erat Ecclesiæ Dertuseñ. & eius successores in perpetuum, præsentarent ad eam clericos seculares; & præsentati, vigore præsentationum eorundem instituerentur. Quæ erectio suffraganeæ in parrochiale facta fuit iuxtâ dispositionem tex. in c. ad audientiam. el primero. de Ecclesiæ edificand. quia quando parrochia seu suffraganea alicuius Ecclesiæ antiquæ, ita aucta est, quòd tempore discriminoso Rector matricis, nō potest commodè ministrare sacramenta parrochianis, potest iuridicè suffraganea in parrochiale erigi, iuxtâ dispositionem d. cap. ad audientiam. et ibi Abb. num. 1. & 3. nec indiget consensu Rectoris matricis, quia Episcopus inuito eodem potest suffraganea in parrochiale erigere. iusta exposcente causa. Et licet verum fuerit, quòd Archidiaconus maior erat patronus Ecclesiæ villæ Traygariæ iuxta sententiam latam inter Episcopum & Capitulum Dertuseñ ex vna, & fratres Hospitalis ex altera, in anno 1243. desuper adductam in §. 11. n. 1. p. 1. per illa verba, scilicet. *Et Hospitalarij recipiant semper tres partes decimarum, in Ecclesia de Vallistrayguera, Ecclesiam verò cum quarta parte decimarum, & cum omnibus primitijs, & alijs iuribus*

ribus pertinentibus, ad ipsam Ecclesiam quoquomodo, adiudicamus Archidiacono Dertusen. & eius successoribus in perpetuum &c. Nihilominus tamen, ius patronatus Ecclesie suffraganeæ de la Iana, in parochialē erectæ, solū ad Magistrū
 15 Montesiæ pertinere potuit, et constat ex his. Quia ius patronatus, seu præsentandi ad Ecclesiam suffraganeam, in parochialem erectam, pertinet, & spectat ad rectorem matricis, si illa cōtulerit de suis redditibus, & emolumentis, scilicet de primitiis, obventionibus &c. iuxta doctrinam Abb. in d. cap. ad audientiam. el primero. num. 10. & 11. de Eccles. ædificand. & in cap. cum venerabilis. num. 46. de excep. docet, & benè quidem, non esse patronam de iure Ecclesiam matricem, ex eo solum, quod sit Ecclesia de nouo erecta in districtu parochiali eiusdem, imò hoc esse communem errorem Hostien. Ioan. Andreæ. & DD. super dict. cap. illud tenentium; namque Ecclesia matrix, siuè rector ipsius habere debent ius patronatus, ex titulo iuridico, nempe dotationis, foundationis, aut constructionis: namque si solum ex eo quod in eius districtu constituta erat suffraganea in parochialem erecta, ius patronatus competeret, non procederet ex titulo iuridico, et ideò dicendū est, quod ex eo solum non acquiritur ius patronatus suffraganeæ in parochialem erectæ, Ecclesie matri, seu Rectori eiusdem. iuxta doctri. Felin. in d. cap. venerabilis. de exceptionibus. n. 17. vers. fallit. 4. ubi concordat cū deductis. per Abb. in d. c. n. 46. docens, quod dictus error DD. procedit ex mala intelligētia prædicti c. ad audientiam. de Eccles. ædificand. & reparand. malè à prædictis DD. intellecti: quia prout refert Abb. ibi text. predictus exponit matricem Ecclesiam, contulisse de suo ad dotationem capellæ, seu Ecclesie de nouo ædificatæ, nempe obventiones: quod verbum comprehendit omnes redditus

ditus cuiuscunq̄ qualitatis. ità idem Abb. in d. c. ad audientiam, el primero n. 15. de Eccles. ædificand. vel reparan. et ita cum Ecclesia Vallistraygariae contulerit obuentiones, quæ pertinebant ad rectoris eiusdem congruam sustentationem, iuspat. rectoris prædicti erit. iux. dispositionem dicti. capit. ad audientiam, & doctrinam Abb. & Felin. desuper adductam, & Ecclesiam matricem Traygariæ patronam fuisse, & iuspatronatus nouæ parrochialis ad Rectorem matricis prædictæ competere dicendum est. Nec obest dicere, quòd ex eo quia, contentum, continentis naturam sequi debeat. iux. doctrinam Feli. in cap. cum vener. num. 38. vers. tu vide Rotam. de exceptio & decis. Rotæ. 14. mihi vero. 15. de iurepatro. in antiquis, quòd per cõsequens iuspatro. Eccles. parrochialis de la Iana cõtentæ sub districtu Eccles. Traygariæ debet sequi naturam Ecclesie matricis villæ Traygariæ cõtinentis; quia hoc nõ procedit nõ rex. d. c. ad audientiã. disponit, quod in casu in quo erigenda est noua parrochialis, intrà limites alterius antiquæ Ecclesie, sit adiudicandus iuspatronatus rectori illius, quia Ecclesia antiqua contulit de suo ad dictam erectionem faciendam, & tempore vacationis Ecclesie nouiter erectæ, debet rector matricis presentare, cum consensu patroni eiusdem. iuxta doctrinam glosæ dicti. c. super verbo, præsentationem rectoris. Vndè regula suprædicta locum non habere in præsentis casu dicendum est; tam ex his, quam ex suprædictis, quia scilicet patronus Ecclesie Traygariæ, hoc est Archidiaconus nihil de suo contulit in erectione Ecclesie de la Iana, neque ex aliquo ex titulis iuridicis, nempe dotationis, foundationis, aut constructionis dictum iuspatronatus ei competere potuit, quapropter concludendum est, iuxta prædictæ glosæ

glosæ doctrinam, ius patronatus Ecclesiæ de la Iana, nouiter in parrochialem erectæ, pertinuisse de iure ad rectorem Ecclesiæ villæ Traygariæ, quia Ecclesia prædicta contulit in erectione Ecclesiæ de la Iana de suis obuentionibus, ad sustentationem congruam rectoris eiusdem, et ità iusto, & legitimo titulo, nempe dotationis, illud pertinuisse ad prædictum rectorem Ecclesiæ matricis Traygariæ, cum hoc quòd ille tempore vacationis Ecclesiæ de la Iana, præsentaret ad illam, cum consensu patroni Ecclesiæ Traygariæ matricis, nempe Archidiaconi Dertuseñ. et hoc tam iuxtà dispositionem text. prædicti cap. ad audientiam, quàm etiam glosæ eiusdem, super verbo, 19 præsentationem Rectoris. Et etiam licet cum instrumēto erectionis suffraganeæ prædictæ de la Iana, in parrochialem, præsentatio Rectoris eiusdem reseruata fuerit Archidiacono Dertuseñ. per Episcopum, et cum consensu proborum hominum eiusdem villæ de la Iana, & Rectoris Ecclesiæ matricis villæ Traygariæ, huiusmodi reseruatio non potuit tribuere eidem ius, quia neq. Episcopus, neq. probi homines prædicti, disponere poterant de iure patronatus prædicto, quia illud immediatè post dictam erectionem, iuxtà iura desuper adducta, acquirebatur Rectori matricis, et ità cum nemo dare possit quod non habet iuxtà tex. in cap. quomodo. distinct. 4. de consecratio. cum concordan. et Episcopus, & probi homines prædicti ius patronatus prædictum non haberent, nec habere possent, tempore dicte erectionis, illud adiudicare non potuerunt prædicto Archidiacono, nec minus etiam præsentia, taciturnitas, & consensus prædictus per Bernardum Saleua, Rectorem dicte Ecclesiæ Traygariæ, in adiudicatione prædicti ius patronatus facta tempore erectionis prædictæ, in fauorem dicti Archidia-

Archidiaconi nocere potuit rectoribus successoribus suis in dicta matrice, quia huiusmodi ius, & prerogativa, pertinet de iure ad Ecclesiam matricem, et rector Ecclesie parochialis, non potest alienare iura sue Ecclesie, in præiudiciũ successorum, et ita prædictus rector, cum dicta consensus præstatione, non nocuit Ecclesie, & successoribus suis, in dicta rectoria: itaq. iuxta iuris dispositionem, ius patronatus huiusmodi Ecclesie de la Iana, ad rectorem Ecclesie matricis Traygariæ pertinerè debebat. Nihilominus tamen cum indubitatum fit, quòd ius patronatus omnium Ecclesiarum villæ Ceruariæ, villarum & locorum, termini eiusdem, spectet ad Magistrum Montesiæ, et eius successores in perpetuum in dicto Magistratu, iuxta dispositionem sententiæ latae, per Archiepiscopum Tarraconensẽ, adductæ in §. undecimo. n. 1. secundum quòd parochie limitatæ fuissent subsequenter per Episcopum Dertusensẽ. cum constructa non esset tempore prolacionis prædictæ sententiæ, parochialis aliqua intrà dictum terminum villæ Ceruariæ, prout constitit superius, ex erectionibus parochialium de Calig, de Canet, & aliorum, locorum, quæ constitutæ erant intrà dictum terminum, & erectæ fuerunt, eorum parochiales post dictam sententiã latam, præter Ecclesiam Vallistraygariæ, quæ iam tunc temporis parochialis erat: constat hæc omnia in veritate, consistere omni dubio remoto, ex verbis dictæ sententiæ sequentibus. *Sententiando dicimus quòd Ecclesia Ceruariæ, de Vlldecona, & de Orpesa, & terminorum eorum, habeant omnes primitias suarum parochiarum secundum quòd, parochie fuerint limitatæ per Episcopum Dertusensẽ. in quibus Ecclesijs, reservamus Magistro Hospitalis, representationem Rectorum &c.* quæ verba evidenter probant, parochiales Ecclesie termini Ceruariæ, tempore prolacionis

prædictæ sententiæ, adhuc distinctas, et limitatas non fuisse per Episcopum Dertuseñ, neq. earum districtus designati, imò potius patronatus omnium Ecclesiarum, quæ successiue, et quocunq. tempore in dictis termino limitatæ & distinctæ fuerint per Episcopum Dertuseñ, ad Magistrum Hospitalis, & ad eius successores in perpetuum, & per consequens ad Magistrum Montefiæ pertinere debere: hanc dispositionem corroborat, et confirmat eadem sententia, per exceptionem illam in eadem contenta ibi sub his verbis. *Dicimus etiam, quòd Magister, & Hospitalarij recipiant semper tres partes decimarum, in Ecclesia de Vallistrayguera, Ecclesiam verò, cum quarta parte decimarum, & cum omnibus primitijs, & alijs iuribus pertinentibus ad ipsam Ecclesiam quoquomodo, adiudicamus Archidiacono Dertuseñ, & eius successoribus &c.* cum quibus, ex omnibus Ecclesijs, et parrochijs limitandis successiuis temporibus per Episcopos Dertuseñ, intrà terminum villæ Ceruariæ, Ecclesia Traygariac, ad Archidiaconum Dertuseñ, adiudicata fuit, cum reliquæ constructæ, et construendæ, hoc est ius patronatus earum, reseruatum fuerit Magistro Hospitalis, et per consequens Magistro Montefiæ eius successori. Quia exceptio, prout iam in præsentis responso diximus ad eò ampliat dictam reseruationem factam per Archiepiscopum Tarraconeñ, in dicta sententia, de Ecclesijs omnibus constructis tempore prolationis, & successiue construendis, in fauorem magistri Hospitalis, vt comprehendi faciat, in non exceptis, quæ aliàs non comprehenderentur. *tex. in. c. Dominus. iuncta glos. 1. 32. q. 7. docent. Mandos. in reg. cæcell. reg. 27. q. 11. n. 5. & reg. 32. q. 23. n. 5. Natta. consil. 159. n. 31. et conf. 113. nu. 4. tex. in l. nam quòd liquidè. §. fin. de pen. lega. & in l. quaesitum. §. deniq. ff. de fundo instruc. et ita facta tantum modo exceptio-*

ceptione Ecclesiæ villæ Traygariæ, in prædicta sententia Archiepiscopi Tarraconeñ. adiudicando illâ prædicto Archidiacono, de illis omnibus Ecclesijs, quæ tempore prolationis eiusdem constructæ erant intrâ terminû Ceruariæ, et quæ de cætero cõstruerentur, et adiudicata præsentatione prædictarû Ecclesiarû, quæ cõstructæ erant et deindè cõstruerentur Magistro Hospitalis; est cõcludendum, quòd iuspatronatus Ecclesiæ villæ de la Iana, in parrochiale erectæ, ad Magistrum Montesiæ, successorum Magistri Hospitalis pertinuisse, et pertinere, non obstante quòd cõstructa erat antè erectionem, intrâ districtum Ecclesiæ Traygariæ, & non ad patronum, & rectorem eiusdem. Et quamvis de iure plures possint esse patroni eiusdè Ecclesiæ diversis titulis causis, et rationibus; ac etiã propter eundè titulû, iuxta relata per Casar Lamb. in tract. de iu. pat. in 1. 3. 4. & 5. artic. 3. q. prin. 1. p. 1. lib. & Abb. in rub. de iu. pat. n. 6. & DD. ibi, et eapropter rector matricis, titulo dotationis, quia Ecclesia contulit de obventionibus suis Ecclesiæ nouiter erectæ in parrochiale, iuspatronatus Ecclesiæ villæ de la Iana, in parrochiale erectæ, adeptus fuisse videatur; nihilominus tñ dispositio sententiæ prædictæ, late per Archiepiscopû Tarraconeñ. ad Magistrû Hospitalis, & non ad alium, dictum iuspatronatus pertinere declarauit, & ita ad Magistrum Montesiæ pertinuit, tanquam successorem Magistri Hospitalis, quòd iuspatronatus Ecclesiæ parrochialis villæ de la Iana, hoc etiam titulo spectat ad Magistrum Montesiæ, scilicet foundationis quia in proprio fundo, et hæreditate, nempè in villa de la Iana, cuius dominiû erat de patrimonio ordinis Hospitalis, et successiuè ordinis Montesiæ, Ecclesia nouiter in parrochiale erat, & fuit erecta. Quia tribuès fundum, ad Ecclesiam fundandam, licet non reseruet tempore

fundationis sibi iuspatronatus eiusdem, absque dieta
 expressione, quia necessaria non est, Ecclesia ædificata
 remanet ipso iure patronus eiusdem, quia erat domi-
 nus fundi, ita docet Cæsar. Lamb. in 2. art. 6. q. prin. 1.
 p. 1. lib. n. 1. præsertim cum contentus fuerit magister,
 quod dominium fundi, transfiret in Ecclesiam, prout in
 occurrenti casu, in quo non constat de contrario, ita re-
 fert Roghus de Curt. in tract. de iur. pat. in verbo Eccle-
 siam fundavit. nu. 4. & Lamber. in 2. art. 2. q. prin. 1. p. 1.
 lib. nu. 2. & huiusmodi titulus est legitimus, nempe fun-
 dationis, quia fundare dicitur Ecclesiam, ille qui fun-
 dum dedit, idem Lamb. ibi n. 10. Ad hæc pro parte Ar-
 chidiaconi opponitur, quod dictum iuspatronatus, ad
 illum attinebat præscriptione legitima, antiquissima
 scilicet, hominum memoriam excedente, acquisita per
 plures præsentationes per Archidiaconos tractu tem-
 poris existentes factas, & effectum sortitas, cui breuiter
 24 satisfacimus ex his. Quia de iure per plures continua-
 tas præsentationes, quis non efficitur patronus, quãdò
 constat de cõtrario titulo, ita Flam. Paris. in q. 28. n. 240.
 de confiden. prohib. benef. vbi refert, sic per sacram cõ-
 filij congregationẽ Cardinaliũ resolutum fuisse 2. Apri-
 lis anni 1573. vndè, cum constet expressè per dispositio-
 nem sententiæ latæ, per Archiepiscopum Tarraconenẽ,
 ex Ecclesijs constructis, & cõstruendis, intrã terminum
 villæ Ceruarix, solum Ecclesiam villæ Traygariæ adiu-
 dicatã fuisse Archidiacono Dertusenẽ, et reliquarũ om-
 niũ iuspatronatus reseruatũ fuisse Magistro hospitalis,
 & huiusmodi sententia declarauerit, ius eisdem Archi-
 diacono, & Magistro spectans in prædictis Ecclesijs, &
 ipsi, ac eorum successores, dispositioni eiusdem stete-
 rint, imò Archidiaconus alium titulum ostendere ne-
 queat, nisi ius declaratum in dicta sententia, & illa in-
 ducat:

ducat contrarium titulum, circa præsentationes factas per dictum Archidiaconum ad Ecclesiam de la Iana, & probat legitimum titulum, circa ius patronatus Ecclesie prædictæ, Magistro hospitalis, & Magistro Montefie successori eiusdem spectans; dicendum est prædictas præsentationes, nullius roboris, & nullius valoris esse, tanquam si factæ non essent. Nec consensus prædictus, per prædictum Archidiaconum, patronum Ecclesie matricis Traygariae, & per Rectorem eiusdem in erectione Ecclesie suffraganeæ de la Iana in parrochiale, ius aliquod tribuere potest eisdem, de quo consensu constat cum instrumento erectionis, de quo diximus in præcedenti. §. nu. 13.

- 25 Quia in augmentum diuini cultus, & ad commodam sacramentorum administrationem, et propter salutem animarum parrochianorum, suffraganeæ in parrochiale erigi potest, inuitis patrono, & Rectore matricis Ecclesie. iuxt. text. prædictum in cap. ad audientiam. el primero. de Eccles. ædifican. & reparan. & Abb. in num. 16. imò de iure, casu quo dicta sententia per Archiepiscopum lata non esset, ius patronatus Ecclesie de la Iana, competere non poterat ad Archidiaconum patronum Ecclesie matricis, quia erecta fuit in parrochiale, in augmentum cultus diuini, iure patronatus Ecclesie matricis saluo sibi remanente, sed ad rectorem prædictæ matricis, dotantem, & ad Magistrum hospitalis seu comendatorem Ceruariæ fundum ad construendam illam tribuentem, iuxt. doctrinam Rochi de Curt. in tracta. de iure patronatus, super verbo, construxit, num. 11. de quo iure patronatus, iam post erectionem dictæ Ecclesie, controuersia fuit, namque magister Montefie, ad eum pertinere deffendebat, quia cum Raymundus de Ledone;

done, prouifus de Ecclesia de la Iana, ad praefentationem Raymundi Andreæ Archidiaconi Dertufen. poffeffionem adipifci intenderet. 6. kalen. Octobris anni 1321. antequam poffeffio praedicta ei traderetur, pro parte Magiftri Montefiae, fuit facta expreffa proteftatio, mediante Iacobo de Angularia, adminiftratore Baiuliae Ceruariae, pro fratre Arnaldo de Solerio magiftro Montefiae, pro faluetate iuris, in dicta Ecclesia de la Iana ad eum pertinentis, quam poffeffionem impedire per aliquot tempus conatus fuit praedictus adminiftrator, quia exiftimabat in le prouiffam fouille dictam Ecclefiam, faltem, quoad praefentationem Archidiaconi cum patronus non effet, & abfque praefentatione Magiftri Montefiae patroni indubitati. De quibus omnibus conftat inftrumento recepto per Matthæum Ripa not. praedicto die. 6. kalend. Octobris, anni. 1321. nunc verò custodito, in archiuo capituli almæ fedis Dertufen. & inferto etiam, in proceffu actirato, in mense Decembris, anni 1606. in curia Epifcopi Dertufen. fuper vacatione parrochialis Ecclefiae de la Iana. Itaque Dominus nofter Rex, 27
 vii adminiftrator perpetuus, fiuè Magifter ordinis Virginis Mariae Montefiae, fuit, & eft, legitimus patronus Ecclefiae parrochialis villæ de la Iana, & non Archidiaconus Dertufen. pluribus caufis & rationibus 28
 defuper adductis. Quibus omnibus non obftantibus, cum fententia lata die 19. Ianuarij 1607. fuit pronuntiatum, in dicta litè, per Officialem, & Vicarium generalem Epifcopi Dertufen. ius patronatus praedictum, pertinere, & fpectare ad Archidiaconum Dertufen. iux. text. in cap. ad audientiam. el primero. de Ecclef. edifican. & conftituen. Vtrum autem id procedat, ex fupradictis fatis euidenter apparet, & cum per

per dictam sententiam, dictum ius patronatus adiudicatum Archidiacono extiterit, examinatis prius licentiatibus Vincentio Tous presbitero, Gaspare Requena, Rectore parrochialis de Perpuxent, Valentiñ. diceces. & Berégario Villa, fratribus capellanis dicti ordinis, per Regiam maiestatem ad concursum electis, & successiuè iux. dispositionem apostolicam concessionis Clementis, ad concursum admissis, & omnibus habilibus reperitis, fuit eadem collata, ad præsentationem dicti Archidiaconi, supradicto fratri Vincentio Tous presbitero: à quibus declaratione, & sententia per dictum Vicarium generalem lata, & præsentatione inde sequuta, & collatione vigore eiusdem facta, fuit appellatum pro parte procuratoris generalis ordinis Montesiæ, quæ appellationis causa indecissa pender.

- 29 Successiuè verò, vacauit Ecclesia parrochialis villæ de Onda, Dertuseñ dioeces. in mense Septembris, anni 1608. per obitum Ioannis Cano presbiteri, rectoris eiusdem, & cum dicta Ecclesia sit de contentis in prædicta bulla iuxta eius dispositionem, fuerunt nominati, & electi tres fratres capellani ordinis prædicti, per dñm nostrum Regem, vti administratorem perpetuum prædicti ordinis, qui opposuerunt se vacationi prædictæ, & concursu ad eam facto, examinatisq. prædictis tribus fratribus, & illis habilibus, & idoneis repertis, per examinatores synodales; fuit admissus frater Vincentius Tous, Rector Ecclesiæ parrochialis de la Iana, per Episcopum Dertuseñ. et eidem collata fuit prædicta Ecclesia de Onda. Per promotionem prædicti fratris Vincentij Tous,
- 30 ad parrochiam Ecclesiam de Onda, vacauit Ecclesia parrochialis de la Iana, ad cuius concursum, & oppositionem fuerunt similiter vocati, & electi tres fratres capellani, per Dominum nostrum Regem, supradicto

dicto nomine, qui concursu et examine peractis iuxta dispositionem bullæ prædictæ, & illis omnibus habilibus, & idoneis repertis, fuit Ecclesia prædicta collata fratri Francisco çahera S. T. Licentiato, alteri ex tribus fratribus, ad dictum concursum electis, & nominatis.

31 Ultimò verò vacavit Ecclesia parochialis villæ S. Matthæi, per promotionem factam, de persona Illustriss. & Admodum & Reuerend. domini domni Philippi Marimon, nunc Episcopi Empuricn̄. meritissimi, cuius Rector erat ad prædictum Episcopatū, prout diximus iam, in n. 6. §. 4. huius partis 2. et cum ius patronatus, eiusdem pertineat, & spectet ad Dominum nostrum Regem, administratorem perpetuum, seu Magistrum ordinis Montesiæ, & ad libitum iuxta deducta in præsentis responso. in §. 3. nu. 2. & §. 4. nu. 3. p. 2. fratres capellanos ordinis Montesiæ, seu clericos seculares, ad eam sic vacantem præsentare potuisset cum suis literis regijs Dat. Matriti, die 6. Februarij, anni 1609. præsentavit ad prædictam Ecclesiam fratrem Philippum de Arano, iuris Pontificij doctorem, in quo visus est præire viros sapientes, cuius animi integritas, atq. pietas, ab omnibus incessanter laudantur, eiusq. ingenij acies, prudentia, & doctrina, in quibus maximopere pollet, laudibus extollunt, quæ à natura ei indita sunt, namq. ab ineunte ætate in omnibus literarum studijs, in quibus literis operam dedit, et præsertim in Salamaticensi academia vbi vtrique iuri operam nauabat, prudentia, & virtute maximopere floruit, qui Deo duce, iuxta eius merita ad maximas dignitates, honores, & prælaturas conuolandum fore spero, auxiliante Sacratissima Virgine Maria Montesiæ, cuius ordinis Religiosissimus frater est quem amore ingenti prosequor, ob excellentas eius animi virtutes. Qui vigore dictæ præsentationis,

tionis, obtinuit prædictam parrochiale, et eidem collata fuit, per Officiale, et Vicarium generalem Episcopi Dertuseñ. die vigesimo octauo mensis Februarij, anno 1609. eamq. obtinet, et laudabiliter administrat, in hoc anno. 1612. deindè verò vacauerunt Ecclesie de Xert, de Culla, et aliorum locorum diocesis Dertuseñ. & fuerūt prouissę iuxta dispositionem bullae prædictę, nempe admittendo ad concursum fratres Montesię primo loco, modo, & forma desuper designatis.

§. VI. & vlt.

ECCLESIAE quarum vacationi se opponere possunt, fratres capellani ordinis Montesię, in Episcopatu Dertuseñ. & de illis prouideri possunt, enumerantur, & quibus modis concurrere possunt in earum vacationibus deducitur.



ROBATVM manet, & in lucem æditum per haec omnia, quae in iure et facto deducta, et allegata fuerunt in praesenti responso, potentissimum & inuictissimum Regem nostrum PHILIPPVM, vti Coronae Aragonum Regem; Magistrum, seu administratorem perpetuum, ordinis militaris. Virginis Mariae Montesię, & sancti Georgij de Alfama esse, isliq. & successoribus eiusdem in dicta corona in perpetuum, auctoritate apostolica cõcessum fuisse, et vti administratorem, seu Magistrum prædicti ordinis, patronum indubitatum esse, Ecclesiarum villæ Ceruariæ Dertuseñ. dioecesis, villarum, & locorum, quæ sita sunt, intrâ terminum eiusdem villae, scilicet sancti Matthæi, Xerti, Caneti, Calig, Ianæ, cum suffraganea del Carrascal, Ros-

Telli, cum suffraganea de la Senia, ad quas omnes Ecclesias presentare potest tempore vacationum earundem. Et similiter ad eas omnes, quæ successiuè ædificabuntur intrâ dictum terminum Ceruariæ. Et parimodo, patronum indubitatum esse Ecclesiarum parrochialium, villæ de Couis de Vinromano, siuè de vicin Roma, villarû, & locorum quæ constructa sunt, intrâ terminum, et tenentiam eiusdem, scilicet de Albocacer, cum suffraganea de la Sarratella, de Villanoua, eum suffraganea Turis den Diuenge, & Salzadella, cum suffraganea de Tirig, eiusdem Dioecesis Dertuseñ. Necnon etiam patronum esse indubitatum, Ecclesiæ Villæ de Xiuert, & Ecclesiarum, Villarum, & locorum, existentium intrâ terminum dictæ villæ, scilicet de Alcala de Xiuert, de Pulpiz, de Alcofeuer, & de Castellnou, eiusdem dioecesis Dertuseñ. quæ duo loca de Alcofeuer, & Castellnou, & eorum Ecclesiæ, tēporû iniuria dirutæ, & solo æquaræ sunt, & absq. incolis, & habitatoribus: et ex prædictis quindecim Ecclesijs parrochialibus, tempore vacationum earundem, posse inclytum Dominum Regem nostrum, & eius successores in prædicta Regia Corona Aragonum, vti administratores perpetuos ordinis prædicti præsentare ad Ecclesias villarum, & locorum, Ceruariæ, sancti Matthei, de Xert, de Canet, de Calig, de Couis, & de Albocacer, ad nutum voluntatis eiusdem, clericos seculares, aut regulares ordinis Montesiæ, dummodo habiles fuerint ad illarum regimen. Et vltimò, ad Ecclesias villarum, & locorum de la lana, cum suffraganea del Carrascal, de Rossell, cum suffraganea de la Senia, de Culla, de Benicarlo, de Vinaros, de Alcala, de Benasal, de Vistabella, de Salsadella, de Arzaneta, de Onda, & de Trayguera dioecesis Dertuseñ. posse concurrere tempore vacationum earundem, fratres capella-

nos Montefixæ, ad minus tres in vnoquoq. concursu, & vacatione, qui primo loco sunt examinandi; etsi habiles reperiuntur alteri habiliori ex eis conferenda venit Ecclesia vacans, si verò equalem gradum habilitatis habuerint, est locus gratificationis, et Episcopus Dertusen. poterit conferre, cui voluerit ex tribus fratribus concurrentibus, et æqualiter habilibus; etsi forsan ex tribus duo tantum habiles reperiantur, habiliori conferenda est, etsi equales sunt in gradu habilitatis prædictus Episcopus poterit vti gratificatione modo supradictis; si autem ex tribus fratribus concurrentibus, vnus solū eorum habilis reperiatur, Ecclesia vacans eidem conferenda est, ad quem concursum adeundem, eliguntur in vnaquaque vacatione per S. C. et Regiam Maiestatem, vti administratorem supradictum, tres fratres capellani, et cū literis Regijs nominati, & electi in eisdem, remittuntur ad Episcopum, qui receptis literis Regijs, visaq. nominatione trium fratrum in eisdem contenta, procedit ad prouisionem Ecclesiæ vacantis faciendam, iuxta stillum, publicando ædictum, examinando fratres nominatos, et ex eis eligendo vnum, modo supradicto, et non aliter, nec aliàs. Aduertendum tamen est, quòd huiusmodi literæ Regiæ, cum quibus prædicti fratres concurrentes ad vacationes supradictas, Ecclesiarum quæ in dicta bulla continentur, eliguntur, clausæ, et sigillatæ traduntur Episcopo; quod vt in euentum lites et controuersiæ minime suscitari possint, in maximum commodum, et vtilitatem ordinis prædicti, et fratrum eiusdem vrgebit, si tempore similiū vacationum, literæ Regiæ huiusmodi nominationum, et electionum, patentes mittantur, continentes inter alia quòd tres fratres nominati, & contenti in eisdem, mittuntur ad concurrendum in Ecclesia vacante, iuxta dispositionem bullæ

apostolicæ, à Sancto Dño Clemēte obtentæ, quam adduximus in præcedenti §. 5. n. 1. et sic literis Regijs prædictis expeditis, fratres prædicti in curia Eccles. Episcopi cōparere poterūt, et iudicialiter præsentare literas præfatas, et eis præsentatis, & in processu vacantis Ecclesie inferretis, vnusquisq. eorum vigore dictarum literarum, vacationi se opponet, postea concursum, et examen, suorum tramite subire poterunt: quòd successiuis temporibus, in prædictis processibus constabit: et lites magnè euitabuntur, quæ oriri possunt forsan, quia temporum antiquitate, huiusmodi bulla apostolica, obliuioni tradetur, et de literis Regijs prædictis in archiuo Dertuseñ. Episcopi, nec de executione earundem, transumptum, seu copia aliqua fidem faciens, non inuenietur; quòd quotidie cōtingit, maximè in litibus immēsis in quibus bona patrimonij ordinis Montesiæ pars consumpta fuit, quæ nostris tēporib⁹ suscitata, et agitata fuerūt, tã in curia Dertuseñ. Ecclesiastica, quam etiam in curia Nuntij apostolici, & Legati à latere, in Hispaniarum Regnis, & in Romana curia, cum maximis sumpibus, & expensis, in magnū detrimentum, & damnum patrimonij prædicti, idè quia iura, & instrumenta, ac alia omnia in præfenti responso contenta, præ nimia temporum antiquitate, obliuioni tradita fuerunt. Et etiam notandum est, quòd tempore quo Ecclesie de Rossell, de la Iana, de Alcalá, de la Salzadella, & de Villanoua, vacare contigerit, dominus noster Rex, debet præsentare vt patronus earundem, ex tribus fratribus concurrentibus, iuxta formam supradictæ bullæ, habilibus repertis, cui sibi visum fuerit, et pro his literas præsentationis prouidere debet, et expediri mādare, iuxta formam assuetam, continentibus quòd idè quia iuxta dispositionem prædictæ bullæ apostolicæ nominauit, et elexit cum suis

literis Regijs. tres fratres ad concursum ecclesię vacan-
 tis. et illis examinatis, iuxta stillum, habiles inueni-
 fuerunt, vt verus, & indubitatus patronus Ecclesię
 vacantis, presentabat ad eam sic vacantem, alterum ex
 predictis tribus fratribus, habilem, & idoneum reper-
 tum. ad dictam Ecclesiam administrandam, et hoc mo-
 do, iuxta patronatus predictarum Ecclesiarum ad dominũ
 nostrum Regem spectans, vti perpetuum administrato-
 rem ordinis Montesię, non peribit, imò in suo antiquo
 robore permanebit, quòd maximopete expedir. Finali-
 ter autem aduertas obsecro, quòd rectoria Ecclesię vil-
 lę Traygarię, multis ab hinc annis, vnità video vniuer-
 sitati, seu collegio clericorum eiusdem Ecclesię, qui
 fructus percipiunt, & vicarium eligunt, ad nutum
 eorum amobilẽ, qui curam animarum adminif-
 tret, mediante certo stipendio eidem pro suf-
 tentatione congrua soluendo, per dic-
 tos clericos, quemadmodum di-
 xi in §. precedenti.
 num. 2.

*Laus Deo, & immaculatę & semper Virgini
 Marię Montesię.*

Manuel Murras

INDEX.

INDEX

INDEX RERVM OM- NIVM, ET VERBORVM,

quæ in hoc iuris responsi volu-
mine continentur.

A

APROGATIO Concilij Triden. ædita circa iura patro-
natus competentia ex priuilegio, non comprehendit
Reges, & supremos Principes iura Imperij habentes. §.
5. num. 2. fol. 22.

Acceptatio superueniens, validam reddit donationem nullam ex de-
fectu acceptationis §. 7. num. 2. fol. 32.

Accessorium sequitur naturam sui principalis ibi. n. 19. fol. 58.

Acta processus de iure communi non indigent testibus quia aucto-
ritatem sumunt à presentia iudicis, præter acta sententiarum, quæ
de consuetudine communi testibus roborantur §. 11. n. 8. fol. 65.

Acta iudicialia ad eorum validitatem, sufficit quòd de mandato iudi-
cis scribantur, licet scribens ea notarius nō sit, nisi consuetudo, aut
statutum contrarium inducant ibi. num. 11. fol. 66.

Ad detrahendum ius alicuius Ecclesiæ per consuetudinem, quantum
tempus requiratur §. 2. num. 19. fol. 126.

Ad inducendam cōsuetudinem in fauorem clericorum secularium,
& contra regulares, tēpus quadraginta annorū requiritur ibi. n. 20.

Administrator dicitur vice dominus §. 16. n. 30. fol. 100.

Alexander secundus, concessit Ecclesias Sancio Aragonum Regi §. 7.
num. 2. fol. 2.

Alfonso sextus regnabat in anno 1094. in Regnis Castellæ, legionis,
& Galleciæ §. 2. n. 3. fol. 6.

Alfonso Sanchez Rex Aragonum, frater Petri Regis primi, & eius
successor, gauissus fuit prærogatiuis cum priuilegio ab Vibano 2.
concessis in fauorem Regum Aragonum §. 7. num. 2. fol. 32.

Alfonso Rex Aragonum, filius Principis Raymundi Berengarij, &
Petronillæ, etiam gauissus fuit prærogatiuis in numero præcedenti
contentis ibi. num. 5. fol. 36.

Amicabilis compositor, debet partes reducere ad concordiam absq;
eo quòd pronunciet §. 15. num. 4. fol. 82.

Anno 1094. regnabat in Regnis Aragonum, & Nauarræ, Petrus huius
nominis primus §. 2. num. 3. fol. 6.

Appellatio

INDEX

Appellatio interposita per licenciatum Pineda, fratrem Montefia, in Curia Episcopi Dertusen. à relatione examinerum, & prouisione indè sequuta, in concursu vacationis Ecclesiæ de la Iana, diocesis Dertusen. in anno 1604. §. 5. n. 6. fol. 147.

Arbitrium quid sit §. 15. num. 12. fol. 82.

Arbitrorum species quot sint ibi. num. 3. fol. 82.

Arbiter per laudum debet causam diffinire ibi. num. 4.

Arbiter debet procedere iuris ordine seruato, & arbitrator non ibi. num. 5. & §. 16. num. 6. fol. 91.

Arbitri ad lites componendas eliguntur ibi. num. 7. fol. 83. & §. 16. num. 6. fol. 91.

Arbitri cum pronunciant dicuntur laudare, & eorum sententia dicitur laudum ibi. num. 8. fol. 91.

Arbitrorum compromissum scripto est notandum, non autem arbitratorum ibi. num. 11.

Arbiter non potest cognoscere de alia re quàm sit in compromisso expressa ibi. num. 32. fol. 96.

Arbiter extendere potest manum ad non deducta in compromisso, dummodo illa adhæreant xepre. tis in eo ibi. n. 33. fol. 96.

Archiepiscopus iudex competens est Episcoporum suæ Metropolis, in causis ciuilibus, & criminalibus non quòd possit eos deponere, sed de minimis criminibus cognoscere §. 7. n. 24. fol. 59.

Archiepiscopus regulariter nullam habet iurisdictionem in subditos iustaganeorum, nisi in certis casibus ibi. n. 28. fol. 60.

Archiepiscopus potest in terris suæ iurisdictionis notarios creare §. 11. num. 12. fol. 66.

Archidiaconus maior Ecclesiæ Dertusen. olim patronus erat Ecclesiæ villæ Traygariæ prædictæ diocesis §. 5. n. 14. fol. 151.

Argumentum de transactione ad compromissum bene procedit §. 15. n. 18. fol. 84.

Aymericus Abbas orator fuit missus per Petrum Aragonum Regem ad sedem apostolicam, circa contradictionem factam per prelatos Aragonum, concessionibus Alexandri 2. & Gregorij 7. §. 1. num. 7. fol. 3.

B

BENEFICIUM dignius, minus digno vniri non potest §. 5. n. 24. fol. 26.

Beneficium dignius, minus digno vniri potest in vim Apostolicæ facultatis, ibi.

Beneficia secularia, regularibus conferenda non sunt §. 3. n. 4. f. 133

INDEX.

- Bernardus Despuig magister Montesiæ, Romam missus fuit à Ferdinando Aragonum Rege in anno 1507. §. 2. n. 2. fol. 114.
- Bona regalia, alia fiscalia, & alia patrimonialia sunt §. 8. n. 22. fol. 42.
- Bona fiscalia præstantur Regi ad sustinenda onera Reipublicæ ibi.
- Bona patrimonialia, ad vsu Regis destinata sunt ibi.
- Bona existentia sub hostium dominio donari possunt per Reges, sub conditione scilicèt, ad illud tempus quo in dominio Christianorum fuerint §. 14. n. 7. fol. 78.
- Bona templariorum fuerunt apprehensa, & administratoribus tradita in Regno Valentia, anno 1307. & templarij omnes capti §. 16. nu. 25. fol. 98.
- Bona ordinis templariorum existentia in Regnis Coronæ Aragonum, fuerunt excepta ab applicatione facta de eisdem ordini hospitalis ibi. n. 26.
- Bona quæ ordo hospitalis habebat in Regno Valentia fuerunt vnita ordini Montesiæ, excepta Ecclesia quam in ciuitate Valentia habebat, & loco de Torrent §. 1. n. 3. fol. 103.
- Bullæ Apostolicæ Gregorij 7. & Alexandri 2. cum quibus conceduntur Ecclesiæ, decimæ, & primitiæ Regibus, & proceribus Aragonum, sunt custoditæ in Archiuo Regio Barcinonæ §. 1. nu. 8. in fine fol. 5.
- Bulla foundationis ordinis militaris Montesiæ §. 1. n. 3. fol. 103.
- Bulla incorporationis perpetuæ magistratus Montesiæ, Coronæ Regiæ Aragonum & resignationis magistri Montesiæ de eodem, factæ in fauorem Domini nostri Regis Philippi secundi §. 4. num. 1. fol. 136.
- Bulla obtenta à Sanctissimi Domino nostro Clemète, in fauorem fratrum Montesiæ, circa concursum plurium Ecclesiarum diocesis Valentiniens. Dertusens. & Segobricense. §. 5. n. 1. fol. 144.

C

- C**ASTRVM Ceruariæ Regni Valentia, donatum fuit per Principem Raymundum Berengarium, & Reginam Petronillam ordini Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitanens. §. 7. n. 4. fol. 35. & 36.
- Castrium donauit Ildesonsus Rex Aragonum successor, & filius dictorum Raymundi Berengarij, & Petronillæ coniugum ordini supra dicto ibi. n. 5. fol. 36. & 37.
- Castrium de iure communi, neq. districtum, neq. iurisdictionem habet, nisi sit de consuetudine, aut statuto. §. 8. n. 13. fol. 51.

Castrium

INDEX.

- Castrum de Xiuert Regni Valentiaë**, antè dicti Regni expugnationem donatum fuit ordini Templi, per Reges Aragonum. §. 14. n. 1. fol. 76.
- Castrum suble continere solet iurisdictionem, districtum, ius patronatus &c.** §. 15. n. 8. fol. 78. & §. 16. nu. 21. fol. 97.
- Castrum quid sit.** §. 9. nu. 15. fol. 51.
- Castum de Xiuert post captiōnem illius, Sarracenis in eo commorantibus fuit concessum per fratres Templi ad habitandum in eo.** §. 12. n. 9. fol. 78.
- Casus in quo non procedit argumentum hoc, quòd tantum operatur consuetudo antiquissima, quantum priuilegium** §. 6. n. 3. f. 28.
- Ceruatienses à christicolis qui tempore expugnationis Regni Valentiaë ibi interfuerunt descendunt.** §. 9. n. 13. f. 51.
- Cessio seu renunciatio Petri Regis Aragonum in fauorem Romanæ Ecclesiae, de iuribus, eidè & successoribus eiusdem pertinentibus, in vim concessionum, Gregorij. 7. & Vrbanj. 2. non periudicauit successoribus in Regno** §. 8. nu. 16. fol. 41.
- Chronica, Annales, & libri historiales probant, & fidem faciunt.** §. 2. n. 4. fol. 7. & §. 12. n. 6. fol. 72. & §. 14. n. 2. fol. 76.
- Clausula hæc (non obstantibus quibuscunq. priuilegijs, et literis, etiam si essent tales, de quibus facienda esset mentio de verbo, ad verbum) quid importet, in rescriptis apostolicis,** §. 2. n. 27. f. 130.
- Clemens. 5. noluit quòd ordo nouus Montesiaë institueretur Regno Valentiaë, de bonis quæ fuerunt ordinis Templi, in corona Aragonum, licet Rex Iacobus secundus illud studuit** §. 1. num. 1. fol. 102.
- Clemens septimus electus fuit in successorem Gregorij vndecimi, & verus successor sancti Petri iudicatus fuit in Regnis coronæ Aragonum, & pro tali habendus est** §. 2. n. 6. fol. 118.
- Codicillus Regis Petri, & disposita in eo circa declarationem schismatis inter Vrbanum 6. et Clementem. 7.** §. 2. n. 8. fol. 120.
- Collationes Ecclesie Villæ Ciruarie, ad præsentationem Magistri Hospitalis** §. 13. n. 5. & 7. fol. 75.
- Collatio Ecclesie villæ de Canet. termini villæ Ceruarie, ad præsentationem Magistri hospitalis ibi.** n. 8.
- Collatio Ecclesie villæ de Albocacer, termini villæ de Couis diocesis Dertulensis, ad præsentationem administratorum bonorum quæ fuerunt quondam militie Templi** §. 16. n. 27. fol. 98.
- Collatio beneficiorum ex priuilegio apostolico laicis competere potest** §. 4. n. 5. fol. 16.

INDEX

- Collatio beneficiorum, ex priuilegio apostolico laicis competere potest §. 4. n. 5. fol. 16.
- Comendabile est seruos Dei non litigare. §. 15 n. 27. fol. 85.
- Comites Barcinonæ habuerunt semper, & nunc habent, decimas & primitias, & prouisionem plurium beneficiorum. §. 10 n. 7. f. 56.
- Comites Barcinonæ computando ab Vuisfredo huius nominis secundo, cognomento pilloso, sunt & fuerunt supremi Principes, non recognoscentes superiorem. ibi. num. 3. fol. 55.
- Comites Barcinonæ antecessores dicti Vuisfredi pillosi, uassalli fuerunt Regum Francorum, & sub eorum dominio militabant ibi.
- Comites Barcinonæ erant, & sunt patroni plurium beneficiorum, & Ecclesiarum, & omnimoda dispositio aliquarum ex eis spectat ad eos ibi. num. 8. fol. 56.
- Comites Barcinonæ de decimis, primitijs, & Ecclesijs disposuerunt, cum legitimo titulo ibi. num. 9.
- Communis loquendi vsus attenditur in priuilegiorum interpretationibus §. 4. n. 2. fol. 115.
- Communis loquendi vsus præfertur propriæ significationi in uerborum interpretationibus §. 8. n. 15. fol. 51.
- Compendium omnium rerum quæ in prima parte huius responsi continentur. fol. 101.
- Compromissum, & laudum, super Ecclesijs, decimis, & primitijs, castri de Xuert diocesis Dertusen. & locorum termini eiusdem. §. 5. n. 1. fol. 80.
- Compromissum validum est licet in eo non adsit certum tempus à partibus præfixum, intra quod arbitri, laudum proferre teneantur. ibi. n. 12.
- Compromissum non est completum, & perfectum antè arbitrorum acceptationem, ibi. n. 25. fol. 85.
- Compromissum præsumitur præcessisse in sententia antiqua, licet de eo non constet. §. 16. n. 8. fol. 12.
- Concedere, idem est quod donare. §. 4. n. 7. fol. 92.
- Concessio Ecclesiarum, decimarum, & primitiarum facta per Urbanum. 2. in fauorem Petri Regis Aragonum, & procerum Regni, & successorum eorundem. §. 1. fol. 3. n. 8.
- Confessio facta per Episcopum circa præsentationem, & eius effectum est bona probatio. §. 13. n. 8. fol. 75.
- Confessio non inducit nouum contractum sed probat illum si celebratum iam est. §. 14 n. 4. fol. 77.
- Confisus quid sit. §. 1. n. 4. fol. 71.

I N D E X.

- Concilium Lateranense celebratum fuit anno 1079. §. 10. n. 4. fol. 55.
- Consensus prorogantium iurisdictionem, non est necesse quod sit expressus, sufficit quod sit tacitus. §. 10. nu. 30. fol. 60.
- Concursus, & prouissio Ecclesiae villae de Vistabella Dertuseñ. dioecesis, iuxta dispositionem bullae Clementis obtentae anno 1604. §. 5. n. 10. fol. 129.
- Concursus similiter factus in vacatione Ecclesiae de la Iana, dioecesis Dertuseñ. anno 1606. ibi. n. 11. fol. 150.
- Consuetudo quid sit. §. 2. n. 14. fol. 125.
- Consuetudo per binos actus notorios probatur, & inducitur. ibi. n. 17. fol. 126.
- Consuetudo de iure Canonico, intra quantum tempus inducatur praeter ius. ibi. n. 8.
- Consuetudo dissoluitur per tantum tempus, & per tot actus, per quantum, & per quot, inducta fuit. ibi. n. 22. fol. 127.
- Consuetudo est lex, & idè debet esse communis. ibi. n. 23. fol. 128.
- Constitutio militum sancti Ioannis Hierosolymitaneñ. disponens praeceptoriam vacantem antiquiori conferendam fore in praemium laborum, si poterit reuocari per Papam. §. 5. n. 16. fol. 24.
- Contentum continentis naturam sequi debet. §. 5. n. 16. fol. 52.
- Contradictio facta per praelatos Regni Aragonum, concessionibus factis per Alexandrum. 2. & Gregorium septimum, in fauorem Regum Aragonum. §. 1. n. 6. fol. 3.
- Contradictio facta per clericos seculares dioecesis Dertuseñ. executioni bullae obtentae à S. D. N. Clemente Papa, anno 1604. in fauorem fratrum Montesię. §. 5. n. 3. fol. 146.
- Controuersia inter Episcopum, & capitulum Dertuseñ. ex vna, & Magistrum, & fratres hospitalis ex altera, super decimis, primitijs, & Ecclesijs villę Ceruarie, & locorum termini eiusdem. §. 10. n. 1. fol. 54.
- Controuersia inter Episcopum, & Capitulum Dertuseñ. ex vna, & magistrum & fratres Templi ex altera, super decimis, & primitijs castri de Xiuert, & eius termini. §. 15. fol. 80. n. 1.
- Controuersia inter fratres Calatrauae ex vna, & Episcopum & Capitulum Dertuseñ. ex altera, super Ecclesijs, decimis, & primitijs villae de Couis de Vinromano, villarum & locorū termini eiusdem. §. 16. n. 3. fol. 90.
- Culpa & negligentia patris, aut aui, non nocet filio, aut nepoti in his quae competunt eis aliundè, et non ab eis. §. 8. n. 16. fol. 41.
- Custos bonorum debet praesentare, & non praesentando videtur

I N D E X.

- dissipare bona. §. 16. n. 30. fol. 100.
 Curator furiosi præsentrare debet ad Ecclesiam cuius ius patronatus pertinet ad furiosum. ibi. n. 31.
 Curator, furiosi, ad bona administrandum eligitur. ibi. n. 32.
 Curator, & tutor pupilli, modo sit maior, modo minor septennio, præsentrat, & præsentratio est valida. ibi. n. 31.
D
DECIMÆ in veteri testamento debebantur de præcepto legis §. 3. n. 1. fol. 10.
 Decimæ post legem Euangelicam debentur de iuris diuini præcepto, & de iure naturali ibi. n. 3.
 Decimæ aliæ prædiales, & aliæ personales ibi.
 Decimæ tam prædiales, quàm personales ubi reddendæ sint ibi. n. 5.
 Decimæ non debentur de præcepto iuris diuini, & de iure naturali in quantum ad quotam, sed in quantum ad congruam ministrorum sustentationem ibi. n. 7. fol. 12.
 Decimæ sunt res spirituales, & diuinæ, ibi. n. 8.
 Decimæ concedi possunt laicis in perpetuum per Papam rationabili causa exposcente ibi. n. 11.
 Decimæ in Regnis Aragonum, & Valentia, & Principatu Cathaloniam sunt profanæ in vim priuilegij Apostolici, & idè transferuntur per laicos de vno, in alium absque consensu prelati, ibi. n. 4. fol. 13.
 Decimæ pertinere possunt ad laicos ex cõcessione feudali ante Concilium Lateranense §. 10. n. 4. fol. 55.
 Decimæ, & primitiæ pertinuerunt semper ex vi priuilegij Apostolici ad Comites Barcinonæ, de quo licet non constet non idè nocet, sufficit enim illud allegare, & immemorabilem possessionem probare ibi. n. 5, fol. 56.
 Decor, & status Regius consistit in conseruatione iurium regalium §. 8. n. 27. fol. 43.
 Derogationes iuris patronatus sunt odiosæ in Hispania, & idè Papa non concedit eas nisi urgentissimis de causis §. 4. n. 17. fol. 20.
 Derogatio iuris patronatus fieri potest à Papa, etsi proueniat illud ex dotatione, fundatione vel constructione ibi.
 Derogatio iurium patronatus proceditium ex priuilegio, adita per Consilium Tridentinum cap. 9. cess. 25. comprehendit, Comites, Marchiones, & Duces iura Imperij non habentes §. 3. n. 6. fol. 23.
 Derogationes strictè interpretandæ sunt, quia sunt stricti iuris §. 5. n. 21. fol. 25.

INDEX.

- Dictio, vel, aduerfatur, quandò est pofita inter diuerfas fpecies, & fufficit alteram partem verificari §. 4. n. 19. fol. 19.
- Dictiones, ità, et, tamen, iunctæ funt reſtrictiua, & modificatiue præcedentium. §. 11. n. 27. fol. 70.
- Dictio, infra, eſt incluſiua §. 12. n. 7. fol. 72.
- Dictio, in, incluſiua etiam eſt. ibi. n. 8.
- Dictio, quidquid, idem importat quod dictiones, illud, quod §. 1. n. 9. fol. 107.
- Dictio, quæcunq, importat omnimodâ generalitatem ibi. n. 10.
- Dictio, omnia, eſt vniuerſalis, & nihil dimittit ibi. n. 15. fol. 108.
- Dictio, alia, includit omnia ommiſſa in præcedentibus. ibi. n. 16.
- Dicitio, & poteſtas idem funt, §. 5. n. 22. fol. 26.
- Diffinitio rei naturam, & eſſentiam explicat §. 4. n. 7. fol. 17.
- Diffinitio æquipolens naturæ rei diffinitæ, in iure utilis eſt. ibi.
- Diuiſio animum incitat, mentem præparat, memoriã reformat, et illuſtrat, ac totam rationem perſpicuam redit. ibi. n. 8.
- Dominium ex contractu acquiſitum eſt de iure naturali, & ided Princeps contrahens cum forma à iure inducã cum priuato, contractum reuocare nequit §. 5. n. 14. fol. 24.
- Donationes remuneratoriæ per Principem factæ, non cenſentur derogatæ niſi nominatim fuerint expreſſæ in derogatione ibi. num. 17.
- Donatio propter nuptias facta per Ramirum Aragonum Regem, in fauorem Petronillæ eius filia, & Comitis Raymundi Berengarij §. 7. n. 3. fol. 33.
- Donatio, ſeu priuilegium remuneratorium cedit in contractum, & ided eſt irreuocabile §. 8. n. 20. fol. 42.
- Donatio ex qua ſequatur magna diminutio dominij Regij, eſt nulla ibi. n. 24. fol. 43.
- Donatio ex qua ſequatur magna diminutio dominij Regni, eſt nulla etſi iurata fuerit ibi n. 25. & 26.
- Donationes per Reges factæ vt valeant, requiritur quod cum eis Regna enormiter non lædantur ibi. n. 27.
- Donatio ardua à Rege facta, ab eodem reuocari poteſt, quia nunquam eſt intentionis Regiæ, ſimiles donationes facere ibi.
- Donatio ardua facta per Regem, et ſi in curijs generalibus confirmata ſit, ſi diminitur cum ea Regium patrimonium non valet ibi. n. 29. fol. 44.
- Donatio facta abſenti non valet, ſi pro abſente aliquis non acceptet, ſeu nuntius, aut epiſtola non interueniat §. 10. n. 14. fol. 57.

INDEX.

- Donatio facta Ecclesijs, & pijs locis, nō valet nisi sit ab aliquo acceptata ibi. n. 16.
- Donatio absentis facta, reuocari potest antè donatarij acceptationē ibi. n. 17.
- Donatio villæ, & castri de Ceruariæ facta per Principem Raymundum Berengarium, in fauorem ordinis Hospitalis valuit, etsi tempore donationis esset in posse hostium §. 10. n. 20. fol. 38.
- Donatio iurispatronatus in fauorem Ecclesiæ, seu monasterij facta, vt valeat non indiget Episcopi consensu §. 11. n. 22. fol. 69.
- Dotatio Ecclesiæ Dertulens. facta per Iacobum Regem Aragonum, huius nominis primum. §. 9. n. 2. fol. 46.
- Duo instrumenta collationum diuerso tempore acta, inducunt consuetudinem præsentandi §. 2. n. 17. fol. 126.

E

- E**A quæ Princeps habet ex concessione apostolica, appellantur Regalia. §. 8. n. 23. fol. 43.
- Ea quæ sunt concessibilia non sunt præscriptibilia. ibi. n. 7.
- Ecclesia quid significat §. 4. num. 1. fol. 14.
- Ecclesia sumitur pro beneficio, et iure patronatus, ibi, & n. 7. fol. 17. & §. 11. n. 22. fol. 69.
- Ecclesia cui sit vnio, est superior, & principalis, vnica verò, est inferior. §. 5. n. 23. fol. 26.
- Ecclesiæ, decimæ, & primitiæ Episcopatus Dertulens. donatæ fuerunt per Regem Iacobum primum Ecclesiæ Dertulens. §. 1. num. 2. fol. 46.
- Ecclesiastici non possunt prorogare iurisdictionem alterius iudicis quam proprij, nisi sit personæ ecclesiasticæ, & cum licentia prælati §. 5. n. 27. fol. 6.
- Ecclesia villæ de Calig. termini villæ Ceruariæ, suffraganea erat Ecclesiæ prædictæ villæ Cernariæ & in parrochiam fuit erecta. §. 10. n. 27. fol. 60.
- Ecclesiæ, decimæ, & primitiæ, villæ, & castri de Colis, Regni Valentini post eius expugnationem, ad fratres Calatriuæ pertinetunt. §. 16. n. 2. fol. 90.
- Ecclesia villæ sancti Matthæi fuit collata ad præsentationē D. N. Regis Doctori fratri Balthazari Primo ordinis Montisæ in anno 1394 & post illum Doctori Fr. Philippo Maumon. §. 41. n. 5. & 6 fol. 140.
- Ecclesia villæ de la Iana, diocesis Dertulens. collata fuit fratri Dionysio Pineda ordinis Montisæ, iuxta rescriptum Clementis ob-

INDEX.

- rentum anno 1604. §. 5. n. 7. 8. & 9. fol. 148.
- Ecclesia de la Iana, suffraganea erat Ecclesie villae Traygariae dioecesis Dertuseñ. et in parrochiam erecta fuit. ibi. n. 13. fol. 151.
- Ecclesia antiqua conferens de suis redditibus Ecclesie suffraganeę, nouiter in parrochiam erectę intra eius districtum, acquirit ius patronatus paelato, aut Rectori eiusdem §. 5. n. 15. fol. 151.
- Ecclesia suffraganea, in parrochiam erigi potest, inuitis Rectore, & patrono Ecclesie matricis, ob augmentum cultus diuini ibi. nu. 25. fol. 155.
- Ecclesie villarum de Onda, & de la Iana, dioecesis Dertuseñ. conferuntur iuxta indultum obtentum in fauorem fratrum Montesia anno 1604. ibi n. 29 & 30. fol. 156.
- Ecclesia parrochialis villae S. Matthei confertur in anno. 1609. ad ad praesentationem Domini nostri Regis, vti administratoris perpetui ordinis Montesia. §. 5. n. 31. fol. 56.
- Ecclesie quatum vacationi se opponere possunt fratres Montesia, in Episcopatu Dertuseñ. et quibus modis se opponere possint. §. 6. & vlt.
- Episcopus Ecclesias dicitur distribuere, cum confert eas diuersis. §. 4. n. 4. fol. 4.
- Episcopus habet fundatam intentionem in sua dioecesi, quoad potestatem instituendi, & destituendi in causa proprietatis §. 10. n. 2. fol. 4.
- Episcopus non potest esse iudex in his quae pertinent ad eius mentem, quia tunc agitur de causa propria. §. 10. n. 3. fol. 59.
- Episcopus transigere potest super rebus Ecclesie cum consensu capituli, & super rebus nondum vnitis Ecclesie, non obstante iuramento per eum praestito. ibi. n. 25 & §. 15. n. 26. fol. 85.
- Episcopus non potest alienare ecclesiasticas res. §. 15. n. 15. fol. 83.
- Episcopus & capitulum simul res Ecclesie alienare possunt, & compromissum firmare, & transigere super eis. ibi. n. 16 & §. 16. nu. 3. fol. 93.
- Episcopus & Capitulum Dertuseñ. fatentur consuetudinem conferendi clericis secularibus Ecclesias Ceruarie, sancti Matthei, de Xert, de Canet, de Calig, de Couis, & de Albocacer ad praesentationem Magistri Montesia. §. n. 26. fol. 191.
- Erectio parrochialis Ecclesie villae de Canet, termini villae Ceruarie dioecesis Dertuseñ. cum licentia comendatoris dictae villae Ceruarie §. 13. n. 3. fol. 74.
- Ex modo procedendi colligitur, vt cum pronuncians fuerit arbiter,

INDEX.

an verò amicabile compositor §. 35. n. 5. fol. 83.

Ex pressio rationalis causæ licet sic necessaria de iure in priuilegio apostolico, licet non adfit, præsumitur cum ea expeditum fuisse. §. 3. n. 12. fol. 12.

Ex vnica, generica, & vniuersali concessione plures factæ intelliguntur §. 8. n. 14. fol. 41.

F

FALSE afferunt aliqui, priuilegia Gregorij 7. et Urbani 2. super ecclesijs, decimis, & primitijs, concessa in fauorem Regis Petri, nõ expedita fuisse in fauore Regum Aragonum. §. 2. n. 1. fol. 5.

Factum antiquum magnam habet pro se presumptionem. §. 10. n. 32. fol. 61.

Fines, quid sint §. 12. n. 5. fol. 71.

Finis, terminus, et limes, idem sunt, ibi.

Fœmina præbendas, et beneficia conferre potest ex priuilegio apostolico §. 6. n. 2. fol. 26.

Fœmina de genere dicitur ibi. n. 5. fol. 29.

Fœmina de iure communi, in Regno succedere non potest ibi. n. 12.

Fœminis interdictum est officia publica gerere. ibi.

Fœminæ de consuetudine diutina, et vsitata in Regnis coronæ Aragonum, & Castellæ succedere possunt in Regno. ibi. n. 13. fol. 31.

Fœminæ quæ successerunt in Regnis Aragonum & Castellæ. ibi. n. 14.

Fœmina de iure deficientibus masculis succedit in dignitate Regia. ibi.

Fœminæ quæ successerunt in Regnis coronæ Aragonum, gausse fuerunt prærogatiuis cum priuilegio Urbani 2. concessis Aragonum Regibus, & eorum successoribus ibi. n. 15.

Fœminæ quæ successerunt in dominijs procerum coronæ Aragonum, gaudere potuerunt prærogatiuis concessis dictis proceribus cum priuilegio Urbani 12. ibi. n. 16.

Fœmina capax est iuris patronatus. ibi. n. 1. fol. 26.

Fratres hospitalis in concessionibus factis per eos in Regno Valentia, retinuerunt sibi decimas, & primitias. §. 9. n. 14. fol. 51.

Fratres ordinis hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitanum, persone ecclesiasticæ sunt. §. 10. n. 32. fol. 61.

Fratres Templi, & Hospitalis verè religiosi erant, & persone ecclesiasticæ. §. 15. n. 34. fol. 87.

Fratres Templi eorum ordine vigente, patrõni erant Ecclesiæ castri de Xiuert, et villarum, et locorum termini eiusdem. ibi. n. 4. f. 38.

Fratres Templi in anno 1294. adepti fuerunt dominium villæ de Couis

INDEX.

- Couis villarum et locorum termini eiusdem §. 16. n. 19. fol. 97.
 Frater Pineda erravit in sua Monarchia Ecclesiastica circa institutionem ordinis militaris Montesiæ ibi. n. 4. fol. 106.
 Fundare Ecclesiam quid sit. §. 4. n. 13. fol. 19.
 Fundatio, constructio, vel dotatio sunt causae æquales creandi iuspatro. & æqualem producant effectum. ibi.

G

- G**EMINATIO verbi inducit maiorem, & magis determinationem intentionem, & exuberantibus illam profert §. 11. n. 29. fol. 70. et 71.
 Gesta in antiquis solenniter gesta præsumuntur §. 15. n. 22. f. 84. et 85.
 Gratiæ, indulta, et priuilegia apostolica concessa per Benedictum in sua obedientia 13. nuncupatum Principibus suæ obedientiæ, et eorum, vassallis vsq. in diem primæ monitionis eidem factæ ad dimittendum Papatum, valida, et firma fuerunt §. 2. n. 24. fol. 128.
 Gregorius septimus concedit distributionem Ecclesiarum Regni Aragonum, Sancio Regi. §. 1. n. 3. fol. 2.

H

- H**ISPANIÆ descriptio. §. 2. n. 2. fol. 5. et 6. p. 1.
 Hospitalarij recipere non possunt decimas, et primitias à laicis, sine Episcopi licentia. §. 10. n. 11. fol. 57.

I.

- I**ACOBVS Rex Aragonum, huius nominis primus, successit in Regno defuncto Rege Petro secundo, eius legitimo patre. §. 9 num. 1. fol. 45.
 Iacobus Rex huius nominis Primus, donauit Ecclesie Dertusæ. decimas, primitias, & Ecclesias Episcopatus Dertusæ. ibi. n. 2.
 Id quod Regibus, & successoribus datur, pro successoribus in Regno conseruatur, & in quolibet eorum est ius. §. 8. n. 12. fol. 41.
 Id quod apud hostes est, donari, aut legari non potest. §. 10. nu. 10. fol. 56.
 Id quod apud hostes est, & donari, & legari potest, iure postliminij. ibi.
 Ille cuius iurisdictio prorogatur debet esse iudex, et iurisditionem habere antè prorogationem, aliàs non valet prorogatio. ibi n. 33. fol. 61.
 In actus valde antiquis, sollemnitas extrinseca interuenisse præsumendum est, et si sit in periudicium tertij. §. 15. n. 24. fol. 85.
 In alienatione rerum ecclesiasticarum, quæ requisita interuenire debeant. ibi. n. 19. fol. 84.

INDEX.

- Instantia de iure canonico non perit coram arbitro per lapsum triennij, licet de iure civili intrà dictum tempus pereat. ibi. n. 14. fol. 83.
- Instrumentum permutationis villae de Couis de Vinomano, villarum et locorum termini eiusdem, et aliarum villarum, et locorum, factum per Iacobum Regem, secundum huius nominis, cū fratribus Templi, pro certis iuribus quae ipsi habebant in ciuitate Dertusae. §. 16. n. 18. fol. 95.
- Instrumentum cum quo villa de Alcalá de Xiuert, termini de Xiuert, concessa fuit ad habitandum in ea, & eius terminus ad excolendum. §. 14. n. 10. fol. 78.
- Instrumentum cum quo magister hospitalis concessit facultatem degendi in villa S. Matthæi, & eius terminum excolendi. §. 12. nu. 6. fol. 71.
- Instrumenta, vt verba eius enuntiatiua ad alium finem concepta, vt fines, & terminos probent, debent esse antiqua, & acta inter personas quarum terminatio intererat. ibi.
- Instrumentum licet non sit authenticum, probat, dummodo sit antiquum, & custoditum in archiuo inter authenticas scripturas. §. 2. n. 8. fol. 8.
- Instrumentum fidem facit quando reconditum est in archiuo, & sub custode. ibi. n. 7.
- Instrumentum praesumitur verum, validum, & solenne, si adsint in eo dies, annus, & substantia facti. ibi.
- Interpretatio privilegiorum, sumi potest secundum propriam verborum significationem. §. 4. n. 1. fol. 15.
- Intrà quantum tempus de iure canonico inducatur consuetudo praeter ius. §. 2. n. 18. fol. 126.
- Ioannes Rex Aragonum, filius, & successor Regis Petri, fecit sopiri dubium super schismate Urbani. 6. & Clementis. 7. cui illorum obedientia praestanda erat. ibi. n. 10. fol. 121.
- Is, ea, id, pronomen demonstratiuum, & praecedentium repetitiuum est. §. 11. n. 14. fol. 67.
- Iudex ordinarius alicuius, in arbitrum eligi potest ab eo, de iure canonico. §. 16. n. 14. fol. 93. & 94.
- Iura regalia instituta per Regem, & curiam, rescindi, & tolli possunt ab eisdem. §. 8. n. 29. fol. 44.
- Iura regalia alienari non possunt per Reges, in praedicium successorum, ibi. n. 21. fol. 42.
- Ius quod est de toto, est de parte. §. 2. n. 5. fol. 7.
- Ius commune recipit interpretationem à consuetudine. §. 4. n. 7. fol. 16.

I N D E X.

- Ius patronatus triplex est, ecclesiasticum, seculare, & mixtum, ibi. nu. 9. fol. 17.
- Ius patronatus diffinitio, ibi. n. 8. fol. 17.
- Ius patronatus Ecclesiasticum quid sit. ibi.
- Ius patronatus seculare quid sit, ibi. fol. 18.
- Ius patronatus mixtum quid sit ibi.
- Ius patronatus Ecclesiasticum, & seculare, differunt specie, ibi.
- Ius patronatus deducitur in esse, dotatione, fundatione, vel constructione, §. 4. n. 10. fol. 18.
- Ius patronatus vt in esse deducatur præter dotationem, constructionem, & fundationem, requiritur consensus Episcopi, ibi. n. 11.
- Ius patronatus vt acquiratur alicui, sufficit quod altera ex his causis concurrat, dotationis, fundationis, vel constructionis, ibi. n. 12.
- Ius patronatus præscriptione acquiri potest, iuxta ius antiquum canonicum, & modernum Concilij Tridentini, ibi. n. 14. fol. 19.
- Ius patronatus ex priuilegio Summi Pontificis acquirebatur ibi. n. 15.
- Ius patronatus competens laicis ex priuilegio, laicale est. ibi. n. 16.
- Ius patronatus ex dotatione, fundatione, vel constructione, non censetur derogatum per literas apostolicas, non facientes expressam mentionem de eodem, ibi. n. 17. fol. 20.
- Ius patronatus acquisitum ex priuilegio, & quasi possessio inde sequuta, derogauit Concilium Tridentinum, §. 5. n. 1. fol. 22.
- Ius patronatus quatuor modis potest transferri de vno, ad alium. ibi. n. 4. & §. 16. n. 20. fol. 97.
- Ius patronatus dicitur etiam ius representationis §. 11. n. 16. fol. 67.
- Ius patronatus transit simul cum vniuersitate donata, ibi. n. 23. fol. 69 & §. 1. n. 12. fol. 108.
- Ius patronatus Ecclesiarum villæ de Couis de Vinromano, villarum, & locorum termini eiusdem, ad magistrum, & fratres Calatrauz pertinet. §. 16. n. 15. fol. 94. & n. 34. fol. 101.
- Ius patronatus est annexum spiritualitati, & ita si vendatur, aut permutetur cum re profana, committitur simonia, ibi. n. 23. fol. 97.
- Ius patronatus Ecclesiarum villæ Ceruariæ & villarum termini eiusdem, antè institutionem ordinis Montefiæ, pertinet ad Magistrum hospitalis, & post dictam institutionem immediatè ad Magistrum Montefiæ. §. 1. n. 7. fol. 107. & §. 5. n. 20. fol. 153.
- Ius patronatus si transfertur cum vniuersitate, aut per se in locum religiosum, non indiget Episcopi consensu, & valet translatio. §. 1. n. 13. fol. 108.
- Ius patronatus Ecclesiarum villæ de Couis, villarum & locorum

INDEX.

- termini eiusdem post fratres Templi, pertinuit ad Magistrum Montefiac, ibi. n. 17.
 lus ex consuetudine extenditur ad alios actus, & personas, quæ in similitudine versantur. §. 2. n. 21. fol. 127.

L

- L**AICI incapaces sunt rerum spiritualium, & diuinarum. §. 3. nu. 9. fol. 12.
 Laicis decimæ concedi possunt per Papam, & fieri profana. ibi. n. 10.
 Laici decimas possidentes, nō possunt de vno, ad alium eas transferre absq. Episcopi consensu, ibi. n. 13. fol. 13.
 Laici habent ius patronatus ex mera gratia Papæ. ibi. n. 17. fol. 20.
 Laici Ecclesias, seu beneficia, sine apostolica dispensatione vnire nō possunt. §. 5. n. 23. fol. 26.
 Laici Ecclesias nouiter ædificare facere non possunt, absq. Episcopi in cuius diocesi ædificandæ sunt licentia, ibi. n. 25.
 Laici prorogare possunt iurisdictionem cuiuscunq. iudicis. §. 10. n. 26. fol. 60.
 Laudum à partibus emologatum, executionem habet, tam de iure canonico, quam civili. §. 15. n. 28. fol. 85.
 Laudum per partes subscriptum, emologatum ab eisdem censetur. ibi. n. 28.
 Laudum latum inter fratres Calatrauæ, & Episcopum, & Capitulum Dertusen. ex vna, & fratres Calatrauæ ex altera, super Ecclesijs decimis, & primitijs villæ de Couis de Vinromano, & locorum termini eiusdem. §. 16. n. 4. fol. 90.
 Liberalitas Regiam Maiestatem decorat. §. 8. n. 28. fol. 44.
 Libri historiales, & chronica, terminos probant si à maioribus fides adhibita fuit §. 12. n. 6. fol. 7.
 Licentia, seu consensus Episcopi, in acquisitione ius patronatus, vtrum debeat præcedere antè eius creationem, seu sufficiat quod sequatur. §. 4. n. 12. fol. 18.
 Limites quid sint. §. 12. n. 9. fol. 71.
 Lis inter Episcopum, & Capitulum Dertusen. ex vna, & Magistrum Montefiac ex altera, super presentando fratres Montefiac ad septem parrochiales Ecclesias Magistratus Montefiac, & præceptorie maioris eiusdem. §. 2. n. 1. fol. 114.
 Lis super patronatu Ecclesiæ de la Iana diocesis Dertusen. in anno 1606. §. 5. n. 12. fol. 150.
 Lis suscitata in anno 1601. super prouisione & præsentatione Ecclesiæ de Albocacer, diocesis Dertusen. §. 4. n. 7. fol. 140.

INDEX

- Literæ Regiæ expeditæ in Regnis coronæ Aragonum circa declarationem schismatis Urbani 6. & Clementis 7. §. 2. n. 10. fol. 127.
- Literæ conuocationum per Regem Petrum promissæ circa decidendum dubium schismatis supradicti. ibi. n. 7. fol. 119.
- Literis Episcopi attestantibus de presentatione creditur. §. 13. nu. 2. fol. 74. & §. 16. n. 33. fol. 100.
- Literæ apostolicæ non facientes mentionem iuris patronatus prouenientis ex priuilegio, consuetudine, seu præscriptione, & collatio in illarum vim facta valent, & tenent. §. 4. n. 17. fol. 20.
- Literæ collationum Episcopi, probant præsentationes si in illis narrantur. §. 13. n. 1. fol. 74.

M

MAGISTRI Montesiæ potuerunt & possunt præsentare ad Ecclesias villæ Ceruariæ, sancti Matthei, de Xert, de Canet, de Calig, de Couis, & de Albocacer, licet seculares, fratres regulares Montasiæ. §. 3. n. 2. fol. 132.

Magistri Montesiæ in anno 1393. erant in consuetudine præsentandi clericos seculares ad Ecclesias villarum, Ceruariæ, sancti Matthei, de Xert, de Canet, de Calig, de Couis, & de Albocacer. §. 2. n. 16. fol. 125.

Magister & fratres Calatrauæ in expugnatione Regni Valentia, adfuerunt. §. 16. n. 1. fol. 90.

Magistri ordinum sancti Ioannis Hierosolymitanæ, Templariorum, Calatrauæ, & diui Iacobi de la Spata, interfuerunt in supradicta expugnatione. §. 9. n. 5. fol. 47.

Maiestas Regia, de iure priuata manere non debet omni liberalitate. §. 8. n. 28. fol. 44.

Mandatum instantis sententiam, solennitas extrinseca est. §. 10. nu. 36. fol. 62.

Mandatum non præsumitur in sententia, aut processu, si de eo non constet, quia solennitas extrinseca est. ibi.

Mandatum in actis valde antiquis, licet sit solennitas extrinseca, pro eo præsumitur. ibi. n. 37. & 40.

Mandatum & compromissum, præsumitur in actis valde antiquis, licet de eisdem non constet. ibi. n. 38. & §. 16. n. 8. & 9. fol. 37. & 41.

Mare Oceanum, & Mediterraneum, ac Pyrinei montes, Hispaniam claudunt, & terminant. §. 2. n. 2. fol. 6.

Masculinum continet sub se foemeninum, in his quæ foeminis adaptari possunt. §. 6. n. 4. fol. 28.

Masculinum continet sub se foemininum, præcipue autem si à lege

vel à Papa proferatur. ibi.
 Masculinum continet sub se foemininum cum profertur in priuilegijs, & rescriptis in fauorem foeminarum, non tamen in odium earum. ibi.

NARRATIVA priuilegij Papæ fidem facit, & plenè probat.
 § 2. n. 6. fol. 8.

Narratiua sententiæ arbitralis probat, quando est antiquissima. § 15. n. 6. fol. 83.

Natura dictionis, cum, est coniungere, & facere rem accessorie venire. § 16. n. 24. fol. 97.

Nemo cedere potest iuri sibi non pertinenti. §. 8. n. 6 fol. 40.

Non soluentes decimas personales excusantur, quia de consuetudine obseruata non redduntur. §. 3. n. 6. fol. 11.

Non procedit argumentum, est castrum, ergò habet territorium.
 § 9. n. 15 fol. 52.

Nominatio facta trium fratrum per dominum nostrum Regem, uti administratorem perpetuum ordinis Montefie, ad opponendum se vacationi Ecclesiæ de la Iana iuxta rescriptum Clementis obtentum in anno 1604. & concursus inde sequutus. §. 5. n. 5 fol. 147.

Novem requisita interuenire debent in legitimo prorogationis iurisdictionis actu. §. 10. n. 29. fol. 60.

OMNIS diffinitio in iure periculosa. § 4. n. 7 fol. 17.
 Omnia bona quæ ordo quondam Templi habebat in Regno Valentia, fuerunt vnita et incorporata ordini nouo Montefie. ibi. n. 14 fol. 108.

Ordo Templi abolitus fuit in anno. 1312. §. 16. n. 26. fol. 98.

Ordo militaris Montefie fuit institutus per Ioannem Papam 22. ad instantiam Iacobi Regis Aragonum, huius nominis secundi. §. 1. num. 2. fol. 103.

PAPA in dubio præsumendum est, concessisse priuilegia rationabili causa exposcente. § 3. n. 7. fol. 12.

Papa potest constitutiones consiliorum de fide non tractantes, & disponentes derogare. §. 5. n. 19. fol. 25.

Papa est supra Concilium, & contra illud potest dispensare, ibi. n. 20.

Papam non est præsumendum uoluisse præiudicare priuilegijs in fauorem vniuersalis Ecclesiæ concessis, ibi. n. 22.

Pater non potest nocere filio, in his quæ per eum filio non acquiruntur.

INDEX.

- runtur. §. 8. num. 17. fol. 41.
- Patronus non efficitur quis per plures præsentationes, quando constat de contrario titulo. §. 5. n. 24.
- Patronus cum plures præsentat ad Ecclesias, dicitur eas distribuere. §. 4. n. 3. fol. 15.
- Patroni laici variare possunt. d. §. 4. in fi. fol. 20.
- Petrus huius nominis primus, filius Sancij regis Aragonum, successit in dicto regno in anno 1094. §. 1. n. 6. fol. 3.
- Petrus Rex Aragonum huius nominis primus gauissus fuit prærogatiuis eidem concessis cum priuilegio Urbani. 2. §. 7. n. 1. fol. 32.
- Petronilla filia Regis Ramiri succedens in Aragonum Regno, & vxor Comitis Raymundi Berengarij, gauissa fuit prærogatiuis concessis Regibus Aragonum, & eorum successoribus cum priuilegio Urbani. 2. ibid. n. 4. fol. 31.
- Petrus Aragonum Rex filius Regis Alfonsi, & Sanciae Reginae, & successor eorum, cessit in fauorem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, prærogatiuas, & iura eidem, & Regibus Aragonum concessa cum priuilegio Urbani. 2. ibid. n. 6. fol. 37.
- Petrus Rex Aragonum obiit anno. 1387. durante eius indifferentia circa præstandam obedientiam Urbano. 6. aut Clementi. 7. contententibus super Papatu. §. 2. n. 9. fol. 121.
- Petrus Archiepiscopus Tarraconæ fuit verus arbiter inter fratres Calattauae, Episcopum, & Capitulum Dertuseñ. super Ecclesijs, decimis, & primitijs villæ de Couis, villarum, & locorum termini eiusdem. §. 16. n. 5. fol. 91.
- Plures actus præsentationum exercuit Magister montesie in vacationibus Ecclesiarum villarum, Cernariæ, de Couis de Vinromano, & castri de Xiuert, villarum, & locorum termini earundem, ab anno 1328. vsq. ad annum 1505. qui referuntur. §. 1. n. 18. à folio. 109. vsq. ad fol. 112. inclusiuè.
- Plures patroni esse possunt eiusdem Ecclesiæ, diuersis, causis aut vna & eadem causa §. 5. n. 22. fol. 154.
- Potestas notarij qui sententiam scripsit, licet non appareat pro ea præsumitur. §. 11 n. 12. fol. 67.
- Pœna in compromisso solum apponi solet cum compromittitur in arbitrum. §. 15. n. 9. fol. 83.
- Pœna in compromisso non est simpliciter necessaria, ita vt corruat compromissum absq. ea, quia valet, etsi in eo pœna deficiat, ibi. num. 10.
- Potestas compromissi si in eo non adest tempus præfixum intrat quod

INDEX.

- quod laudum proferri teneantur arbitri, tanto tempore durat de iure canonico, quanto durat actio, *ibid.* n. 13.
- Post laudi emologationem datur actio cuiq. ex partibus, contra eā, quæ noluerit obseruare contenta in eo, *ibid.* n. 30. fol. 86.
- Præceptum de decimis soluendis in veteri testamento, partim morale, partim cerimoniale, & iudiciale erat. §. 3. n. 2. fol. 2.
- Præcepta veteris testamenti alia moralia, alia ceremonialia, & alia iudicialia erant. §. 3. n. 1. fol. 10.
- Præceptum de decimis soluendis est dispensabile per Papam. §. 3. num. 7. fol. 12.
- Prælati, & capitulum vnum corpus, vnum concilium, & vna vniuersitas dicuntur. §. 15. n. 37. fol. 88.
- Prærogatiua cum priuilegio concessa alicui, potest competere ei mediata, aut immediata §. 5. n. 3. fol. 22.
- Præsentatio per patronum facta, certo modo dicitur donatio §. 4. num. 4. fol. 15.
- Præscriptio temporis immemorialis non reddit laicum capace[m] rerum spiritualium. §. 10. nu. 5. fol. 55.
- Præsentia & taciturnitas donatarij tempore quo donatio fit, inducit tacitam acceptionem. §. 10. n. 20. fol. 58.
- Præsentare ad Ecclesias proprie ad patronos spectat. §. 11. n. 20. fol. 68. & §. 15. n. 39. fol. 88.
- Præsentatio dicitur effectus, & fructus iuris patronatus. d. §. 11. n. 21. & §. 15. d. n. 39.
- Præsentationes factæ per Magistrum Montesiæ in fauorem tam clericorum secularium, quàm regularium Mōtesiq. ad Ecclesias Ceruarię, sancti Matthei, de Xert, de Canet, de Calig, & Couis, & de Albocacer anno 1526. vsq. ad annum 1542. §. 2. n. 3. à fol. 132. vsq. ad fol. 133.
- Præsentationes factæ per Magistrum Montesię ad Ecclesias supradictas ab anno. 1544. vsq. ad annum. 1594. tam in fauorem clericorū seculariū quàm etiam regulariū Montesiæ §. 3. n. 6. à fol. 133. vsq. ad fol. 135. in clusiuè.
- Præsentatio prima facta per dominum nostrū Philippum Regem, huius nominis secundum, vti administratorem perpetuum ordinis Montesiæ, ad Ecclesiam sancti Matthei in fauorem fratris Balthazaris Primo ordinis prædicti ibi n. 2. fol. 138.
- Præsentatio Ecclesiæ suffraganeæ in parrochiale[m] erectæ, pertinet ad rectorem matricis, cum consensu patroni eiusdem §. 5. n. 7. fol. 152.

INDEX.

- Prima collatio Ecclesiae villae de Calig, termini villae Ceruariae, ad praesentationis Magistri Hospitalis. §. 13. num. 4. fol. 75.
- Princeps in dubio semper praesumitur motus ex causa rationabili, etiam si ab eo non exprimitur. §. 3. n. 12.
- Princeps reuocare non potest priuilegium remuneratorium, quia transit in contractum. ibi. n. 10.
- Princeps reuocare potest priuilegium sine causa. ibi. n. 11. fol. 24.
- Princeps reuocando priuilegium concessum ob commodum ei lucratum, committit dolum. ibi. n. 12.
- Princeps secularis potest se introumittere ad declarandum schisma, si schisma corrigi non potest, & partes sunt potentes, & nolunt congregare concilium. §. 2. n. 11. fol. 124.
- Priuilegia Gregorij, & Urbani 2. cum quibus Ecclesiae, decimae, & primitiæ concessæ fuerunt Regibus Aragonum, ut veri tituli custodita sunt in sua originali forma in regio Archiuo Barcinonæ, §. 2. n. 9. fol. 8. & 9.
- Priuilegium sumit interpretationem à consuetudine, §. 4. n. 7. fol. 16
- Priuilegia, alia realia, alia personalia. §. 5. n. 8. fol. 23.
- Priuilegia personalia, alia gratiosa, alia remuneratoria sunt, ibid. num. 9.
- Priuilegium concessum ob aliquod factum, non potest reuocari, quia non pendet ex sola concedentis autoritate, sed ex iure alteri quasi to, ibid. n. 13.
- Priuilegium dignitatis concessum alicui, & successoribus ex genere propter honores, non comprehendit descendentes ex feminis, sed ex masculis, & eodem modo circa poenas legales §. 6. num. 5. fol. 29.
- Priuilegium concessum alicui, & eius successoribus, ius immediate successoribus tribuit ex propria persona eorum. §. 8. num. 10. fol. 40
- Priuilegia ob benemerita concessa sunt perpetua, & durant existentibus illis quibus concessæ fuerunt. ibid. n. 19. fol. 42.
- Priuilegia Gregorij. 9. & Urbani. 2. in fauorem Regum Aragonum, uti indubitati, & veri tituli, recondita sunt in regio archiuo Barcinonæ, ibid. n. 31. fol. 44.
- Probatio non indiget acceptatione, sed sufficit à parte induci ad id quod pro ea faciat, §. 14. n. 5. fol. 77.
- Proceres Regnorum Aragonum, Valentiae, & Maioricarum possunt

INDEX.

- de nouo Ecclesias ædificare facere in terris dominij eorum vigore priuilegij Urbani. 2. ibid. n. 26. fol. 27.
- Proceres Aragonum, Valentix, & Maioricarum possunt Ecclesias vnire monasterijs seu capellis vigore priuilegij Urbani. 2. ibid.
- Procurator habens generale mandatum potest iurisdictionem nomine principalis prorogare, & prorogatio valet. § 10. nu. 29.
- Promissio Regis Iacobi primi de dotanda Cathedrali Ecclesia Valentineñ. & remunerandi milites, qui pugnant in acquisitione Regni Valentix. § 9. n. 4. fol. 47.
- Pronomen is, ea, id, est demonstratiuum, & præcedentium repetituum. § 4. n. 4. fol. 15.
- Prorogare alicuius iudicis iurisdictionem, idem est, quod eam extendere § 10. n. 34. fol. 61.

Q

- Q**UANDO sententia est valde antiqua, pro ea præsumendum est etsi deficiat solennitas extrinseca. § 16. n. 8. fol. 92.
- Quando plures contendunt de Papatu, & quilibet prætendit habere melius ius, neuter dicitur schismaticus, & gesta per vtrumque tenent in locis in quibus tollerantur. § 2. n. 12. fol. 124.
- Quælibet priuilegio, præscriptione non semper acquiri possunt. § 10. n. 5. fol. 55.
- Quæ requiritur interuenire debent in legitima iurisdictionis prorogatione. ibi. n. 30 fol. 60.
- Quæ villæ, & loca constituta sint intrâ terminum villæ de Couis de Vinromano. § 16. n. 16. fol. 94.
- Quæ requirantur ad inducendam consuetudinem. ibi. num. 15. fol. 55.
- Qui prior est tempore, potior est iure. § 10. n. 11. f. 57.
- Quidquid Princeps refert, vel declarat verum omnino est, & contra illum non admittitur probatio. § 14. n. 6. fol. 78.
- Quid sit protestatio declarat oriam voluntatis. § 8. n. 8. f. 40.
- Qui donat Ecclesiam laico, ius patronatus videtur donare. § 11. nu. 22. fol. 69.
- Quo modo fieri debeant acta processus. § 11. n. 9. fol. 65.
- Quod acquiritur priuato, seu collegio, non dicitur de consuetudine competere. § 2. n. 23. fo. 128.
- Quot actus requirantur ad inducendam consuetudinem. § 2. nu. 17. fol. 126.

I N D E X.

Quot domini successerunt à Regno Valentiaë capto, vsq. ad annum
1294. in dominio villæ de Couis de Vinromano, villarum & lo-
corum termini eiusdem. §. 16. n. 17. fol. 95.
Quotuplex sit protestatio. §. 8. n. 7. fol. 40.

R

- R**AMIRVS fuit primus Aragonum Rex. §. 1. n. 1. fol. 1.
 Ramirus huius nominis secundus, Aragonum Rex, vsus fuit
 prerogatiuis concessis Regibus Aragonum cum priuilegio Vrba-
 ni. 2. §. 7. n. 3. fol. 33.
 Ratificatio superueniens, nil de nouo agit, sed rei iam existenti fir-
 mitatem tribuit. §. 10. n. 18. fol. 58.
 Raymundus Berengarius in anno. 1094, imperabat in Cathalonia.
 §. 2. n. 3. fol. 6.
 Raymundus Berengarius Comes Barcinonæ, & Aragoniæ Princeps,
 vsus fuit priuilegio ab Urbano. 2. concessio Regibus Aragonum.
 §. 7. n. 4. fol. 44. & 35.
 Raymundus Berengarius Comes Barcinonæ, & Aragoniæ Prin-
 cept, & Petronilla Regina, eius vxor, simul gauiffi fuerunt priui-
 legio Urbani. 2. Regibus Aragonum concessio. ibi.
 Raymundus Berengarius Comes Barcinonæ, antequam contraxif-
 set matrimonium cum Petronilla Regina Aragonum, iam erat
 supremus princeps non recognocens superiorem. §. 10. num. 3.
 fol. 55.
 Rectoria Ecclesiæ villæ Traygariæ asserunt vnitam esse clero eius-
 dem. §. 5. n. 2. fol. 146. & §. 6. et vltimo.
 Reges Aragonum, & Castellæ, ac Comites Barcinonæ, licet solum
 erant domini priuatae partis Hispaniæ, Reges & Comites Hispani-
 arum appellabantur. §. 2. n. 15. fol. 7.
 Reges, ac etiam Imperatores laici sunt, & cõprehenduntur sub iu-
 ribus de laicis tractantibus. §. 3. n. 15. fol. 13.
 Reges, & Imperatores licet inungantur laici sunt. ibi.
 Reges, & Principes licet sint patroni laici, variare non possunt. §. 4.
 in fin. fol. 20.
 Reges possunt transferre in alium ius patronatus, quod in vim priui-
 legij habent, & illi qui in vim dicte translationis illud habuerint
 erunt veri patroni, non obstante derogatione. c. 9. sessio. 25. Con-
 cilij Trident. §. 5. n. 5. fol. 22.

INDEX.

- Reges oportet, beneficis, & liberales esse. §. 8. n. 28. fol. 44.
- Reges Aragonum, & Comites Barcinonæ potuerunt, & possunt in alios transferre decimas, & primitias absq. Episcopi consensu, §. 10. n. 12. fol. 57.
- Regnum in Hispania antiquitus plurimis modis deferrebat, §. n. 6. 10. fol. 30.
- Regnum Hispaniæ hodie, diuidi non potest, & succeditur in eo iure hæreditario. ibi. n. 11.
- Regnum, & dignitas, non debetur filio, vt filio, sed vt primogenito & ea propter hæres antecessorum. §. 8. n. 15. fol. 41.
- Regulariter si villa & castrum reperiantur simul, castrum dicitur, villa, & non e contra. §. 9. n. 15. fol. 52.
- Regularibus beneficia secularia, conferti possunt cum dispensatione apostolica. §. 3. n. 5. fol. 134.
- Relatiuum quis, vel qui, repetit præterita cum omnibus suis qualitatibus, & ea restringit ad sequentem dispositionem. §. 11. num. 15. fol. 67.
- Renunciatio iuri sibi, & tertio competenti, non periudicat tertio abfenti. §. 9. n. 5. fol. 40.
- Renunciatio priuilegio sibi, & successoribus concessio, non periudicat dicta renunciatio successoribus, ibi. n. 11.
- Representatio solum ad patronos spectat, §. 11. n. 17. fol. 67.
- Reseruatio ius nouum non confert ei in cui fauorem fit, si rem seruatam non habet, §. 11. n. 26. fol. 70.
- Reseruatio, seu constitutio generalis, non comprehendit Reges seu Principes, §. 5. n. 5. fol. 22.
- Res vnita retinet sua priuilegia, & statum quem habebat tempore vnionis, §. 11. n. 8. fol. 107.
- Rescriptum Clementis, septimi nuncupati, cum quo facultas concessa fuit, magistro Montefiæ ad præsentandum ad Ecclesias Ceruariæ, sancti Matthæi, de Xert, de Canet, de Calig, de Couis, & de Albocacer, clericos seculares, aut fratres regulares Montefiæ. §. 2. n. 3. fol. 114.
- Rescriptum obtentum ab Episcopo, & Capitulo Dertusen. à Benedicto in sua obedientia. 13. nuncupato ad annullandum rescriptum supradictum. §. 2. n. 4. fol. 115.
- Rescriptum commissionis obtentum pro parte magistri Montefiæ à Iulio. 2. ad declarandum validitatem rescriptorum Clementis 7. & Benedicti, ibi. n. 5. fol. 116.

INDEX

Rescripta, concessiones, & alia indulta concessa per Clementem in Aragonia. 7. nuncupatum, quæ concessa fuerunt ab anno. 1387. in antea, valuerunt in dicta corona, ibi. n. 13. fol. 124.

Rescriptum impetratum per Episcopum, & capitulum Dertusen. à Benedicto. 13. in sua obedientia nuncupato, validum est, & fuit, ibi. n. 25. fol. 126.

Rescriptum obtentum per Bernardum Despuig magistrum Mōtesia à Clemente. 7. nuncupato in Aragonia, non fuit derogatū per rescriptum Benedicti. 13. nuncupati in sua obedientia, obtentum ab Episcopo, & capitulo, ibi. n. 28. fol. 130.

Reuocatio dispositionis cuiusdam sententiæ latæ per nuntium apostolicum, in iudicio possessorio, super patronatū Ecclesiæ de Alcazer, per Vicarium generalem Dertusen. §. 4. n. 9. fol. 141.

S.

SANCIVS Ramirez Aragonum Rex, virtute concessionum Alexandri 2. & Gregorij 7. disposuit de Ecclesijs, ac decimis. §. 1. n. 4. fol. 3.

Sancius Rex Aragonum obiit anno. 1094. ibi. n. 5.

Sarraceni qui in suburbio villæ Ceruariæ remanserunt tempore expugnationis, expulsi fuerunt ab eodem, & terminus specialis Ceruariæ concessus fuit christicolis in villa, & castro degentibus. §. 9. n. 12. fol. 49.

Scripturis, & libris custoditis in archiuis publicis, fides danda est. §. 14. n. 3. fol. 77.

Sententia inter Episcopum, & Capitulum Dertusen. ex vna, & fratres Hospitalis ex altera, super decimis, primitijs & Ecclesijs villæ Ceruariæ, villarum, & locorum termini eiusdem. §. 11. num. 1. fol. 63.

Sententia sine processu regulariter non probat. ibi. n. 2. fol. 64.

Sententia antiquo tempore lata probat absq. processu. ibi. n. 3. & §. 16. nu. 10. fol. 93.

Sententia est de actis processus. §. 11. nu. 6. fol. 65.

Sententia diffinitiva ad eius validitatem sex requisita habere debet ibi. n. 9 & 10. & §. 16. n. 7. fol. 92.

Sententia Regia, cum qua constat villam sancti Matthæi constitutam esse intra terminum villæ Ceruariæ. §. 12. nu. 6. fol. 72.

Sententia quantumcunq. nulla potest ratificari à partibus, non vt

I N D E X.

- habeat vim sententiæ, sed vim pacti ex nouo contractu, §. 15. nu. 31. fol. 86.
- Sententia non inducit nouum ius, sed quod est declarat. ibi. & §. 4. nu. 4. fol. 140.
- Sententia commissarij apostolici super validitate rescripti Benedicti, & Clementis, quæ obtenta fuerunt ab Episcopo, & Capitulo Dertusens. & Magistro Montesiæ respectiuè. §. 3. n. 1. fol. 131.
- Sententia cum qua fuit pronunciarum, dominum nostrum Regem, vti perpetuum administratorem ordinis Montesiæ, potuisse presentare clericos regulares dicti ordinis ad Ecclesias, villarum Ceruariæ, sancti Matthæi, de Xert, de Canet, de Calig, de Couis, & de Albocacer. §. 4. n. 3. fol. 139.
- Sententia lata, per nuntium Apostolicum & legatum à latere super prouisione Ecclesiæ de Albocacer in fauorè domini nostri Regis patroni eiusdem. §. 5. n. 8. fol. 141.
- Sequester est custos, & administrator rei sequestratæ. §. 16. n. 28. f. 99.
- Sequester potest presentare, & presentatio per eum facta valet. ibi. num. 29.
- Si donator disponit de rebus donatis inter viuos, antè acceptationem donarij, donatio reuocata censetur. §. 10. n. 17. fol. 57.
- Significatio verborum, in dubio accipi debet in potentiori significatione. §. 6. n. 9. fol. 30.
- Si ius patronatus spectat ad collegium fratrum, ipsi presentare non possunt nisi cum consensu prælati. §. 4. n. 38. fol. 88.
- Si laudum latum antiquis temporibus inueniatur absq. compromisso, pro eo præsumendum est, §. 15. n. 21. fol. 87.
- Si partes tacent per spatium decem dierum post laudum latum, censetur tacitè emologatum, quæ tacita emologatio sufficit de iure canonico. §. 15. n. 29. fol. 85 & 86.
- Si Papa fundet intentionem concessionis in narrativa, licet sit de facto alieno, illa fidem facit & plenè probat. §. 2. n. 6.
- Solennitas extrinseca, non præsumitur in actis si de ea non constet. §. 10. n. 35. fol. 62.
- Solum compromittere possunt super rebus Ecclesiæ, qui possunt alienare eas. §. 15. n. 15. fol. 84.
- Substituere sumptum in specie, significat secundo loco heredem instituere. §. 6. n. 8. fol. 29.
- Substitutio in genere significat quamlibet substitutionem in locum alterius ibi.

INDEX.

- Subscribens scripturam, videtur virtualiter scribere contenta in ea
 §. 7. n. 4. in fine, fol. 36. & §. 10. n. 20. fol. 58.
- Subscriptio solennitas extrinseca est, consensum demonstrans. §
 15. n. 20. fol. 84.
- Subscriptiones litigantium, ad laudem emologationem, necessariz nō
 sunt de iure canonico, ibi. n. 29. fol. 85. & 86.
- Subscriptiones partium in laudum consensum earum demonstrāt.
 ibi. n. 20. fol. 84. & §. 16. n. 11. fol. 93.
- Subrogatio collitigantis iuxta regulam Cancellariæ de subrogandis
 collitigantibus, §. 4. n. 11. fol. 142.
- Succedere quid significet, §. 6. n. 6. fol. 29.
- Successor pro hærede vsurpatur, ibid. n. 7.
- Successor secundum propriam significationem, sumitur pro hære-
 de vniuersali. ibi.
- Successores rescindere possunt alienationem factam de re prohibi-
 ta alienari prædecessoribus § 8. n. 13. fol. 41.
- Successor in Regno potest reuocare donationes, si factæ fuerint cō-
 trā vniuersum statum Regni, ibi n. 27. fol. 43.
- Suffraganea in parrochialem erigi potest, cum consensu Rectoris
 Ecclesie matricis, & etiam absq. eo. §. 13. n. 6. fol. 75.
- Summus Pontifex est dominus absolutus beneficiorum, & supre-
 mus dispensator, §. 4. num. 17. fol. 20. & §. 5. n. 7. fol. 23.
- Summus Pontif. in Hispania non solet vti derogationibus iurispa-
 tronatus, seu præsentandi, pertinentis ad Reges, tam ex priuile-
 gio, quam aliās seu, ad Duces, Marchiones, seu Comites. ibi.
- Summus Pontifex etiam Princeps dicitur. §. 5. n. 7. fol. 23.
- Summus Pontifex dominus est beneficiorum, & in illis habet om-
 nimodam potestatem, ibi. n. 18. fol. 25.
- Summus Pontifex est summum ius, & æquitas ipsa. ibi.

T

- T**ACITA acceptatio donatarij sufficit ad validitatem donatio-
 nis. §. 10. n. 20. fol. 58.
- Taciturnitas decem dierum post sententiam arbitralem, inducit
 partium consentum, § 10. n. 31. fol. 61.
- Transumpto abstracto à scriptura matrice in archiuo recondita fi-
 des danda est. §. 14. n. 3. fol. 77.
- Transigere, & compromittere æquiparantur, & modus requisitus in
 vno.

INDEX.

- vno similiter requiritur in alio. §. 15. nu. 78. fol. 84. & §. 16. num. 13. fol. 93.
- Tempus centum annorum antiquissimum dicitur. §. 2. nu. m. 9. fol. 8. & §. 15. nu. 23. fol. 85.
- Tempus antiquum dicitur spatium centum annorum. §. 11. num. 4. fol. 64.
- Tempus 54. annorum facit sententiam antiquam, computando à die quo lata fuerit. ibi. n. 5. fol. 65.
- Temporis diuturnitas inducit præsumptionem, quod in sententia solennitates necessariae interfuerunt licet de eis non constet, ibi. num. 7.
- Tempus antiquum in terminorum probatione, dicitur tempus centum annorum. §. 12. n. 6. fol. 72.
- Terminus generalis villæ Ceruariae, conceditur per hospitalarios quibusdam ad construendum in illo, & excellendum. §. 9. nu. 10. fol. 49.
- Terminus de iure quid sit. §. 12. n. 1. fol. 71.
- Terminus alius est terminans, & alius terminatus. ibi. n. 2.
- Terminus terminans, cedit termino limitato, ibi. n. 3.
- Termini, & fines territoriorum sunt de ipsa terra terminata. ibi. n. 4.
- Termini, & fines territoriorum quomodo probentur. n. 5.
- Territorium quid sit, ibi.
- Tot requisita requiruntur in firmando compromissum, seu transactionem super rebus Ecclesiæ, quot in earum alienationem. §. 15. n. 18 & 19. fol. 84.
- Tribuens fundum ad fundandam Ecclesiã, acquirit ius patronatus absq; eo quod illud sibi reseruet. §. 5. n. 23. fol. 154.

V

- V**BI eadem ratio, idem ius militare debet. §. 15. n. 35. fol. 87.
- Vbi reperitur actus qui præsumitur ritè, & rectè factus, præsumendum est præcessisse solennitates necessarias. §. 10. num. 38. fol. 62.
- Verba quæ in specie, aut in genere sumi possunt, in dubio in specie sumi debent. §. 6. n. 9. fol. 30.
- Verba in dubio in potentiori significatione sumenda sunt. ibi.
- Verba in dubio in significatione potentiori sumenda sunt, si materia subiecta aliud non suadeat. ibi.

Verba,

INDEX.


- Verba, cedere, renuntiare, & donare, quid importent, & in quo differant. §. 8. n. 1. fol. 39.
- Verba, cedere, & renuntiare, confunduntur, & vnum pro alio sumuntur. ibi. n. 2.
- Verba latina sunt interpretanda secundum artem literarum, & iuxta iuris intelligentia, & mentē loquentis. §. 9. n. 15. fol. 52.
- Verba sequentia, præcedentia declarant. §. 11. n. 19. fol. 68.
- Verbum, teneatur, præceptum, & necessitatem inducit. ibi. n. 18. fol. 70.
- Verba narratiua ad alium finem prolata in instrumentis valde antiquis, probant fines, & terminos, §. 12. n. 6. fol. 72.
- Verba prolata ab illo qui disponere potuit, inter personas quarum intererat maximè si dispositiua sint, terminos probant. ibi.
- Vendens rem annexam spiritualibus simoniam committit. §. 16. nu. 22. fol. 97.
- Viciana errauit, circa litem moram per Abatem monasterij de Benifaca diocesis Dertusen. super dominio villæ de Rossell, termini Ceruariæ. §. 1. n. 5. fol. 106.
- Villam, & castrum Ceruariæ, donauit Rex Iacobus huius nominis primus in Regno Aragonum, ordini Hospitalis Hierosolymitanen. §. 9. nu. 3. fol. 47.
- Villæ de Ares, Morelle, & Borriane, Regni Valentia: tempore expugnationis eiusdem, fuerunt ad dominium Christianorum redactæ per inuictissimū Iacobum Regem primum, & eius milites. ibi. n. 6. fol. 47.
- Villa, & castrum Ceruariæ Regni Valentia:, fuerunt capta à Magistro Hospitalis tempore expugnationis Regni Valentia:, ibi. num. 7. fol. 48.
- Villa seu Castrum de Xiuert, tempore expugnationis Regni Valentia:, fuerunt capta à Magistro, & militibus Templi. ibi.
- Villa, & castrum Ceruariæ Regni Valentia: post expugnationem illorum, conceduntur christicolis ad degendum in eis, suburbium verò mauris in eo tunc remanentibus, ibid. num. 8. fol. 48.
- Villa de Calig, termini Ceruariæ conceditur ad habitandum in ea, & terminus eius ad colendum, ibi. n. 9. fol. 49.
- Villa sancti Marthæi termini villæ Ceruariæ, Regni Valentia:, fuit concessa per magistrum, & fratres hospitalis, ad degendum in ea, & eius terminus ad excolendum, ibi. n. 11. fol. 50.


INDEX.


- Villa de Roléll, termini villæ Ceruariz similiter conceditur, ibi nu.
12.
- Villa quid sit, ibi. n. 15. fol. 51.
- Villa, Hispano sermone, & iuxta communem loquendi vsum, est
locus eum territorio, iurisdictione &c. ibi. fol. 52.
- Villa sancti Matthæi constituta est intrâ terminum villæ Ceruariz,
ibi. & §. 12. nu. 6. fol. 72.
- Villa, vel castrum, continent subse iurisdictionem, districtum, & ius
pat. §. 11. n. 24. fol. 68.
- Villæ, & loca omnia mensæ magistralis Montefizæ, constituta sunt
intrâ terminum villæ Ceruariz. §. 12. n. 8. & 9. fol. 73.
- Villa de Alcalá de Xiuert dioecesis Dertusen. constituta est in ter-
mino villæ de Xiuert, §. 14. n. 9. & 10. fol. 78.
- Villæ, & loca, quæ sunt constituta in termino villæ, & castri de Xi-
uert, enumerantur ibi. n. 10. & 11. fol. 79.
- Vitium, ingrátitudo, aut socordia vnus, non nocet alijs, quando pri-
uilegium alicui, & successoribus est concessum, §. 8. num. 18. fol.
42.
- Vnio quid sit, §. 5. n. 23. fol. 26.
- Vnio Ecclesiasticum, & beneficiorum, ad Episcopos pertinet.
ibi.
- Vocabulorum diuersitas, diuersum non semper significat. §. 8. nu. 3.
fol. 39.


FINIS.


Manuel Murtra























FR